9
M2 E
32

8
8-4
23

~~8-13. b. 2~~ 8-13 b. 2

8, 3, a 23

~~VII-Ca-26~~

Digitized by Google

OPERA MAR. ANT. SABELLICI: QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Epiſtolarum familiarium: libri. xii.
Orationes. xii.
De ſitu Venetæ urbis: libri tres.
De Venetis magiſtratibus: liber unus.
De prætoris officio: liber unus.
De reparatione latinæ linguæ: libri duo.
De officio ſcribæ: liber unus.
De Vetuſtate Aquileiæ: libri ſex.

Poemata.

Genethliacum Venetæ urbis unum;
De apparatu Venetæ urbis poema unũ.
De Vicetiæ ortu & uetuſtate unum.
De Italiæ tumultu unum.
De Coriolani luctu unum.
De Munitione ſontiaca unum.
De cæde ſontiaca unum.
De incendio carnico unum.
De barionæ Cymba unum.
De Hunnii origine unum.
De inuentoribus artium unum.
De laudibus Deiparæ uirginis Elegiæ. xiii.

GRATIA ET PRIVILEGIO.

9. 2 E. 32

MARCVS ANTONIVS.MAR:ANTO.MAVROCENO : EQ_VITI AVRATO CLARISSIMO.

Via tam ſæpe noſtra legis : requiriſq; ſæpius legenda:tu tibi imputes ne
ceſſe eſt Maurocene:uir Clariſſime.qđ multo ſum tibi moleſtior: quam
q aut tu fortaſſe uelles:aut ego deberem.Efflagitabas nec ſine conuitio:ut
quando ſeptem illas enneades:quæ tertio ab hinc anno in publicum exi
uere:toties legiſſes:tris alias:recentiore fœtura : apud me ortas:aliquádo
ederem.Ego & ſi iſtud uehementer cupiebam:& Enneades illæ : quæ domi ſunt.iam in
ſceda teneri non poſſunt:licet ſororibus inuidentes:quæ nunc latæ euagari dicuntur:in
credibilis tamen hominum inconſtantia,ne perfidia dicam:qua hodie uiuitur in cauſa
eſt:cur nulli adhuc ſim auſus eas credere:ne parum caſtigaro .ut priores illæ appatatu:
in lucem prodirent : Nunc quando editio illa maturanda eſt:ne non ſemper ſit aliquid
mearum nugarum quod merito ridere poſſis. En duodecim familiarium epiſtolarum
libri:tuo nomine:temere prodeunt in apertum:qui & ſi humiliore matre:materia dico
obſcuriore orti ſint quam ſorores:poſſintq; uerius hybridæ quam uernæ dici:geſtiunt
tamen Enneadum illarum fratres uocari : quippe qui ſi ingenuitate uincuntur.feſtiuo
uultu:& urbanitate cum ſororibus certent:Sed quid ſtudii & fauoris mereantur ipſi ui-
derint:qui cum periculo euagari maluerunt:quam tuto domi eſſe.Ego quod ad me atti
net:neq; officio:neq; gratia:unquam adduci potuiſſem.ut uiliſſima hæc mancipia non
magis quam monſtrum:aut oſtentum:aliquod domi natum paterer in publicum exire.
Niſi Carſius olim a manu nũc litterarii ludi magiſter:omnibus noſtræ bibliothecæ an
gulis nuper excuſſis:hoc quicquid eſt in unum collegiſſet : redegiſſetq; in libellorum
formam:quos ſitu:& ſqualore abſterſos:nec probante me:nec contra(ut uerum fatear)
tendente librariæ officinæ intulit:unde nunc demum egreſſi:audi quá digna ſine mer
cede auctoris legendi:ſi lectorem inuenerint:quicquid in his ridebitur: erit id iure me
um:qui inepte hæc ſcripſi:ineptius publicaui : Contra ſiquid:quod placeat:habebunt:q̃
quá non uideo:quid in illis placere poſſit:non nihil carſii debebitur induſtriæ:ſed mul
to plus tuæ auctoritati:q̃ niſi aliquádo intercesſiſſet:nunquam in manus hominum ue
nire eſſent auſi. Vale.

CM.ANTONII SABELLICI FAMILIARIVM EPISTOLARVM.LIBER PRIMVS.

M.ANTONIVS POMPONIO .S.

IDISSEM TE LIBENTER: DVM FVI ROMAE: NISI urgentibus de fratre núciis:cuius uita:ob grauiſſimũ morbũ:in maximo eſſe diſcrimine dicebaſ:pene præceps iſtinc abuſſem.Nunc ſi recte uales: gaudeo:& gratulor . Ego longis feſſus itineribus :nuper Venetias ueni: & ſi laſſitudinis plenus: non tñ mei Pomponii ímemor. Antonius Vicetinus:qui noſtras tibi attulit litteras:omnino eſt in meis familiaribus: pergratum mihi feceris :ſi in noua conditione quærenda:tua uti uolet opera:libenter:ut ſoles:ei accomodaris : & ſi in ſubleuanda eius inopia:non tam officium nobis:quá pietas ſpectáda eſt. Erit ſpero ubiq̧ carus:niſi iſtic caſu:ut urbaniſſimus ait poeta:non ratione uiuitur. Vale.

.M.Antonius Catalucio fratri.

u luis tu: uiuunt alii domeſtici:ad unum periiſtis omnes? iam annus eſt:& ego ueſtras litteras ſuſpirare non deſino.Non poſſum non uehemẽter ſuſpicari:ne poſtquam a uobis diſceſſi:aliquid acciderit:quod tu me latere uelis:ne abſens luctu & moerore:conficiar.Sed id certe torquere eſt tam diu ſollicitum & anxiũ habere.Nunc ſi potes:fac ex tuis litteris intelligam:quid iſtic agatur:liceat & mihi cognoſcere:in quo res ueſtræ ſtatu ſint hodie.Quottidie ex urbe proficiſcuntur.: qui ueſtras ad me litteras ferre potuerunt.Nos dei benignitate hic ſatis fœliciter agimus.Sed quo minus ſucceſſu hoc pſruamur ; tuæ & alioꝝ:qui mihi cariſſimi eſtis: Salutis cura & ſollicitudo facit. Vale.

.M.Antonius.Vmbroni.

a Vdio te lenta febre:pluribus diebus:conflictatum:quod non potui nõ ægre ferre.Sperabam fore:ut ſi Opitergini iſti nullam tecum mercedem pacti eſſent:paucis diebus:te maiore ſpe quæſtus:honeſtioreq̧ cõditione:alio traducerẽ ; Erarq̧: quum hæc ſcripſimus:iam res propemodum ex ſententia cõfecta:Tu uero ſcribe ad me an tibi integrum ſit:quum uoles:iſtinc abire.ná ſi:quod nolim:fidem obſtrinxiſti tuam: aur per aduerſam ualitudinem minus uenire potes:Non eſt cur alienum cõmodum:uana expectatione:fruſtremur.Vale.

.M.Antonius Pomponio.

e Go.quod ab ineunte adoleſcentia feci:te unice colo: & obſeruo: augeturq̧ magis:in dies:uetus hoc meum in te ſtudium:augeſ amor:obſeruantia:pietas:& breui nihil eſt te uno mihi charius:cui quicqd ſumus in his ſtudiis:non minus libẽter quam grate refero acceptum:Sed hæc eo tendunt:ut neq̧ conſuetudinis noſtræ intermiſſio ulla:neq̧ noua hæc fortunæ blandimenta: qđ in amplo & illuſtri loco ſimus conſtituti;tibi ſuſpecta ſint:Errant:meo iudicio:q hoiem cũ fortuna mutari exiſtimát quibus tñ abeſt;ut aliquo modo accedam:ut quo maiores nr̃is rebus acceſſiões fiunt: eo ſim in ueteres amicos propenſior. Sed quũ multi hodie ſint:quos uehementer amo: qué tibi in amore pferam:eſt nemo.Spero eqdem fore ut me talem:in te:oi tpe:experiaris:qualem ex iis:q tibi opam dederunt:fortaſſe neminem. Vterer longioris ſilentii excuſatione:niſi certo ſciré te nõ ignorare quátum negocii in ueneta hiſtoria texenda ſuſtineá.Accedit huc publicum profitendi mun⁹:id quátum ſecum celebritatis affert:tñ nec minus æmulationis:& inuidiæ.Sed quicũq̧ fuerũt ab initio aduerſarioꝝ conatus: ita eos conſtátia fregimus:ut tam aperte ſuæ pudeat leuitatis.Cætera; ex Maroſticano: qui has tibi attulit litteras:facile cognoſces.Vale.

M.Antonius:Aemiliano.

Itteras:quas ad me dediſti:tam cupide legi:uir humaniſſime:ut quum æque om
l nia delectarent:ſola in illis ſim breuitate offenſus:Incredibile eſt quantam:ex ea
lectione:cœperim uoluptatem.Omnia in illis officii & humanitatis plena:Scri-
bere ad me:hoc tempore:oportunius potuiſſet nemo:quum propter alia multa : tum
quia cognoſcere cupiebam:perſtaret ne Aemilianus adhuc in ueteris amicitiæ officio:
& enim cum te:& re uxoria:& liberis auctum audiuiſſem:futurum arbitrabar:ut ma-
ioribus neceſſitudinibus diſtrictus:remiſſius iam ueteres amicos coleres . Quod:ut ui-
deo:non ſolum non accidit:ſed rei domeſticæ(quod pauci faciunt)ſimul:& ocio litte-
rarum:& amicis ſtudes. Tu uero perge eum amare:qui & animi gratitudine : & officio
nulli amicorum ceſſit unquam:quod uerecunde a me petis : ut tuæ laudis rationem
in ſcribenda hiſtoria:habere uelim:te etiam tacente tuæ eximiæ uirtutes:id a me ſatis
poſtulabant.Sed uide quæſo ne nimio tuo in me ſtudio:aut amore potius:deceptus tan
tum mihi tribuas:quantum ipſe nec tribuendum puto:nec poſtulo.Sed utcunq; ſit ar-
ripio uatis omen:ac uelut Delphico quodam ſretus oraculo : iam hinc melius ſperare
auſus:cætera alacri ſtudio exequar.Qui ſi uere ſum:quem tu prædicas:& ego eẽ cupio
ut quamplurimos ſcribendo ab obliuionis iniuria uindicare poſſim: Dabo operam:ut
aliquando plane ſentias:nihil tua laude fuiſſe mihi charius : ad quod ipſum: ſi cætera
defuerint:uoluntatem ſcio mihi non defuturam. Vale.

M.Anto.Carolo Mattheo.

Onga opus eſſet epiſtola:ſi:cur tam diu ad te non ſcripſerim : uelim litteris de
l monſtrare.Sed quia haud tam pauca ſunt : ut breuiter ſcribi poſſint : in aliud
tempus ſilentii huius excuſationem reiicio.Nunc ſic habeto me tui:tuorũq; om
nium:memoriam:ſumma cum beniuolentia:tenere:fouereq; ueterem noſtram amici-
tiam : perpetua conſtantia:& pietate:ſperoq; ita fore:ut quandoq;:non ſolum mutuis:
ſed multis etiam:& claris officiis:eam reſarciamus:& luſtremus : Sed de his hactenus.
Nunc mi Carole:illud abs te:etiam:atq; etiam contendo:ut ſi me amas: ſi dignum pu-
tas:quem in numero tuorum habeas:continuo des operam:ut hæ litteræ : quas ad te
dedi:domum perferantur. Vix credas quam ſim ſollicitus:& in quanto ſim mœrore cõ
ſtitutus:dum neq; nuncium:neq; litteras:iam annum & amplius:a meis impetro : non
poſſum non uehementer ſuſpicari aliquid accidiſſe:de quo illi me celare cupiant: quaſi
minus ſit diutius dolere:quam ſemel.Feceris igitur rem mihi gratiſſimam: ſi per litte-
ras:illis ſignificaueris:imo obſtrepueris:quod tam inhumane faciant:qui tum demum
noſtri memores ſunt:& uideri nolunt:quum huc uelut ad uiuaria currunt:omnia ſi li-
ceat adempturi:quod ſi id minus impetrare poteris:tu quicquid de meorum ſtatu com
pertum habueris ad me:per genitoris tui manes rogatus:ſcribe.Litteras tuas Antoni-
us Taruiſinus:qui noſtras tibi attulit:huc perſeret.Eſt enim mihi amiciſſimus : ac non
multo poſt Venetias uenturus:perpetuo me officio deuinxeris:ſi tantam occaſionem
non prætermiſeris. Vale.

M.Anto.Antonio Carſio.

Go iam pridem tuas expecto litteras:ſed nullæ ad me perferuntur. Quid nos
e ſuſpicari oporteat?per te facile potes intelligere. Tu:rogo quicquid ideſt mihi
ſignifica.Nos hic:dei benignitate:& celebritate nominis :& multorum gratia:
floremus. Viuimus in hac hominum luce:floreq; italiæ:litterarii ocii compotes:ſed ue
ſtrarum rerum ignoratio facit:ut minor ex præſenti ſucceſſu: fructus a me percipia-
tur.Age quæſo:& ſi fieri poteſt:ſollicitudinem hanc noſtram exime : Scripſiſſem ad te
plura:niſi tabellarius iam nauim conſcenſurus:litteras conuicio flagitaret. Vale.

M.Anto.Flaminio.

Am ſæuis mecũ legib⁹ Flamini:ergo niſi uerboſam Sabellicus dediſſet epiſtolã:
t in dicta cauſa damnari potuiſſet? quid potuit:dixi : quum in apertum trahas
præiudicium:quid enim aliud uenetum ocium ſibi uult:quid meliora ſtudia:
tam acerbe exprobrata:quam:ut pene prius deſidiæ damnares:quam reum deſtinaſſes:

Sed heus tu ignoras nos in libera eẽ ciuitate?ubi plus æquitas:& iura ualent :quamuis
ulla:quam uanæ iſtæ criminationes.Quid ſi calumniæ tecum agam?trahamq; te in fo
rum hoc ſæueriſſimum?non:ſi Cicero tibi adſit:indemnatus abeas.Conferamus ſi pla-
cet:cauſas:utranq; dico alteri.Quæ ſunt ocia hæc:quæ mihi tã inuidioſe obiicis?Quæ
ſtudiorum commoda?nam quod ad locum attinet?ubi flumina?ubi fontes?ubi nemo-
ra?ubi loca:quibus muſæ adſint uocatæ?Sed finge hæc omnia dari : quod ocium?quæ
quies in tanta mortalium frequentia:in tam negocioſa ciuitate:peregrino poteſt homi
ni contingere?ubi uicus:ubi area:ubi templũ:in quo non ſtrepitus:non concurſus:non
colluctatio fit ingens:& ocium quærentibus permoleſta?ſed domi agas inquis: hic ui-
uas:uni Apollini:ut Sophocleus ille Thireſias deditus.Facio id quidem:ut libentius do
mi ſim quam foris : ſed audi tu:quid hic quoque offendat:confeſtim:ubi ſecretum re
ſpicio:res Venetæ ultro ſeſe offerunt:quæ tite uolunt:& recte ſcribi . Contra Plinius
appellat:qui in manibus eſt:uultq; & ipſe intelligi. Vult Catullus.Poſcit & Anneus Lu
canus aliquid ſibi dari.Quis locus quæro:quod tempus:in tanto curarum æſtu ad ſcri-
bendum relinquitur.Quæ mens:tot urgentibus negociis: ſibi ſatis poteſt conſtare . I
nunc & Sabellicum:ut deſidem:ſtupidum:inertem:argue. Criminibus obrue : quia ad
Flaminium non ſcribit.Flaminium dico:qui in ſummo ocio:& uoluptate conſtitutus:
iam toto triennio unas ad me litteras dedit.Nec eſt:cur Romana ocia diſſimules:nihil
iſtic libentius conceditur:quam ocium:nihil uilius q̃ tempus expeditur . Quid quod
ne officia quidem:ſi qua ſunt:ab honeſta meditatione animum auertunt:quod ſtibadi-
um iſta mularum uectatione mollius?Quis ſalientis aquæ riuus modulata ungularum
pulſatione dulcior.Quid ſtationes illæ longiſſimæ in magnorum antiſtitum atriis:por
ticibus:ueſtibulis:non ne uel deſidem:& iacentem animum:ad excogitandum aliquid:
& ſcribendum excitare queunt?Cur Cæſar in alpium tranſcurſu ſcripſit:ſi Flaminius ſi
let in media urbe?aut cur Sabellicus:tot alioqui diſtrictus curis : longiſſimas ſcribat
epiſtolas.ſi tu in longo ocio tam breues?ſed audis fortaſſe quæ nobis:quid ni : Home-
ricum illud ignoras ο ποιον κεπησθα εποσ τοιον κεπακουσας. Sed quid attinet tam
uerboſa uti epiſtola:uis me ſæpe ad te dare litteras:fac ut tuas ſæpius accipiam. Erit
certo mihi non iniucundum dulciſſimæ conſuetudinis noſtræ fructum : longa abſen-
tia intermiſſum:mutuo ſcribendi officio reſarcire.Quæ de Pomponio ſcribis: inuitus
audio . ſcribo ad eum non pauca:ſed de memoria nihil. Vale.

.M.Anto.Carolo ſuo.

T ſi nihil erat quod ad te ſcriberem:quum has tamen ad domeſticos darem
e litteras:non potui non meo inſtituto aliquid ad te litterarum dare : Erit igit
omnium:quæ a me in præſentia ſcribi poſſunt:ſumma hæc.ut ſcias dei beni-
gnitate nobis bene eſſe:ac uehementer cupere dari nobis occaſionem aliquam mittẽ-
di iſtuc munuſcula quædam peregrinarum rerum matri tuæ fœminæ optimæ com-
parata:Tabellarii:qui quotidie ultro citroq; curſitant:ne rogari quidem ſinunt ſe:adeo
omnia auerſantur onera.Cæteri:ſi qui ſunt:aut nobis ſunt omnino ignoti:aut ingenue
ob locorum diſtantiam:laborem recuſant.Expecto occaſionem aliquam dari: nullam
certe prætermiſſurus. Vale.& Camillam tuam ſaluta:cura obſecro:ut hæ litteræ no-
ſtræ quamprimum domum perferantur.

.M.Anto.Hermolao:

Vdio te:noſtras in Plinium obſeruationes lectitaſſe : eſſeq; omnino aliquid:
a quod tua iſta Minerua non probet:nec quid ſit in illis:quod præter cætera:of
fenderit ſatis compertum habeo:tantum affirmare poſſum:ſi tibi diſpliceo:
cui ſemper placere uolui:iam nos nihil eſſe.Omnia noſtra uana eẽ:& indigna : quæ in
apertum referantur. Verum ſuſpicari libet:iccirco aliqua minus probari : quia nullo
maiori præſidio firmata:in medium proceſſerint . Putabam ego:quia auctorum no-
mina:quorum utor teſtimoniis : rebus ſubieceram : ſatis me legentibus feciſſe . Sed
longe aliter:ut uides : accidit:at bene habet:quod nulla adhuc ignorantia : notati ſu-

mus:experiri itaq; libuit an fidem tibi noſtram:& ſtrenuitatem:probare poſſimus. Cæterum:quia non erat cur tibi:maioribus rebus occupato:moleſtiores eſſe uellemus. Satis habui tribuno iſti:qui tibi aſſidet:totius ſtratagematis rationem explicare. Ex iis litteris:quas ad illum dedi:poteris cognoſcere:ſimus ne omnino nugati:an aliquid laborioſa iſta lucubratione uiderimus. Vale.

.M.Anto.Bembo Tribuno:

Itteras:quas ad me:iam peregre profectum:dediſti. Senex quidam:ſatis libera-
l li facie:cætera parum mihi notus:poſt multos dies:reddidit:legi eas cupidiſſi-
me:i quibus me ſola breuitas offendit:οὐ γὰρ λακωνικῶς ut ſemper:Quod
γυμνασίαρχος iſte imo ακαλλιωπικῶν ςρατηγός ut ais καὶ βασιλεύς:ex noſtris i Pli
nium annotationibus:quædam non probet:uehementer miror:mirarerq; adhuc magis
niſi pene perſuaſum haberem:uoluiſſe eum:quod imperatoris ſit optimi:per te:tanquã
tribunitia in caſtris poteſtate præditum:cognoſcere:Quam idoneus eſſem miles : qua
arte:quibus uiribus uterer:quibus armis accinctus in apertum prodeam. Putabam au-
ctorum citatione:tanquam digitum ad fontem intendiſſem:ſatis præſtitiſſe: ſed nihil:
ut uideo:eſt actum:de integro omnia petuntur:ſed πὰν τοῦτο non ignoramus: tenta-
ri hoc eſt non conſuli. Verum ne non omnia:tua cauſa:uelim:non grauabor : ut hæc
aut illa ſuccurrerit obſeruatio:eius rationem explicare. Nam longam rerum ſeriem per
currere:ut nimis longum:ita ſuperuacuum duxi. Iam ex iis:quæ ſubiiciam:plane pote-
ris cognoſcere cuiuſmodi ſint reliqua. Quod partes noſtras ultro tuẽdas ſuſceperis:ami
ce facis. Vtinam tam fœliciter noſtra tuearis:quam ingenioſe ſunt a nobis conquiſi-
ta. Vale.

.M;Anto;Fragellano.

Vid me nunc deſidiæ:nunc ignauiæ accuſas:an quantum hic negocii ſuſtine-
q am ignoras?Quid a me cõtẽdis:qđ per curas:& labores ẽ tibi ſemel denegatũ?
Quid ſi me pedibus uinctum:iacentemq;:celerare iubeas: ignauus ego : an tu
parum tempeſtiuus:qui hunc uelis tibi ocium & tempus impartire:cui ne reſpirare qui
dem detur:a perpetuis laboribus:tanquam multo difficilius ſit frigida:& amœna Zeno
nis ſaxa ocioſe terere : in nemoroſis hortis Rhetici uini ſiccare pocula. Atq; ubi te pul-
chre curaueris pomeridiano cantu muſis uacare:quam in negocioſiſſima ciuitate nego
cium ſuſtinere grauiſſimum:per. C. Plinii ſalebras: & obſcuras ambages : numeroſum
agmẽ ductare. Deſine:ſi pudor eſt:nobis hoc nomine obſtrepere:ac tantiſper uiue ocio
iſto contentus:donec per litteras eorum:qui te non minus abſentem amant quam præ
ſentem:fueris Venetias accerſitus. Litteris tuis uehementer delector:ſed uolo eas con-
uicio carere. Tu itaq; ſcribe ad me ſæpiſſime: ſed tu meas non admodum frequentes
expecta:quæ:ſi quæ fuerint:breues erunt:& tumultuoſæ:ac certe tales:ut magis ui ex-
preſſas:quam ultro datas ſuſpicari poſſis. Vale.

.M.Anto.Hermolao.

Tulte ne magis faciam:an improbe:quod toties tibi moleſtus ſum : alii Her-
s molae uiderint. Ego:quod ad me attinet:neutrum intelligo. Sed quod tecum
tam impudenter ago:tua facit humanitas:tua indulgentia:comitas : modeſtia:
accedit & uſus:qui καὶ ταφοςερα εὐπρόσιτα ποιῶ. Videbis ſcio nouum : & audax fa-
cinus:& ſi uatiniano(ut aiunt)odio dignum:ridebis tamen:mitto ad te ſordidum uer-
nam:in quem nuper natum:cum forte Veronæ incidiſſes: omnia in eo auerſatus:pro
monſtro in ſolitudinem aſportandum cenſuiſti. Incredibile eſt quantum tua apud me
ſemper ualuit auctoritas:amant:fouent:alunt (ut tui dicunt philoſophi) muta etiam
animalia quæ procreant:& ſi fœda interdum:& informia:amant nihilominus:ac quo-
dammodo mirantur:in quo non magis natura:ut arbitror:ualet:quam propria perſua-

ſio.Sed ego nihil hæc ſecutus:quin omnia potius ad tuum ſapientiſſimum referens iu-
dicium:& ſi difficile eſt humanitaté exuere:in duriſſimum tamen conieci ergaſtulum
eo conſilio:ut in ſqualore illo & pedore conſeneſceret.Sed cum nuper ſeruitia recogno
ſcerem:obtulit ſeſe mihi ille ſqualidus:bone deus:abiectus:horridus : ac ſic quoqꝫ:quod
uix credat aliqs:nõ illiberali facie:ſed indole:& aſpectu aliquãto quam antea amabilior:
tetigit continuo animum patrius affectus:moxqꝫ pietate uictus:experiri conſtitui.an cu
ra aliqua:& induſtria fieri poſſet: ut:ſine maiore accuſatione: in medium traduceretur.
Sed audi quid indulgentior educatio profecerit : non modo id breui conſecuti ſumus:
ut inter atrienſes ſeruos merito haberemus:Sed dignus quoqꝫ uiſus eſt:quem manumiſ
ſum in forenſem pateremur lucem exire:atqꝫ ita factum.ut tumidulus: & ſuarum ine
ptiarum:& ueteris fortunæ immemor ; tota uagetur urbe : ſunt non pauci (Credo
quia meus ſit libertus).Qui eum minus familiari uultu intueantur. Ille præſen-
ti conditione lætus : uagatur tamen : nec inuidorum formidat occurſum:ſit ne plus
gratiæ poſthac : an inuidiæ : Laturus incertum habeo . Illud uere affirmare poſſum
tua in primis cauſa : datam a me operam : ut quam caſtigatiſſimus ueniret in tuo
rum ciuium manus . Quod ſi quid in eo ornando : aut inſcitia : aut incuria : eſt
omiſſum : id maioribus curis : Quas hic ſuſtineo : uel humanis affectibus : Dato
qui nihil minus patiuntur : quam parentes natorum uitia cognoſcere. Vale.

Hermolaus Barbarus.M.Anto.S.

s Alue : mi Sabellice : Cum Iuuenale meo : quæ me committere lingua.No-
ſti quæ ſequuntur : Ego uero annotationes tuas in Plinium damnare nul
lo modo poſſum : nec ſi poſſim uolo : neutrum enim modeſtia : & cando-
re meo facerem : Subiratus porro ſum τῷ λακακιρῶντι : Qui tam petulantem ad-
uerſus te calumniam:Immo aduerſus me confinxit : non potui non dolere ineptiſſi-
mum : & tam parum ueriſimile mendacium : At non reſpondi tunc:ne ſi te : quod ne-
ceſſe erat:laudaſſem:quia errata illa:in Plinii codicibus:comperiſſes: mihi ipſi uiderer
blandiri:qui multo plura:in eodem auctore : deprauata priſtinæ:incorruptæqꝫ: lectio
ni reſtitui . Vale.

:M.Anto.Carete.

m Irabar ego iam antea : quid eſſet : quod ad me nunquam ſcriberes : nunc
ut ſcias te ſcribendo aliquid conſecutum : mirari deſino : fateorque abs te
omnia accepiſſe : quum uideo te noſtri memoriam : cum beniuolentia : te
nere . Cæterum quod mihi : de publica conditione : & ſtudiorum ſucceſſu:tam fami-
liariter gratularis : tuum in me amorem : ueteremque beniuolentiam : agnoſco. Sed
tu quid illud a me petis?Quid tibi cum Beronibus rei eſt?aut cur potius in tanta ob
ſcurarum rerum ſerie te mihi in calce offers?Quid ſi tuus iſte litanicus ſciat : quin-
gentos circiter Plinii locos : a primo operis libro : ad uiceſimum:qui nunc eſt in ma
nibus : ſe cum multis corrupte : mendoſeque : ad hunc diem lectitaſſe : locos dico:
qui hiſtoriæ fide incolumi : ſtare non queant:nam in nominum deprauatione: tam
crebra caſtigatio adhibenda fuit : ut obſeruationum non tantum plenæ centuriæ:
ſed cohortes : & legiones : ſcribi potuerint . Sed quam uera ſint hæc : Quæ a no
bis inſigniter obſeruata ſunt : dabo operam : ut ipſe & alii : aliquando intelligant .
Quod ad Plinianos berones attinet:curabo diligenter:ut in duabus obſeruationum
centuriis:graphice locus iſte a me tibi repræſentetur:penſabiſqꝫ breuem moram cum
rerum emolumento. Vale.

:M.Anto.Bonifacio ſuo.

s Ic certe eſt : niſi Fabium quandoque reum uidiſſemus : tuo Bembe ca-
rituri eramus patrocinio . Quod ſi nulla maior cauſa : qua propter

in forum deſcenderes: quam hæc una dati potuit: iam iam accuſatorem ipſum
minus odiſſe iuuat: minuſque inuiſam Aetnam habemus. σὺ δὲ κέλευσον τῶν σι
κελιων κρομμυα εσθιειν και ισω το κλαειν. Sic illa cadentem: uidit Erycem ſic ui
ctorem ſtupuit Alcidem. Sed tu uide quid iſto tuo tyrocinio profeceris: omnis
bonorum turba: quæ ab initio cum Fabio ueſtem mutauerat: fueratque ob id ip-
ſum īplures annos: in ſordibus: & ſqualore: nunc ueteri ſolicitudine ſoluta: tibi plau-
dit: te celebrare: colit: miratur: patronumq; ſalutat. Verum ne auſpicatiſſima hæc tuaꝶ
actionum initia recens fori uſus aliquando remorari poſſit. Collegimus: quod ad nos
attinet: tibi quam breuiſſime omnes forenſium rerum rationem: ut ſi quando in hoc
orbis emporio eſſe uelis. Venetarum rerum non imperitus: omnia commodius tranſi-
gas: lucubrationem illam noſtram Hermolao: uiro ſummo: cognoſcendam dedimus: ex
eo: ſi noſtris uacare potes nugis: tibi lectionem quærito. Vale.

M. Anto. Catalucio fratri.

T ſi quod ad te ſcriberem nihil erat: malui tamen meas litteras ſuperuacuas eſ
e ſe quam nullas: Quanquam non uideo an ſuperuacuum dici poſſit: quod nō:
ſine negligentiæ ſuſpitione: prætermitti potuit. Quid quod ita te uelle certo
ſcio: & ipſe coram tibi recepi: fore ut nullam ſcribendi occaſionem prætermitterem.
Summa igitur noſtrarum litterarum hæc erit. Nos hic: quemadmodum Stephanio tu-
us: imo noſter: ad te ſcripſit: dei benignitate: fœliciter: & honeſte: agere. Cupimus & op-
tamus uobis quoq; bene eſſe: de quorum ſalute non poſſumus non ſolliciti eſſe: quādo
poſt noſtrum a uobis digreſſum nihil abs te litterarum acceperimus: quas ego: & filius
tuus: iam ultra modum exoptamus. Recte facies: ſi aliquando utrunq;: hac moleſtia: &
ſollicitudine: leuabis. Nos: quod ad illius inſtitutionem attinet: enixe damus operam: ut
breui in optimum uadit adoleſcentem: in eum dico: quem tu optas: qui eum genuiſti:
& ego pro familiæ noſtræ dignitate eē cupio. Quantum ad hunc diem profecerit: ex
ipſius lr̄is poteris facile perſpicere: breui: poſt noſtrum huc appulſum: grammaticæ pce-
ptis inſtructum: ad poeticem molli quodā: faciliq;: ductu admiſi: delectatuſq; ſum non
mediocriter eius tyrocinio: in quo reminiſci (ut Plato ait) non diſcere mihi uiſus ē. Cœ
pi pinde multo maiora de eo ſperare quā ab initio optare auſus eſſem. Ipſe: uelut p mol
les gradus ducentem ſecutus: uſq; adeo ad hunc diem profecit: ut: neq; me diſcipuli: ne-
q; illum præceptoris pœniteat. Verum: quanquam hæc non parua ſint: omnino maio-
ra ſperanda ſunt. Volui omnium primum: ut emendatiſſimo ſcribendi ſtilo aſſueſceret
quod ipſum: ut cætera eſt facile conſecutus: & enim præter argumentum eorum: quæ
ſcribuntur. Cuius puer nondum eſt capax: cætera quæ ſcribit illius ſunt non noſtra. Iu-
beo proinde uos bene ſperare: & nos: qui ueſtri ſumus cupientiſſimi: abſentes diligite:
& amate. Sed ecce neſcio quonam modo: dum quæro quid ſcribā: legem epiſtolæ ſum
tranſgreſſus. Vale.

M. Anto. Carolo ſuo.

Vum plus ocii nactus fuero plura ad te ſcribiam: nūc breui ſic habeto: poſt me
q um Venetias reditum: me nunquam deſtitiſſe diligenter obſeruare: per quē
ad uos mitterem damaſcena illa munera: quæ nobiliſſimæ fœmiæ: matri tuæ:
fueram pollicitus: Vix credas quantam mihi ſollicitudinem ea res iniecerit: quantunq;
pudoris: quaſi per me ſteterit: quo minus: ad hunc diē: ſint uobis illa delata. Nullus hinc
ad uos profectus eſt: qui non meis precibus fatigatus abierit. Sed: qui precibus: aut pre-
cio flecti potuerit: fuit nemo. Expecto: imo obſeruo occaſiōes omnes: ac ſi qua poſt hac
oblata fuerit: tam libenter arripiam: quam quid diu optatum libentiſſime. Marcū An-
tonium: & Camillum ſaluto: matri tuæ optimæ. Camillæq; coniugi tuæ amantiſſimæ:
me etiam: atq; etiam: commenda. Cura: ſi me amas: ut hæ noſtræ litteræ domum per
ferantur. Vale.

M. Anto. Ioſepho:

ratulor tibi:uir amiciſſime:quod Belunenſes : ut audio :te publice inauctorarint:
g & ſi ſero:gratulor tamé:cupioq; fœliciter tibi euenire:quod nõ paruis initiis cœ
peris:& publice profiteri:uideo factum eſſe tibi gradum ad ea laudum incremé
ta:quæ de te ſum mihi ſemper pollicitus:utinam tibi ĩ tãto rerũ ſucceſſu:tuarum laudũ:
uel ſpectator:uel fautor adeſſem:noſtrum teſtimonium ad te ornandum nullo loco de-
fuiſſet.Quanquam nihil eſt uirtute ipſa commendabilius:quippe quæ ita omnib⁹ tuæ
uitæ partibus elucet: ita ſeſe effert :ut qui eam in te nõ exoſculetur:Phineo credi poſſit
& oedipode cæcior.Sed quod noſtrum ſit de te iudicium malo ex his ĩtelligas:q nos quã
doq; in corona:& cætu hominum:de ingeniis noſtri ſæculi differentem audiuere: nunc
tm̃ te uno habeto cariorem eſſe mihi neminem:Da operam:ut ego quoq; ĩtelligam me
mutuo abs te amari.Reliquum eſt:quod ab humanitate tua non mediocriter contẽdo:
ut:ſi me amas.ſi me tua amicitia dignum iudicas :quantum potes adnitare:Vt urbanus
homo:mihi amiciſſimus:qui de me:deq; meis ſtudiis: optime meritus eſt:ſentiat fratris
ſui filium :quem tibi inſtituendum tradidit:eſſe tibi: mea commendatione:quam com-
mendatiſſimum:ex omnibus officiis:quæ abs te potuerant in me proficiſci.illud omniũ
maximum putabo:ſi ita feceris:ut Vrbanus uir optimus intelligat : hanc meam com-
mendationem:apud te non parui ponderis fuiſſe. Vale.

.M.Anto.Ioſepho ſuo.

Inas ad te:paucis diebus:accepi litteras:humanitatis:officii:beniuolentiæ: ple-
b nas.Indignus ſim omni amicitia.omnium odio digniſſimus:ni te : uir huma-
niſſime:præcipue amarem:quem deus optimus οὐρανόθεν: ut aiunt : mihi de-
dit:ne deeſſet:in quo omnis amicitiæ numeros:omnia humanitatis officia:exercerem⁹
tuas urbano noſtro litteras legendas detuli.Qui præſenti mihi:tua cauſa : meaq; tibi
abſenti egit gratias. Vix credas quanta illum lætitia:officioſiſſimis litteris tuis : affece-
ris.Da operam:ſi me amas:ut quæ de pueri inſtitutione illi recepimus: cumulate præ-
ſtes:quod noſtram hiſtoriam tam cupide legas:gaudeo uehementer.uoloq; & opto ita
euenire:ut tibi quam maxime placeamus:Sed uide ne egregius tuus in me amor : tuo
acerrimo alioqui obſtet iudicio.Nam:quod ad me attinet:tãtum abeſt:ut a te:uiro pro
batiſſimo:probari nolim:ut præſenti prædicatione fretus : ſi mihi ſemper diſplicuiſ-
ſem:iam nunc placere incipiam.Supereſt:ut te ad mutuam beniuolentiam:quod ſpon-
te facis:adhorter:tibiq; perſuadeas Sabellico gratiorem te uno eſſe neminem:quod ip-
ſum ita eſſe:efficiam non multo poſt:ut omnes perſpicue intelligant.Laurentius Baſi-
leus:qui ad te uenit:dignus meo iudicio eſt:quem:ob ipſius egregiũ in utrunq; noſtrũ
ſtudium:communi indulgentia:& patrocinio:foueas:ne poſtea:quod nolim : amicum:
& eruditione non uulgari:& bonis moribus ornatum:negligentia amiſſum:fruſtra de
ſideremus:quod:cum ita ſit:tuæ erit induſtriæ:& diligẽtiæ:efficere:ut amicum: alioqui
periclitantem:in priſtina amicitia retineamus. Vale:

.M.Anto.Hunnienſibus.

Ecitauit mihi nuper.litteras ueſtras Antonius Sauorgnanus :.Nicolai equitis
z filius:quibus illi negocium præceptoris publice inauctorandi: a uobis : iniun
ctum cognoui : Verum : ea ratione:ut re prius communicata : noſtro in ea
re conſilio : & opera : uteretur : Pergratum mihi fuit uiri Hunnienſes (quibus: ob
publica : & priuata ueſtra in me officia : niſi omni tempore conſultum uelim : me-
rito ingratus haberi poſſim .Ne inhumanus dicam) in his officium meum a uo-
bis requiri : in quibus tam longa rei experientia :quam fides ueſtra:iuuare poſſit:con
ſilia cœpi continuo circumſpicere:meditariq; quis eſſet hic:qui in liberis ueſtris inſtitu
endis:non eruditione(nam id facillimum erat inuentu)Sed fide:ſtudio: integritate:ue-
ſtri eſſet Sabellici quam ſimillimus.Sed cum mores:& ſtudia: multorum penſitaſſem:
Philomuſus Piſaurenſis unus omnium ſe mihi dignum obtulit: quem:ob ſingularem
eruditionem:uitæq; grauitatem:uobis in primis proponerem:quod ipſum:ut libentius
facerem:me hominis celebritas:non mediocriter:hortata eſt. Nam quemadmodum &

ſpe mihi prædicar̄ ſolet:& ego a plæriſq;:ſpectatæ fidi uiris:accepi:Piſauri:& Arimini:
publice docuit. Eram igitur ad uos:de hoc homine:ſcriptur⁹ : quum mihi nunciatum
eſt maturaſſe uos alterius præceptoris deſignationem: quam quum admodum circun-
ſpectam:& ob id optimam arbitrarer:quia ex ſapientiſſima:conſultiſſimaq; profecta eſ
ſet ciuitate:ſuperuacuum duxi:de ea re:ad uos amplius ſcribere. At nunc mihi dicitur
eum:quem publico decreto accerſebatis:nondum ad uos ueniſſe:ac quemadmodum ex
eius neceſſariis aiunt ſe quidam didiciſſe:ne uenturus quidem eſt ad uos amplius:quod
ſi ſic eſt:nam de ea re nihil alloqui:quod uobis affirmare poſſim:exploratum habeo:nō
ab re fore exiſtimaui:meum uobis conſilium deferre:cuius ſumma hæc eſt : ut ſi noui
præceptoris habenda ſit ratio:requiraturq; interim a uobis ingenium:eruditio:mores:
ætas:& breui omnia:quæ huic conſtare debent:cui publica iuuenum inſtitutio creden
da ſit:uobis non defuturum:a quo:niſi breuis cōſuetudo me fallit:omnia cumulate ex
pectare poſſitis. Valete.

.M.Ant.Caietano Suo.

Olebat Iulius:municeps tuus:multa mihi:de ingenio: & humanitate tua:fami-
ſ liariter narrare: atq; eadem illa:tam tempeſtiue:& accurate : ut conſtanti illius
prædicatione facile in te ſim expertus:quod præclare a.M. Tullio ſcribitur:eſ-
ſe uirtutem adeo amabilem:ut eam in his etiam amemus: quos nunquam uidimus: &
iam incredibilis quædam tuarum rerum uidendarum animum cupiditas inceſſerat:cū
peroportunæ tuæ ſunt literæ mihi redditæ:quas cupidiſſime legi:omnia in illis officio
ſe & humane perſcripta:ac uere digna:ea expectatione:in quam nos ille iam antea ere-
xerat:reſcripſiſſem cōtinuo ad te: niſi perpetuo curarum æſtu ageremur quæ uſq; adeo
me ſibi totum uendicant:ut ad nullum humanioris uitæ officium liceat reſpicere:egiſ
ſemq; tecum lōgiore adhuc ſilentio:niſi litteræ:quas ad me proxime dediſti : ob ea quæ
de tuo huc acceſſu ſignificabas: reſcribendi neceſſitatem impoſuiſſent : Sed omnium:
quæ a me tibi de ea re ſcribi poſſunt:primum poſtremumq; ſit illud:ut in priuata con-
ditione nullam ſpem reponas:ubiq; ſeruitus miſera:Sed in priuata domo miſerrima:po
teris ſi uoles tuis ſumptibus hic eſſe:atq; interim profiteri: Nec deſpero fore:ut proce-
dente tempore:ita quæſtu:& celebritate:proficias:ut nihil huius pœniteat conſilii. Sed
non eſt cur tam cito ſperes rem tibi cofectum iri .καιρόσ γαρ ανδρασι μεγισοσ ερ-
γου παντοσ εσεργατησ cætera faciliora:tu ſiue ueneris:ſiue domi eris:illp tibi pſua
deas: eē te mihi quā chariſſimū:tu quoq; fac:qd̄ ſpōte facis:ut me mutuo ames. Vale.

.M.Ant.Benedicto Triuiſano.

Vod iam pridem nihil ad te ſcribo:tu uel potius tui domeſtici faciunt:a qui-
q bus totum fere biennium:nullæ ad me perferuntur litteræ: Sed nulla conſue-
tudinis intermiſſio:nullum ſilentium:tanti erit unquam:ut non animo tecum
ſim futurus ſemper. Atq; ea parte:qua licet:tuo ſuauiſſimo perfruar congreſſu : & tan-
quam præſens tecum loquar:& nunc quoq; officii admonitus : quamquam in noſtris
rębus nihil eſt:quod a me tibi ſignificari oporteat : non potui tamen non ſcribere:bre-
uiterq; mei amoris:fidei:obſeruantiæ:abſentem admonere. Sed credo ſtudium meum:
erga illam:tam notum eſſe: ut nullo recentiori opus ſit teſtimonio. Ego quotiēs pau-
lum Triuiſanum uideo(uideo autē ſepiſſime)eum rogare ſoleo:quid ex nobiliſſima iſta
inſula litteris:aut nunciis:afferatur. Ille mihi multa:de pulchra:& ſapienti : adminiſtra-
tione tua:deq; tuarum rerum ſucceſſu:familiariter ſolet narrare. Quæ audire tam mi-
hi gratum eſt quam ſi illa:ex tuis litteris:cognoſcerem:Marcus noſter Romæ eſt : quē
ſuperiore āno:cum adhuc Ferrariæ eſſet:conueni:hortatuſq; ſum uehementer ad ſtu-
dia laudum:ad quæ uidebatur mihi ſatis per ſe incitatus. De eius ſucceſſibus optimis
ſcriberem:niſi certo ſcirem:quum ipſius:tum aliorum litteris:id tibi abunde ſignifica-
ri. Saluto Hieronymum meum:Franciſcum audio Bizātium nauigaſſe:Saluto & Geor
gium:omneſq; domeſticos. Vale.

.M.Anto.Pomponio ſuo.

X omnibus officiis:quæ multa in me:& magna contuliſti:haud ſcio an adhuc
e ullum fuerit iocundius:quam quod tam familiariter mihi nup Bernardinum
Gymnopodem cõmendaſti:uirum probum:pium:uerecundũ : & quod omniũ me maxime in eo delectauit:tui ſtudioſſimũ.Sed quãtum ex ea re fructum me pceptu-rum putaui:tãtum certe nõ minorẽ cœpi dolorẽ:quod omnem nouãdæ illi operæ facultatẽ:aliena nobis ademit iniuria:mutata enim nauigãdi ratiõe mutauerũt:& uectores eõ filiũ:quoꝝ numerus quũ nõ adeo freques:hoc anno Venetias cõfluxiſſet:placuit Trie-rarchis ex duabus triremibus: quæ ueteri iſtituto in Syriã ornari cõſueuerant:alterã ob uectoꝝ paucitatẽ:inſtrui:uerũ ea conditione:ut pro remiſſa nauigatione:huic:quæ Venetiis ſederet:pecuniarũ ſũma quædã perſolueret:ad quod incõmodum reſarciendum: quũ hi:qui profecturi dicebant:maiorẽ quã unquã antea naulũ uectoribus ꝓpoſuiſſẽt: multis materiã præbuere:dilata in aliud tẽpus nauigatione: domũ abeundi:in qbus ne de aliis dicã:multi Germani:& Gallici nois fuere:id ipſum hic quoq; noſter ſecutus:de-territus diſpẽdii magnitudine:diſtulit in ſequentẽ annũ ſuã profectionẽ ; eritq; interim Venetiis in celeberrimo hominũ ſui ordinis cõuentu:multiſq; ut ipſe mihi prædicat ſolet:gratiſſimus:ego quoties hominẽ uideo(uideo enim fere quottidie)domũ fortunas: me ipſum illi defero:tradoq;.Præterea ꝙ emendatiſſime bibliotheca tua uſum perhũa-ne mihi detuliſti:facis Põponi clariſſime:quod ſoles:quodq; ego ubiq; prædicare ſoleo: eſſe in te:præter ſingularẽ eruditionẽ.humanitatẽ quandã eximiã:atq; in his:qui p te ꝓfecerint:illuſtrãdis ſtudiũ ĩcredibile:uidebunt itaq; alii quo uelint in te eẽ aĩo: ego tantum abeſt:ut tuã in me humanitatẽ nõ omni tpe prædicẽ:ac ſermone illuſtrẽ:ut nõ ſolũ hoc emporiũ orbis:ĩ quo iã quartũ annũ publice profiteor : ſed tota etiam ciſalpina Gallia:uel Italia potius uniuerſa:intelligat nihil in Sabellico eẽ:quod nõ Põponio acceptũ referri oporteat.Accedũt ad hæc lucubrationes noſtræ:quibꝰ ſi ſtare cõtigerit:ſentient ſpero & poſteri:qua Sabellicus fuerit pietate in præceptorẽ : nũc ſic habeto eẽ me totũ tui nominis:cui quo plura:& maiora deferã:minus huic meæ pietati ſatiſfactũ putabo.Veniet ſcio ad te litterator quidã:qui ſemp noſtræ inuidit laudi: ſi quod ſolet p ſpeciẽ colloquii cæperit:hũc noſtraꝝ reꝝ curſum labefactare: ſubiicito ei legendam hanc epiſtolæ partem:atq; ita mihi nebulonem eludito.Expecto tuas litteras.

.M.Anto.Georgio Merulæ.

Eorgiꝰ Merula alexãdrinꝰ.M.Ant.coccio ſiue ſabellico.Reꝝ patriæ Cõmẽta-
g rios:quos nuprime pſcripſiſti:carpti legi:nec.n.ociũ fuit ad oẽm pcurrẽdã hiſto
riã:quæ iã ĩ uolumẽ ſpacioſũ creuit:placuit maxĩe diuiſio:& digeſtæ materiæ ĩ ſcriptio.Nã primũ deſcripta regiõe terminatis a finibꝰ tũ quæ gẽtes & populi patriã tenuerit multa ſupra repetẽs expõis:quæ duo ĩ primis ſeruãda ſũt ab iis:q ueritati cõſulere uolũt.Ipſe præterea ſtilꝰ ab hiſtorico charactere haud diſſidet.qm̃ nõ ãbitu uerboꝝ: aut figuris oratoriis laboras.Sed res ipæ preſſæ:ac pſpicuæ ex dignitate tradũt.Quod ſi cætera his reſpõdẽt quæ ĩ trãſcurſu legimꝰ:nõ paꝝ tibi patria ipa dꝫ.Cuiꝰ loca:ac fines recẽſeas: ueteꝝ res geſtas iterire nõ patiaris:& quas recẽter p ĩcurſiões barbaroꝝ clades acceperit:tuis iſtis commentariis æternitati commendes. Vale.

.M.Anto.Dulcio.

Vm quid ad te potiſſimũ ſcribã reqro annꝰ eſt:ſed qd Sabellicꝰ ad Dulciũ ſcri
d bere põt:quod eũ ſcire oporteat.Publica nõ eſt:cur a me expectes:q ſtudiis de-
ditus ne domeſtica quidẽ cuiuſmodi ſit ſatis intelligã.De rebus tuis nulli dubium eſt:qui domeſticoꝝ lrĩs quottidie fias certior:ĩ meis nihil ſane eſt:qd amicos cognoſcere illoꝝ:aut noſtra iterſit:niſi forte de meoꝝ ratione ſtudioꝝ tibi a me ſcribi uelis. Hæc uero(nã breue eſt:qd de his quoq; ſcribã)ſãtagunt:ut ſemp.feruere enim nõ dixerim:quæ nihil decoquũt:hãc eruditatẽ affert curarũ æſtus:alit tamẽ hoc ꝑpetuos conatus ſpes:quæ ut ſapiẽs ait poeta homini ab initio adimi nõ potuit.Cætera tẽpus cõficiat neceſſe eſt:tãtũ habeto eſſe ſabellicũ uirũ a ἀπτώτον καὶ ἄπρακτον id:ut uerũ eſſe ſentias:nõ multo poſt faxim:tu fac:ut tuæ ad me litteræ frequentius perferantur.

.M.Anto.Luſco ſuo.

Ellē ego ſic oīa noſtra florerēt:ut qñ nō ſolū nobis:ſed & patriæ & amicis nati
u ſumus:ut Plato uir ſūmus ait:quāplurimis ꝓdeſſē multoꝝ iuuaꝛ cōſilia:uel eo
rū in primis:q ſacra colūt lr̃aꝝ:neq; ſtudiū meū:neq; opa:deeſſet cuiquā:uide
req; mihi accipere nō pſtare officiū:quū uel auctoritate mea uel gr̃a ornareꝛ aliqs.Ac
cedit huic meæ uolūtati tua diligēs cōmēdatio:quæ quāti eē debeat apud me momēti:
tu q tui ueteris ī me amoris:tuæq; beniuolētiæ:es tibi recte cōſcius:potes facile iudica
re:ſed doleo uehemēter oēm nobis adēptū eē occaſionē:Laurētii ciuis: & neceſſarii tui
uiri:ut ad me ſcribis:apprime eruditi:ut & tu petebas:& ego uolebam ſubleuādi.Nā qd
ad urbis huiꝰ cōditionē attinet:nō ita eſt cōparatū:ut Romæ:ubi regionati multi ꝓfitē
tur:atq; iidē illi publice iauctorati:ſed duo hic:ut multi:iā inde ab initio publica merce
de ꝓfitenꝛ.Cæteri uicati docēt.Quod ſi quæſtu nō pœnitēdo.phama tam paꝝ celebri:
multi nō uulgari eruditiōe iuuenes:Veneti credo auri:phama:& celebritate: allecti: ex
Latio.Eletruria.Piceno agro:ac reliq̄ Italia:huc aduecti:oīa demū experti:& ſibi:& muſis
irati abierūt.Habes credo qd tuꝰ ille municeps poſſit ſperare:frueꝛ:ſi ſapit.Tiburti iſta
ubertate:ſine ſollicitudīe:ſine labore ullo oīs peregrinatio grauis:p̄ſertim temere ſuſce
pta.Verū ſi ſic ſtatutū habet:ut experiri uelit fortunā:poterit:ſed ſi cōſtātiā prius ſibi co
mirē deſtinarit.Tres illi adoleſcētes:de qbꝰ ad me ſcribis:fuerūt hic mecū totū biduū:
ſuiq; hinc abeūtes uiatico:ut pote pecuniaꝝ indigos:puto ī Picenū agrū: aut certe in
Hetruriā:abiiſſe: quāquā ne hoc ipſū qdē ſatis exploratum hēo : Vale. M.A. Catalu.S.

I tu cū tota domo uales bñ ē:nos hic dei benignitate:ualemꝰ Stephāio noſter
s oēm mētē:curā:& cogitationē:ī bonaꝝ artiū ſtudia cōiecit: cæpitq; iā effuſis:
ut Ita dixeri:habenis:ſtudiū decurreꝛ:qđ certam̄ tyrāculꝰ ī formidabat:uix cre
das quātū de eiꝰ ꝓfectu nobis ſpare liceat:ſeqtur eū Mariꝰ:nō tā æqs paſſibꝰ. ſpo oīno
fore:ut illū uobis uiꝝ egregiū reſtituā.Tu uero:qa te huc uētuꝝ ſcripſiſti:caue uenias:
ac ne aliū qdē quātū ī te erit:patiaris ad me ueniꝛ:habete obſecro.& uos qñq; aliqñ mea
rū reꝝ rationē:quē peregrinatio illa ſupiotis āni tāta laſſitudīe affecit:aut uix ad hunc
diē reſpiraꝛ cōtigerit:ſcis credo qd dicā:ſatis tu:& Antonia habetis:ſi adoleſcēs nō minꝰ
eſt mihi quā uobis charus:Vale. .M.Anto.Fregellano ſuo.

ωελερη πнσнноςκι2αρн.Sic đ ſe Orpheꝰ ille uatū ātiqſſimꝰ.Sic & tu amicoꝝ
si amiciſſime:tua ſretꝰ eloquētia:ſperaſti fore:ut hæc qñq; mollires p̄cordia: q̄
multis elācinata curis:qd ſit ociū.qd receſſus:qd deniq; laboꝝ remiſſio iā ni
hil itelligūt:potuit Orpheꝰ herētē argo loco dimoueꝛ:potuit ſaxa:arbores:& feras tra
here:Cyaneos ſcopulos:fataleſq; Promethei laniatꝰ mutaꝛ nō potuit:aut certe noluit:
nō Titii ſuppliciū:nō Tātali deſideria:potes tu qdē:& debes:ſuauiſſimis lr̃is tuis:qbꝰ ni
hil amabiliꝰ ē:nihil uenuſtiꝰ quā plurimos ꝓuocare:ſed uereor ne quū multos flexeris
nihil ī Sabellico ꝓficias. Vellem ego is eē cui p ociū liceret tibi obtēperaꝛ:aduolarē cō
tinuo ad te:fruererq; ſuauiſſima cōſuetudīe tua:uel una breuis deābulatio nr̃a poſſe ani
mū ad hilaritatē reuocare:qđ ſi minꝰ cōſequeremur:eſſes tñ Timōi atticꝰ ille penitꝰ:
ſed abſit p̄cor:ut ulla ſtudioꝝ cura ſit tāti:q̄ nos ī id diſcrimē adducat:ut dū nimiū pha
ma ſtudemꝰ hūanū credamur genꝰ odiſſe.Amo te abſētē:mi ſragellane:delectorq; tuo
officio plurimū:& breui ſic hēro iucūdiorē mihi te uno eē neminē:puſſē tuis amātiſſi
mis lr̃is:aduolaſſēq; libēter ī iſtū ſeceſſū amœniſſimū:qđ me faceꝛ iubes: ſed hiſtoria:q̄
in manibꝰ ē:uult me hic eē.Tu amabo uiue ī iſta locoꝝ amœnitate:& qđ ſpōte facis:ad
me quādoq; ſcribas Mariū nr̃m & alios domeſticos:tuis officioſiſſimis lr̃is:ad eloquētiæ
cultū adhortaꝛ:qđ ut facias te ēt:atq; ēt:rogo.Negociū:de quo ad me ſcribis:curabo di
ligenter:Vale. .M.Anto.Palmulcio.

Oſſinꝰ Laudēſis:q has meas tibi attullit lr̃as:& ſi nulla maioꝛ ē mihi iūctꝰ cō
c ſuetudīe:eruditio tñ:& ꝓbitas uiri:q̄ a multis p̄dicaꝛ:faciūt:ut tā mihi ſit cha
rus:tā dico & iucūdꝰ:quā ſi ex iis unꝰ eēt:q diutiſſīe mecū uixerūt,Ipē utinū ſa
cris opaturꝰ uenit:niſi forte oblati iſtic ſacerdotii ſpes uenientē fruſtrabitur faciet:hu
manitas tua rem mihi gratiſſimā:ſi & in conſequenda dignitate hominem iuuerit:& in
ea tuenda fouere perſeuerabit.modo is ſit:aut multorum:ut dixi teſtimonio:nec eo:qui

dem uario:aut obſcuro:mihi prædicatur:erit mihi uehementer gratum:ſi eum benigne & manſuete acceptum:ita tueberis:ut ille plane intelligat:meam hanc cõmendationé ſibi:apud te:non mediocriter profuiſſe:Nicolaum noſtrum:uirum clariſſimum: ſalutot cui fortunas meas omnes:ſtudium:induſtriam:officium:amice deſpondeo:tradoq̃.

.M.Anto.Iacobo Maranenſi ſuo.

s I tu cum hũnienſi clero,uales:bene eſt:ego quidem ualeo. Coſſinus Laudenſis: qui cum his litteris ad te uenit:eſt doctorum quorundam hominum:qui iure profeſſionis ſunt mihi non ignoti:pernéceſſarius.Illorum conſtanti prædicatione:qui non ceſſant hominis eruditionem:& humanitatem laudare:factum eſt:ut dignus mihi uideatur:quem uel abſentem:omni officio:& humanitate tueri debeam: is Hunnium uenit ſpem noui ſacerdotii ſecutus:in quo aſſequendo tua imprimis opera: & auctoritate:nobis opus eſt:ex multis & magnis officiis:quæ in me:ad hunc diem:cõtuliſti:erit hoc certe longe gratiſſimum.Si hominem ipſum ita iuueris:ut non ille ſolũ ſed eius quoq̃ neceſſarii intelligant:nullius hominis commendationem:maioris apud te momenti:q̃ tui Sabellici eé potuiſſe.Vale.

.M.Anto.Pomponio ſuo.

r Aro tuæ ad me perferuntur litteræ:& quia raro:ob id fortaſſe magis iucũdæ uoluptatem(ſi uera eſt ſatyra)cõmendar rarior uſus:ſed maius omnino q̃ credi poſſit tuarum me litterarum tener deſiderium.Quarum gratia eſt:& auctoritas:tanta apud me:ut ne in ſumma quidem litterarum frequentia:ſatietas ulla:aut cõtemptus:timeri poſſit.Quod & tu ſic eé plane iudices:quum noſtrum in te amorem:ſtudium:pietatem:altius exploraueris.At certe ſic eſt:ut ad te ſæpe ſcripſi:nemo cuiquã de ſe merito:magis debere uoluit:q̃ Sabellicus Pomponio:nemo gratiorem præſtitit memoriam.Sed hæc eo tendunt:ut tuas apud me litteras:in ſumma eé expectatione nõ ignores:ad quas commodius impetrandas:haud inepte ſum mihi uiſus facere:ſi:ut ſoleo.te litteris prouocarem:χάρισ χάριν γὰρ ἡ τίκτουσα:quæ ne argumẽti inopia nimis breues eént:pauca hæc ſubieci:quæ epiſtolæ legem implerent.Mittimus uno tibi faſce compræſſa gallicæ telæ ſex ſudaria:ueneti operis:Biſachium unum(ſic enim falcatum cultrum turci uocant)& cum eo argenteam furcam:illius uaginæ inſertam:Calamorum ad hæc faſces duos.Res quis non uidet tenues ac pene ſordidas.Sed quas tu pomponi clariſſime.ſi tui ſabellici animum metiaris:maxime illuſtrare poſſis.Ego qđ ad me attinet:quando χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάσειν τι τὸν διδάσκαλον aliquid penes te eſſe uolui:non quod mirareris ut apud Ariſtophanem ſenex ille comicus ait: ſed quod mei in te amoris pignus eſſet:& monimentum:Miſi præterea ex panegyricis meditationibus noſtris:Venetæ urbis genethliacon:unde opus auſpicati ſumus:perlege totum carmen: ac; ſi ita uiſum fuerit :amicorum oculis ſubiicito. Pergratum poſtea feceris ſi ad me amice:ut ſoles tuum de ea re:iudicium ſcripſeris:nam quum plæri que:ſint: Quorum potiſſim ſententiæ & iudicio acquieſcere:cuius auctoritati ſim libentius q̃ tuæ acquietur⁹:eſt nemo.Vale.& me tuas ſcito litteras cupidiſſime expectare.

.M.Anto.Flaminio.

b Elli Rhetici cõmentarios: quos per litteras a me petiiſti:miſiſſem ad te quã libentiſſime:ni Horatiana lege id facere prohiberemur: Quæ uetat(ut ſcis) eos ante nonum annum in apertum referri:eſtq̃ ea lex:apud me:quia poetæ é poetæq̃ non ignobilis haud leuis:Sed altera grauior magis urget:quam impune uiolare non liceat:ea cuiuſmodi ſit ne quæras.Tantum habeto te a tuo ſabellico ea non impetrare:quæ ipſius fide:& officio incolumi præſtari nõ poſſint.Si te noſtræ ineptiæ aliquo modo mouere poſſunt:poteris cum pomponio noſtro uenetæ urbis genethliacõ: quod illi cognoſcendum dedimus quandoq̃ legere.Quanquam certo ſcio laborem illum ἀσὶ γέλωτα καὶ ψόφον πλέον non tam admirationi:quam riſui futurum.Sed uos amici uidebitis ſtulte ne magis an ambitioſe noſtra muſa fecerit:cui pro Polluce Caſtor repente placere occœperit.Vale.

.M.Anto. Dulcio ſuo.

Cripſi hæc mediis bacchanalibus:nam quo alio nomine appellem hãc luxuriæ ĩ
ſ tẽperiem:poſt februarii menſis nouilunium:receptam:Sed quum luſu & epulis
omnia circumſtreperent:mihi tamen nihil in mẽtem ueniebat:quod ad te potiſ
ſimum ſcriberem:i nunc & dubita an quum hæc ſcriberemus ξουλιον ιυαι κατογυα
ει και λιτια κενρογε an υδροποτης potius και αγευσος cereri & Baccho iratus ſede-
rem : ſed quid nihil in mentem uenire dixi:quum uenerit omnino aliquid:id certe fuit:
ut Dulcium omnium dulciſſimum rogarem:ſi amari ſe ſciat:ut redamet:uiuatq; amic⁹
tam iucundus quam gratus:quod ut uideo ſponte facit:ut neq; gratior illo ſit quiſquam
neq; officioſior. Reliquum eſt:ut ea commendatione:quæ diligentiſſima eſſe poſſit:me
Triuiſano tuo commendes.Vale.& da operam:ut tuæ litteræ iucundiſſimæ:ante paſca-
les dies:uenetum littus teneant .

.M.Anto.Catalucio:fratri ſuo.

Vod ad me iampridem nihil ſcribis non poſſum non mirari:ſed tu:ſi nõ fratris
q uel filii cauſa:da operam:ut tuæ ad nos litteræ ſæpius perferantur:quæ de tuo
& aliorum ſtatu utrunq; erudiant : nos hic pulchre dei benignitate agimus
Stephano noſter moribus:& ingenio:in dies:mihi fit charior.Iam in poeticæ lectionib⁹
liberius uerſatus ad maiora anhelat . Reliqua conſultatio erit de ſtudiorum progreſſu:
eaq; mihi tecum cõmunis.ſumma autem eorum:quæ a me in hanc ſentẽtiam ſcribi poſ
ſunt:hæc eſt:ut quæcunq; ab optimæ indolis adoleſcente:præclariq; ingenii;expectari
poſſunt:ab eo expectemus. Nulla tam grandis expectatio eſſe poteſt: quam non ſit ille
(uiuat modo)ingenio:& induſtria:ſuperaturus.dedit & ipſe ad te litteras:ex quibus(om-
nia enim illius non noſtra ſunt)facile cognoſces:quid nos ſperare oporteat.Marius ma-
gis æmulus fratris:quam par:ſuum & ipſe ad te dedit epiſtolium :quem uolo noſtro exẽ
plo ut filium ames:Antoniam & eius fratres ſaluto.Vale.

.M. Anto.Silueſtro ſuo.

Actantius:familiaris tuus:primariam religionem in pietate conſtituit:ſed poſt
l dei optimi cultũ: eſt:quis neſcit:ſumma pietas : ſummaq; uirtus:hominem iu-
uare.Et quia pium eſt:& humanum:iacentem ſubleuare:cui melius quam tibi
hunc hominem:qui meas tibi attulit literas:commendarem ſuccurrebat nemo.Eſt is ſa
cerdos:& in diuinis rebus tibi collega.Cæterum quanquam mihi nulla maiore conſue-
tudine notus:diligens amicorum commendatio efficit:ut ĩ meis familiariſſimis eſſe cœ
perit:ipſe uariis fortunæ uoluminibus iactatus:nudus:& egens:ut Homericus ille Itha
cus:his applicuit littoribus:ad quam iacturam reſarciendam:in tutiſſimum iſtũ . ureq;
beatiſſimum:Italiæ receſſum ſe confert.ſacerdotiũ aliquod:ueſtro patrocinio:ſibi quæ
ſiturus:in tua erit ptãte efficere ut(quod tuo commodo fiat)ipſe :& alii intelligant:me a
te tantum amari quantum ego prædicare ſoleo: id facile præſtabis:ſi dabis operam : ut
mea cauſa ſentiat ſe tibi fuiſſe quam cõmendatiſſimum.Quod ut facias te:etiam : atq;
etiam rogo. Vale.& me duobus palmuleiis:cõmenda.Cæteros amicos ſaluta.Venetiis.

M.AN.SABELLICI EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER SECVNDVS.

.M.Anto.Triuiſano.

OCTI Doctos amant:ſi iure docti ſunt:ſic Soſtratus ille academi
cus Arrium alloquitur:apud Plutarchum:aut non multũ diuer-
ſa uoce:ſic & te libet non aliter affari:Triuiſane:omnium bonaꝝ
d artiũ cultor:& fautor optime:non quia de tuo ſtudio:& humani
tate in eos:q muſis:& Apollini ſeruiunt:dubitem.Sed ut nõ igno
res ĩ quem uirum ſis collaturus officiũ.Ego ſi quid in his ſtudiis
quæ ſibi nomẽ ab humanitate uendicant:profeci:id poſt deũ op-
timũ:Põponio læto refero acceptũ.Mitto illi parua quædã mu-
nuſcula:teſtimonium meæ in pceptorẽ obſeruantiæ:quia nõ uidebã qua rõe tutius ad
illum hæc pferri poſſent.Viſus ſum mihi nõ abſurde facere:ſi tuũ nomen uelut geniũ

quédam:quem uiolare audeat nemo:ipſi rei aſcriberē:Curabis:ſi me amas:ſi Pomponio
eruditiſſimo cupis:uel in paruis:conſultum:ut per dulcium noſtrum:cum quo:per litte-
ras:pauca iocatus ſum::aut ex domeſticis alium hæc:quæ mittimus:ad illum pferátur:
erit id mihi uehementer gratum :ſcripſi hæc celerrime:ī riuoaltinis mēſis:negociatorio
calamo:& ob id minus accurate. Venetiis:

.M. Anto. Carſio:

q Vod ad te pri⁹nō ſcripſeri:nō mihi ſed tuorū negligentiæ īputa: nullas eorum
litteras:poſt tuum hinc digreſſum:accepi: ſuſpicari libet,aut periiſe omnes aut
nos:qui hic ſumus:penitus eorum animis excidiſſe:fuit noſtra expectatiq non
breuis:ſed uana:ut uides :& irrita : quid illi ſibi uelint perpetuo hoc ſilentio non intelli-
go.Ego:ad hunc diem:menſarios:quibus fuerat pecunia illa ab initio appenſa:moleſta-
re nō deſtiti:ut uellēt quādoq; ex ſuorum litteris cognoſcere:ſit ne tuis ſumma illa rep̄
ſentata.Nouiſſime Fluentinus ille(ſcis.quem dico)protulit mihi chirographum:quo ap
paret pecuniam : non mulros poſt dies : quam tabellarius hinc profectus eſſet : fuiſſet
fratri tuo(ſi fratris eſt tui chirographum illud) Romæ expenſam.Mitto ad te chirogra
phum:ut per te quid actum ſit cognoſceres :ſi fratris illud eſt res in turo eſt:tu uero re-
ſcribe ad me qd agas:& qd iſtic pficias.Nos hic recte ualem⁹:dei benignitate. Venetiis.

.M. Anto. Palmuleio.

d Oionii fratres:qui cum meis ad te litteris ueniunt:ſunt in meis amiciſſimis.hi
ab æquitate tua,impetrare cupiunt:ut proprio ſumptu ſibi liceat ī diui Marci
ædicula:quæ ſteuenatii eſt:unum aliquem ad ſacrorum uſum conſtituere.ſcio
ego religione incolumi ſolere ea:quæ a tua præſtantia petuntur:ſine amicorum cōmen
datione ab omnibus impetrari : ſed ut amici officio fungar :a tua peto amplitudine.ut
pro mea in te obſeruantia:Doionios ipſos clementer ut ſoles audias:ac:quantum tua di
gnitas patitur:efficias ut illi plane intelligant hanc meam commendationem nō minus
apud te pōderis habuiſſe:q̄ ipſi ab initio putarunt:& ego habiturā dixi:erit id mihi uehe
mēter gratū. Vale. .M. Anto. Sabino.

r Eddidit mihi Aurelius lepidiſſimas litteras tuas:quas ætatis tuæ admonit⁹ ſæ
pius ſum exoſculatus:& ſermōis elegantiā:ſniarūq; pondera:uſq; ad ſtuporem
miratus:atq; eo uehemēti⁹:quo magis rara ſunt hæc ī puero.Gratulor tibi Sa
bine iucūdiſſime p̄maturā iſtā eruditionem: gratulor & genitori tuo:quē uel ex hoc ſū
mū uiꝝ iudico:quod te talem genuit:ſed tu da operā ut eloquētiam:quā ad hunc diem:
ībibiſti:induſtria & diligētia augeas.Quod nr̄a tantope miraris:eoꝝ humanitati aſcri-
bo:q ut iſta crederes cōſtanti meaꝝ reꝝ p̄dicatione effecerunt.Sed ego nō aliter q̄ Ho-
mericus ille Vlyxes:neq; me laudo neq; uitupo:nec tua iſta p̄dicatio fuit mihi iucunda:
notū eſt tibi illud εκ ςοιια Ίος γηπιώ και ὀηλαξόρτων κα Τηρτισ ω αινοι.Supereſt igi-
tur ut tibi pſuadeas:eū ī te ſabellicū:oī tpe:futurū:cui æque ſis ac pr̄i cariſſimus. Vale.

.M. Anto. Cauacio.

p Etiiſti a me ut opuſcula :quæ nuper edidiſti: recognoſcerem:fuit certe id mihi
uehementer gratum:Quod tu homo ſingulari ingenio:elegantiq; doctrina:tā-
tum mihi tribuas:quantum nec mereor:nec poſtulo uidiſſem lucubratiōes tu-
as libenter:nec Ariſtarcus ad eam lectionem acceſſiſſem :Quod tu ſatis uerecunde a me
petebas .Certo ſcio ex iſta cultiſſima officina nihil exire : quod non ſit idem cultum:&
elegans.ſed ut tua potius mirarer:mirandoq; tibi abſenti gratularer .At ſic certe habet:
nemo eſt hodie in terris me uno occupatior nihil perpetuis:& ut urbaniſſimi poetæ ne
uerbo utar : catenatis diſtrictius curis : Quippe qui pauciſſimis diebus : præter cæ-
tera negocia quæ me undiq; urgent.ſim paraphraſim noſtram in Tranquillum editur⁹:
Tres de ſitu urbis libros.Duos de uiris illuſtribus:unum de adminiſtratione prouinciæ:
obſeruationes quamplurimas in Plinium:in quibus recognoſcendis : & ſolemni more
dedicandis:quicquid ſucciſiui temporis datur a publica lectione. totum abſumitur:nec
adhuc cum his paria facimus.Alium igitur tibi circunſpice cui commodius id negociū

iniungas : negocium uocabunt fortaſſe alii:mihi certe oblectationi & uoluptati fuiſſet ; tanti uiri lucubrationes cognoſcere:ſi per ocium licuiſſet.Vale.

.M.Anto.Ierardo Rhoſeo.

t Va egregia in me uoluntas:beniuolentiaq; ſingularis:iam antea mihi in multis haud obſcure:perſpecta facit:uir humaniſſime:ut ſi quid ſit:quod uel mea cauſa:uel amicorum:qui iidem ſunt & tui :per te fieri uelim:familiariter id abs te & quaſi meo iure:petere non dubitem:quod ipſum non ſemel antea feci:& nunc quum opus eſt libenter facio.Ponticus:qui has meas tibi attulit litteras :homo eſt egregia humanitate :eruditioneq; ſingulari:atq; per hæc duo nuper mihi conciliatus. Quid ipſe ſecutus hinc ad uos nauigarit:ex ipſo coram cognoſces:illud ab humanitate tua etiam:atq; etiam:peto:ut ſi quid ſit in quo illi commodare poſſis: tantum eius rebus tribuas:ac commodes quantum noſtris:omni tempore:commodare conſueſti . Eſt:niſi me amor fallit:dignus cui oēs boni libenter faueant.ſed in hoc homine eo tuū mihi officiū erit gratius: quo illi audacius recepi fore:ut mea hæc futura eſſet:apud te:non uulgaris cōmendatio.Vale.

.M.Anto.Hiero.Marcello:Clodiæ prætori.

p Onticus Tauriſinus : qui has meas tibi reddidit litteras:& ingenii ſuauitate:& eruditione haud ſane uulgari: Paucis diebus:quibus Venetus fuit:facile eſt cōſecutus:ut in meis ſit familiariſſimis.Is certos ſecutus rumores.Clodienſes:ob aduerſam præceptoris ualitudinem:qui in iſto publice profitebatur municipio:de conditione alteri deferenda iam dudum conſultare:eo iſtuc conſilio uenit:ut ſuam iſti ciuitati(modo recipiatur) deferat operam.Ego qui non ignoro quam familiariter : & humane:noſtratia hæc in omnibus complectaris ſtudia:non dubitaui:per litteras:hominē doctum:humanum officioſum.& in primis mihi amiciſſimum:ea cōmēdatione:quæ diligentiſſima eſſe poteſt:tuæ amplitudini commendare : facies rem mihi gratiſſimam:ſi Ponticum in hac re non tentanda ſolum:ſed ſi fieri poſſit etiam conficiunda:quantum tua fides:& dignitas:patietur iuueris:erit id mihi tam gratum :ut nihil poſſit eſſe gratius.Vale.

.M.Anto.Carolo ſuo.

e X omnibus officiis:quæ multa & magna mihi iā inde a noſtro ueteri cōtubernio: præſtitiſti.Carole humaniſſime:hoc erit omnium maximum:longeq; gratiſſimum.ſi dabis operam ut hæ litteræ noſtræ:quia maiuſculi cuiuſdam ſunt ponderis:continuo domum perferantur:ne eorum:quibus creditæ fuerint:incuria intercidant uide amabo.Matrem tuam:fœminā nobiliſſimā:& fratres iubeo ſaluere. Vale.

.M.Anto.Frāc.Straſolido ſuo.

e T ſi de tuo in me ſtudio:& beniuolentia:nunquam dubitaui:neſcio tamen:quonam mō:uer⁹ illud iudiciū minus mihi: minuſq; : conſtare cœpit.iam inde ex quo non incertis:ut fit:rumoribus : ſed conſtantiſſimis amicorum litteris:cognoui:perſeueraſſe te aliquot dies : poſt Tridentinam tuam illam peregrinationem:nos ubique maledictis inſectari:abſentiſq; exiſtimationem:non minus acerbe quam petulāter:lacerare:Miratus ſum non mediocriter quid his paucis diebus acciderit:ut is: quem nuper Verōæ tam familiariter:& amice appellaui:perhumaneq; penes me habui:totum biduū:ita eſſet immutatus ut nos tam infeſte abſens oppugnaret:non potui fateor ſtomacho temperare:quin dolui uicem meam:cū Triuiſano præfecto urbis familiariter: qui mei in te ſtudii & amoris optimus eſt teſtis:nec mehercule tam moleſte fero te:nulla mea culpa:ita alienatum : quam quod tam ſubita animi mutatio plane arguit:quam alter noſtrum fuerit : in deligendo amico : turpiter oblucinatus:aut quod uterq; amare neſcierit.Vale.

.M.Anto.Lipamano Antiſtiti.

f It ne omnis cunctatio:quæ officium remoratur:accuſatione digna alii fortaſſe melius ſtatuent: Ego ſi qua ſit:quæ huic:cui aliquid debetur:lucrifecerit:non ſolum non accuſandam exiſtimo:ſed dignā etiam:q̄ ab omnibus laudetur:modo id tale ſit:ut uel inuitus in mora fueris: uel ſi de induſtria cūctātior factus ſis officii

cumulo aliquid accedat:conſilii non euētus ea æſtimatio eſt:ſed quorſum hæc: ut neq; me uoluiſſe putes:in hunc diem:differre quod tertio ab hinc anno tibi coram receperam:nec quia ſic accidit iniquo animo feres: q; a longa expectatione plus omnino ſit tibi quæſitum quam ab initio ſperari potuit:promiſeram:ni fallor: de latinæ linguæ reparatione librum:nunc tris illi de Venetæ urbis ſitu:de officio prætoris unum adiecimus:ut duplo maius ſit fœnus quam ſors a principio fuerit.Supereſt igitur ut: uel quia citius non potui:uel quia quod plus datum ſit:quam tum primum pollicitus eſſem:longiorem hanc morã:qua te indigna expectatiõe torſimus:æquo animo feras. Spero equidem ita futurũ ut quandoq; tibi:ne expectanti quidem:ex hac rudi officina: aliquid depromptum ſentias:quod Sabellicũ præcipuo in te ſtudio:& obſeruancia eſſe non ignores:ſed uolo magis re quã uerbis hæc tibi a me pſtari:nũc ſi quid noſtræ agãt muſæ cognoſcere tibi eſt curæ:breui ſic habeto:exorſum fuiſſe me ſuperiore anno:res omnium gentium ab orbe cõdito ſcribere:rem ſcio perdifficilem:nec temere adeundam: ádii tamen:deoq; auſpice eo uſq; traximus hiſtoriæ filum: ut inſtituti operis ſextuſdecimus: ut hodie in manibus.Sed quæ futura ſunt ſpero adhuc meliora. Vale.

.M.Anto.Sanctonino.

q Vod de filii contubernio:& inſtitutione:ſum ſemel pollicitus libẽs tibi:ut bonum decet uirum:præſto:ſed non eſt cur cum ante æquinoctium ad me mittas: ſatis.n.pueri diſcunt:ut lepidiſſimus ait poeta: ſi æſtate ualent:tu interim da operam ut tetrica illa tua ſabina:dico diſciplina:ita puer ad nos inſtitutus ueniat: ut litterarum profectum hinc ſibi quæſiuiſſe: honeſtioris uitæ rudimenta paterna domo ſecum attuliſſe uideatur. Vale.

.M.Anto.Clario ſuo.

r Ecte facis quod ad me ſæpius ſcribis:nemo tua ſcripta libentius legit: ſed tuæ litteræ eiuſmodi ſũt:ut uere αμουσος και αγροικοτατος ſim:niſi libens earũ fruerer lectiõe:tu uero perge hoc meũ deſideriũ:quod tuus hinc ſuauiſſimiq; Lodouici digreſſus reliquit:litterarũ frequentia:leuare:habent fateor tuæ litteræ γλυκιτατον ut ſic dicam φαρμακον ſed Lodouici lepidiſſimi neſcio quid mai⁹ & quaſi νηπένθεσ τάχολοντε κακων ἐπιληθεσ απαντιον fac igitur:ut ĩ tãto etiã curarũ æſtu:idẽ noſter ille quãdoq; faciat:nec lõgiores ab eo expecto litteras:uel breue epiſtoliũ pleniſſimi uoluminis habebit inſtar. Tantum intelligere ſat erit uoluiſſe eum ad me ſcribere: At uideo quam improbe faciam:qui ab homine negocioſiſſimo ocioſi officium hominis requiro.Sed mutuus amor id tibi dari poſtulat:cui inhumanum eſt: ne impium dicam:quicquam quod præſtari poſſit denegare:ſumma omnium: quæ mihi ex pulcherrima iſta peregrinatione exopto: hæc eſt:ut de utriuſq; ualitudine:cõmuniumq; itinerũ proceſſu:me per litteras:quam ſæpiſſime:certiorem faciatis: Marius belliſſimus ualet: tenetq; tui memoriam:extorſimus impreſſoribus poſt multa conuicia:& ſi ſero:extorſimus tamen paraphraſin in duodecim tranquilli Cæſares:Plinianaſq; obſeruationes:ſed ita eorum quædam: uel inſcitia uel negligentia corrupta:ut ſatius fuerit domi continere quam ineptiſſimæ officinæ temere inferre. Verum id tale eſt ut accuſari magis poſſit:quam corrigi:quanquam corrigere etiam conati ſumus.Sedulo curaui: ut indice appoſito:facile errata deprehẽdi poſſent:deprehenſaq; in integrũ reſtitui. Vale.

.M.Anto.Sanctonino.

n Iſi plurimũ uellẽ tibi debere.nũq̃ ea q̃ mõticulanus nr̃:tuo mihi noĩe attulit: paſſus eſſẽ mihi inculcari:cupio .n. abs te amari nõ coli: ſed tu quid me δωριφαγον putas quin me φιλαιτερον exiſtimes uolo. Sed uoluiſti fortaſſe mihi:grãm abs te:relatam: quod noſtrã in Trãquillũ paraphraſim tibi miſimus: at ego id munus: neq; in quæſtũ miſi:neq; ſi miſiſſem in id accipere debuiſſes. Sed quoquo modo res habet:ingratus eſſem:niſi tantum tibi debere uelim: quantum tua in me humanitas poſtulat:Quid de uenalibus libris actum ſit uideo.Satis habeo quod tu & Philomuſus noſter in conficiendo mihi negocio:omnia experti ſitis:Nunc quod reliquum ẽ

uelim:quod tuo cõmodo fiat q̃primũ ad me mittas. Attulit ad hæc monticulanus:ado
leſcens optimus:aureos nũmos decem:quem dolui hoc potiſſimum nomine abs te miſ
ſum:ut de filii contubernio mecum ageret. Quando ex eo ſermone:quem tecũ hic ha
bui:plane intelligere potuiſti:me nõ mercedem:ſed officium:ſecutum filii inſtitutioné
recepiſſe. Veꝝ:ne fruſtra miſſus uideatur:ſic habeto:qood tu ipſe dderis id ampliſſimæ
apud me mercedis loco futuꝝ. Interim qd facto opus ſit.ex mõticulano itelliges. Vale.

.M. Anto. Foreſio ſuo.

Ebebam ego tibi iam antea:cũ multis:Foreſi:nemo eſt qui:ad hũc dié: aliquid
d in cõem uſum cõtulerit:qué tu non ab obliuione iniuriæ uindicaris:uir opti
me. Feciſti quidem quod eoꝝ qui ſcribunt nemo:ut nõ ſolum tuæ conſuleres
ĩmortalitati:ſed ut q̃plurimi:imo omnes:qui de uita:ab ipſo mundi exordio: ſunt bene
meriti per te uiuerét. Sunt igitur nõ pauci:qui:& ſi certo ſciant:eam ad ſe laudem nihil
pertinere:probant tamé diligentiam:& ſtudium tuum:uolũtq;:uel hoc nomine tibi plu
rimum debere:ex his ego unus ſemper:& eé:& uideri uolui:quippe qui in theatrũ illud
uetuſtatis:qd tu oĩum gétiũ oculis ſpectádũ ſubieciſti:ĩgreſſus:táto æmulatiõis ſtudio
me ad recognoſcédá uetuſtaté incédiſti:ut iá pridé ex hac una laude pédens:ab orbe cõ
dito:oém ſacraꝝ prophanatumq; reꝝ ſeriem ſim ſcribere exorſus: cuius inſtituti opis
liber nunc ſextuſdecimus eſt in manibus : nec te : aut alios : per quos aliquo modo
adiuti ſumus:merita laude:noſter fraudabit ſtilus. Verum hæc eo tendunt:ut plane ſci
as noſtrum officium : tuæ induſtriæ nunquam defuiſſe. Nunc uero ſtudium:quod mi
hi:cum multis:in te commune fuit:quæris:ot uideo:in tuum æs:ut uulgo dicitur: uer
tere:ac ſingulari quodam Sabellicum officio deuincire:quo ille : niſi ingratus ſit : plus
omnino quam cæteri hominum:in tuis epitomis:tibi debere uelit:etenim quod ais ſta
tuiſſe te nomen meum illis inſerere:tribuis certe mihi quantum uix poſtulare auſim:
Vellem ego is eé:qui tuum iſtud de me iudicium tueri poſſem. Verum utcunq; meriti
ſumus:pergratum mihi eſt:a te uiro integerrimo:& qui humanum:ut ſic dicam ; genus
per hæc expendere ſis ſolitus:inter illoſtres uiros noſtram memoriam ad poſteros col
locari. Nunc uerecunde quidem:& cum rubore:tibi noſtra ſubiiciam. Varronis uicus:
niſi Valerius ſit potius dicendus:quia in Valeria ſit uia: in latii finibus : ad Anienem
mihi patria eſt. Coccia domus:Cæcia mater:Coccius genitor:Romæ Pompõio: & Do
micio Veronenſi:dedi operam adoleſcens:audiueram tamen non nihil antea Gaſparem
ueronenſem:& Porcelium poetam. Scripſi ad quinq; milia carminum: ſub præceptori
bus:quæ omnia adultus aboleui:præter pauca:quæ ex illis non omnino diſplicuere.
Scripſi inde elegias:& in his tredecim in laudem deiparæ uirginis : quæ iam in publi
cum exiuere:epico carmine munitionem fontiacam. cladem fontiacam:incendium car
nicum:originem Hunnii:de inuentoribus artium:ſingula argumenta ſingulis libris cõ
plexa:atq; hæc impreſſa & ædita. Extemporale carmen ad Lodouicum ſfortiam de Ca
labro tumultu:Craterem uicetinum:rerum uenetarum panegyricum carmen:quattu
or libris complexum. Sed hæc nondum ædita:pedeſtri oratione:de uetuſtate aquileiæ
libros ſex:rerum uenetarum duos & triginta:de Venetis magiſtratibus librum unum:
de ſitu uenetæ urbis tres:de officio prætoris unum. De latinæ linguæ reparatione du
os:obſeruationum duos:Paraphraſim in duodecim Ceſares Tranquilli:& hæc impreſſa:
& ædita:Quæ nõdum publicũ ſortita ſunt:Tres rerum uenetarum libri:de officio ſcri
bæ unus:de officio cauſidici unus:Epiſtolarum libri circiter quattuor :orationes:pluri
mæ uerum indigeſtæ . Sed hæc tu : uir clariſſime : eo quo uoles ordine referes: tá
tum habeto ex multis : quos ad hunc diem ſcribendo demeruiſti : de uiuis loquor:
Sabellico gratiorem erga te futurum eſſe neminem. Vale.

.M. Anto. Sebeſtiano Badoario ſuo.

Ris libros:de ueſtræ urbis ſitu:apud me ꝓxima fœtura natos:nuperq; ex eadé
t officina deprõptos : nudos:omniq; ueſte detracta:tuæ tetricæ mineruæ cogno
ſcendos dedi:ueritus ſum ne : ſi ſapientiſſimo iudicio tuo minus probarentur:

improbe uiderer feciſſe:qui rem ineptam:intempeſtiuo cultu:apud eum cõmendatiorẽ reddere conatus eſſem:quem:neque gratia: neque odium ab æquitate & iuſtitia flexit unquam. Vale.

.M.Anto. Leonardo Lauretano ſuo:

l

Ibrum:quem tibi uir clariſſime fueram pollicitus : emiſimus tandem:pro mea in te obſeruantia poſtulo:ut ſi eũ legere occeperis:perlegas:erit certe aliquid in eo:quod te plurimum delectare poſſit:nam & uenetorum magiſtratuum rationem:& urbis ſitum continet:utrunq;:ni fallor : tam accurate executus ſum:ut cum fueris in ea lectione uerſatus:iure dubitare poſſis:ſit ne maior Venetæ urbis fortuna:& amplitudo:an ciuium æquitas:& iuſtitia:ſed hæc de his:ſapientiſſimum iudicium tuum boni conſulat. Vale.

.M.Anto. Thomæ Triuiſano.

f

Oeliciſſimæ urbis ueſtræ ſitũ:trib⁹ nuper uoluminibus:explicaui:uir præſtãtiſſime. Tentaui calamo aſſequi ; quod & pictor penicillo:ut rem totam legentiũ oculis ſubiicerem:tu uir clariſſime:ſi uacat:cognoſce quæſo:an quod uolui effecerim:audacter ne nimis a me ſit factum:quod tam procul hoc quicquid eſt ablegauerim alii uidebunt. Ego lucubrationem ipſam Hieronymo Donato:q nunc Romæ oratoris munere apud Alexandrum pontificem fungitur: eo cõſilio inſcripſi:ut & mei Quirites:qui locorum diſtantia rem tantam:& ubiq; celebrem:uidere non potuerunt:uelut in tabula quadam:cæterum opere ut ſpero indelebili figuratam: cernerent:adieci illis:imo prætuli:librum unum de Venetis magiſtratibus: quem ſereniſſimo principi : ſuperiore anno:inſcripſi:ut omnes gentes plane intelligant. Veſtræ florentiſſimæ reipublicæ iuſtitiam:& æquitatem:haud minorem eſſe quam ipſius ſit urbis fortuna:& ãplitudo. Vale.

.M.Anto. M.Anto. Mauroceno ſuo.

m

Ix impetrare potui:uir clariſſime:ut hi tres noſtri libri: de ueſtræ urbis ſitu:ad te uenire uellent:nam quia longa eſſet uia:aut obſcura domus:nihil eſt enim illa clarius:ſed quod tua iſta Venetæ uetuſtatis non ignota illis erat eruditio:q̃ꝑpter timidi:& quaſi reſtitantes:iſtud ſapientiæ domiciliũ adeunt. Sed ut aliqua omnino ſit fiducia tua facit humãitas:quæ cum iudicii æquitate apud te facit æquilibrium: Vale.

.M.Anto. Benedicto Triuiſano:Paduæ prætori.

a

Vdio hic:pto collegio ſapientum:de ſalario & mercede cretico augẽda agitari: philoſophatur is græce & latine : multa celebritate nominis:in iſto clariſſimo gymnaſio:Ego: qui doctis libenter faueo: nihil a meo officio alienum duxi hominem erudituſſimum tuæ amplitudini commendare:ea dico cõmendatione:quæ diligẽtiſſima eſſe poteſt omnibus tuis in me officiis:quæ multa & magna eſſe fateor:hoc certe erit ampliſſimum:ſi:cum mea cauſa: tum ſuo ueteri inſtituto : humanitas tua bonas artes:in hoc homine:fuerit complexa. Sũma eorum omnium:quæ illi in præſentia præſtari cupio:hæc eſt:ut tuo teſtimonio:ſi teſtimonio opus fuerit:apud eos:quibus rei huius decernendæ prouincia delata eſt:dignitatem hominis diligentiſſime per te ornatã uelis:erit id mihi uehementer gratum. Vale.

.M.Anto. Palladio Nigro.

r

Ecte facis:Palladi:quod in noſtra amicitia nihil tibi ſuſpectum eſſe pateris:abſit omnis ab illa ſuſpicio:omnis labes:abſint omnia:quæ rẽ auſpicatiſſime(ut ſpero)inchoatam:immo altioribus iam radicibus inixam:a perpetuis incremẽtis poſſunt remorari. Cæterum haud ego is ſum:cui ſit:ut eſt apud Sophoclem απισ-τος εταιριοσ λιμήν te abſentem uideo:mirificeq; diligo:nec Palladio eſt mihi quicquam charius. Redderẽm tibi noſtri ſilentii rationem niſi altera ad te: & Coriolanum: epiſtola id feciſſem:eam puto te iam legiſſe:& lucubratiões noſtras cum illa ad te delatas:noſtras dixi : quum librariorum dicere debuiſſem: quippe:qui ſua incuria effecerunt: ut uix noſtræ dici poſſint amplius : tam diuerſa facie ab iis : quas illorum officinæ intulerant : in apertum emerſere. Sed tu accuratiſſima lectione cladem illam

tam prudenter quam amice:reſarcies:quod in aliis ſcio non ita euenturum. Nos ſi tibi
cura eſt cognoſcere quid noſtræ muſæ agant: ſextuſdecimus hiſtoriarum a mundi
origine nūc in manibus eſt.Spero quæ futura ſunt adhuc faciliora.Accepi uel maricas
& ficos:q̄s ad me miſiſti:ſed cum tua omnia grata ſint:& ſuauia:nihil tamen tuo iſto in
me amore:& ſtudio: gratius eſſe potuit. Vale.

.M.Anto.Hieronymo Donato.

Ris de Venetæ urbis ſitu libros:quos proximo hoc biennio conſcripſi:tuo no
t mine:uir Clariſſime:in apertum rettuli:utinam per opifices licuiſſet pleniore
officio tuam amplitudinē demereri:ut ſi non citius hi libelli ad te miſſi eſſent
emendatiores tamen:quum ſero mittantur:legerentur:uix dici poteſt quantum illorū
incuria:uel ignauia potius: ueræ lectioni ademerit: At ſedulo dedimus operam ut eam
cladem:pluribus locis in integrum reſtitutis:reſarciremus:ſic quoq; fieri non potuit:qn
deformes quædam uelut cicatrices extarent: quas ulla res alia præter quam recens im-
preſſio poſſit abolere:ſed ſatis habebo ſi noſtrum officium amplitudo tua a conſilio:nō
ab euentu:metietur.Quid ſecurus noſtrā hanc lucubrationē tibi potiſſimū inſcripſeri.
Ipſe liber in fronte ꝑimus explicabit. Vale & Sabellicum tuum ama. Venetiis.

.M.Anto.Cantalycio ſuo.

Dmonuerūt me litteræ tuæ ueteris nr̄æ conſuetudinis:cuius repetita memo-
a ria tam mihi grata fuit:quā quo gratiſſimū:cœpi ego:quod haud futurū putaſ-
ſem:ex amicitia diu intermiſſa fructū uberrimum:nam ubi primum tuas legi
litteras:non ſcintillæ:ut ſolet:leues:& raræ animo proſiluerunt:ſed ardentiſſimæ faces
quas nulla poſt hac reſtinguere poſſit obliuio:nec magis lætatus ſum qđ ex litteris tuis
lepidiſſimis te nr̄i memoriā fouere plane perſpexi:quam qđ ex illis ipſis didici te: mul-
ta cum celebritate:in urbe clariſſima profiteri:ꝑcor & opto ut profeſſio iſta ſit tibi:&
tuis:ꝑpetuo ornamento:tua grāmaticæ artis præcepta libenter accepi:multoq; liben-
tius perlegiſſem:niſi rei cognoſcēdæ facultas cōtinuo fuiſſet mihi a librariis adempta:
præſtiti tn̄ ſtudiū quod potui:publica prædicatiōe effeci:ut prius q̄ lucubratio illa i ap
tum referretur:in ſūma eēt expectatiōe.Quod tam familiariter mihi de noſtrarum re-
rum ſucceſſu gratularis:agnoſco tuū in me ueterem amorem:cæteꝝ quicquid id eſt:ē
enim meo iudicio pulchrū:& amplum:deo optimo refero acceptū:utinam ii ſimus:qui
ornatiſſimū hunc locum perpetuo tueri poſſimus.De ſtudiis noſtris breue eſt quod ad
te ſcribam.Contentus ego:poſt noſtrū ex urbe diſceſſum:non nihil Dialecticen & ma-
thematicas artes delibaſſe: omne ſtudium:& induſtriam:in græcaꝝ litteraꝝ cognitio
ne collocaui.In quibus iam nono ab hinc anno uarie uerſatus:ne eū quem debui profe-
ctum ſentirem:noſtratium litteraꝝ amor efficit:quas non minus libenter q̄ Caro ille
ſenior aduerſus græcas ſum nuper tutatus.Sic quoq; omnes fere illoꝝ poetas cogno-
ſcere curæ fuit.Sed tam noſtræ quam peregrinæ hiſtoriæ tractandæ cupidus. id demū
uaria:& aſſidua:lectione ſum aſſecutus:ut Aquileiæ uetuſtatem ſcribere exorſus: inde
enim rem tantam auſpicari libuit:meliore omnino quam putaram euentu ſim eo labo
re defunctus:ſex enim libros:quibus ſum id argumentum complexus:in apertum rela
tos:cum:maiore fauore:quam ſperare auſus eēm:receptos uiderem: blandiente ſucceſ-
ſu:ad maius omnino opus animum adieci.Scripſiq; res uenetas:ab urbe condita: duo-
bus & trigita uoluminibus:quibus librū unum de Venetis magiſtratibus ſubieci: mox
tris alios de eiuſdem urbis ſitu:& ueteri apparatu:unum de latinæ linguæ reparatione:
de prætoris officio unum:Paraphraſim in tranquillum:duos in Plinium:& cæteros la-
tinæ linguæ auctores obſeruationum:ſuntq; hæc ædita & impreſſa.Sunt præterea qua
tuor rerum Venetarum libri: ex hiſtoriæ :continuatione:quos nondum ædidi: unus
de officio ſcribæ: de cauſidici officio unus:de conſolatiōe unus:epiſtolæ ad hæc quā
plurimæ:& orationes quædam nondum in ordinem digeſtæ. Et ꝙ nunc uehementer
ſollicitum habet ſextuſdecimus hiſtoriarum in manibus eſt:quarum ſeriem ab orbe
condito ad noſtra tempora(ſuperſit modo uita)texere in aīo ē:in quo genere id me ꝑci

pue delectat:quod nouo:ut arbitror:exẽplo tam ſacra quam prophana in ordinẽ hiſto-
riæ redigunt:bibliacos libros & Ioſephũ ſecutus:& in his mores & ritus gentiũ:non in
iucunda relatione:cõplexus:& hæc pedeſtris meditatio.Sed quid dicam quod ſæpe Ca-
ſtor ex Polluce factus carmẽ reſpicio:in quo genere quattuordecim elegiæ de laudibus
uirginis:pluraq; poemata de munitione ſontiaca:in Turcos unum:de carnoꝝ incendio
unũ:de cede ſontiaca unũ:de Hũnii origine unum:de inuentoribus artium unum : quæ
omnia nõdum publicum ſortita ſunt:de laudibꝰ Vicetiæ unũ:Encomiaſticõ ad Lodoui
cũ ſfortiam unum.Conſolatorium carmẽ ad Cipicum coriolanũ.Panegyrici libri reꝝ
uenetarum quattuor:& hæc nondũ in apertũ relata.Elegiæ ad hæc & epigrãmata mul
ta in ordinẽ redigenda:ſed uideo quam inepte faciam:qui ad hæc explicanda ueni: quæ
ſine uanitatis ſuſpitione ſcribi nõ poſſunt:ſed ſi amicus ẽ:ut Ariſtotiles ait : μια ψυχὴ
ἐν δυσι σωμασι ἐνοικουσα iam hæc mecum locutus uideri poſſum. Adde qđ quem-
admodũ ſapiens Sophocles ait gratia gratiam parit.Ingrate quidem feciſſem :ſi officio
prouocatus:hæc tibi:per litteras:petenti denegaſſem. Vale.

.M.Anto.Sanctonino ſuo.

T humãe:& grate:facis:qđ filii cã mihi:& domeſticis:abũde uictũ ſuppeditas.
e Ego quoq;:qñ officio pulcherrie certatur:ſedulo do operam ut ille ad te mo-
ribus & lr̃is legitie inſtitutus redeat. Vterer nunc longiore epiſtola : niſi oĩno
plus oneris ſuſtinerẽ q̃ ut lr̃is ſit agendum:re ut uideo opus eſt non uerbis:q̃q̃ hæc ipſa
ſunt:q̃ totum hoc qđ tibi debetur exoluere poterũt:& debebunt. Vale.

.M.Anto.Sanctonino ſuo.

Ie magis:an humane adhuc mecũ egeris:haud facile dixerim:obtuliſti quæ &
p Paleſtinus ſacerdos munera.nunc Xerſis exemplum ſecutus adieciſti & obſoni
um.Dedit ille urbem:hoc noie:Themiſtocli athenienſi:at urbẽ dare maius fu
it q̃ uitulum:quanto ſcilicet maior eſt fortuna regia quam priuata.Cæteꝝ utꝝ eorum
ſpectes nihil qđ non idem amplũ eẽt & eximium dari potuit:& quia hic:qui urbem de-
dit: diues erat opum:nec Themiſtocles :cui dabatur:q̃q̃ exul:aĩo inferior: Veꝝ uicerit
illi fortuna & celebritate:ne beniuolentia:& gratitudie:dando:& accipiendo:uincãt eni
xe nobis curandum eſt.Sed nimiũ euagati ſumus:humane mi Sanctonine humane in-
quã feciſti:quod ad nos uitulũ miſeris:qui plus habuit lactis q̃ ſanguinis:ſed noli ita tu
os:tua liberalitate:onerare:ut ponderi ſuccumbant.Quid Aurelius tuus:imo nr̃: agat:
ex monticulano optime intelliges:tantum habeto eẽ eũ adoleſcentem optimum: & ad
uirtutem:ut Chius Ariſto dicere ſolebat:natũ:ſpero imo confido:uiuat modo:fore ta-
lem:ut patris:& ſuoꝝ:expectationem nihil fruſtratus uideatur. Vale.

.M.Anto.P.Barocio Patauino Antiſtiti.

Ellem ego:pater ampliſſime:uel mea cauſa:ut ad tuam ampltudinem: auſpica-
u tiori principio:ſcribere contigiſſet:præſertim cum iam antea mecum medi-
tarer:qua potiſſimum ratione tibi:uiro ampliſſimo:quem mea ſponte colere:
& uenerari:cœpiſſem:aliquando inſinuarer.Doleo uehementer a contentiõe:quæ a gra
tia procul abeſt:& amicitia:mihi ſcribendi exordium oblatum:magis quam uoluntate
quæſitum : quamquam ſpero ita fore ut non tam cauſam quam officium noſtrum
tua ſit amplitudo inſpectura : daturaque operam ut omnes intelligant non tam cõ
tentionis quam pietatis ſtudio hominem ſibi deditiſſimum monuiſſe. Venit ad
me : his paucis diebus : Euangeliſta uicetinus homo : ut noſti : cum in omnes offi
cioſiſſimus:tum mei:quod in pluribus perſpexi:ualde ſtudioſus:is:ſermone de rebus no
ſtris forte illato:me familiariter monuit:eſſe locum in primo rerum uenetarum :quem
Patauinus antiſtes:quia inſcite &:ut uerius diceret:parum pie poſitus uideretur:non ꝓ-
baret : Ego & ſi certo ſciebam nullũ eſſe uerbum:ut Cryſippo placuit:quod nõ idem eſ
ſet & ambiguum:at quia ne illud quidem ignorabam Diodorũ:& alios:nihilo Cryſippo
ĩferiores:id lectori ſentiẽdũ exiſtimaſſe:q; ſcriptor uoluiſſet ſignificare:nõ potui tñ nõ
moueri eẽ aliqd ĩ rebꝰ nr̃is quo xp̃iãi hois aures offẽderẽt:& ſi nihil uerebar:qn ꝓcul ĩ-

de culpa abeſſet:unde peccandi uoluntas abfuiſſet.Cæteꝝ ne in eorum numero eēm:
quos ſapiens Heſiodus i extremis habuit:cupere me dixi:ex ipſius litteris fieri certiorē:
& ecquid rei hoc eēt:quod tantopere pientiſſimi antiſtitis auerſantur aures:nec multū
abfuit:quin coniectura locum ſignarem.Verum ille:quod ſe facturum ꝓmiſerat:haud
multo poſt mihi per litteras ſignificauit duo eē:eodem loco:quæ a lapſu eēnt uindican
da:cupide fateor cognoui:quæ in utrūq; locum afferentur:nec potui non mirari(quod
ad priorem locum attinet)me in eo repræhendi:quod chriſtianiſſimi quiq; aut ſcripſe-
rint:aut nō aliter ſcribendū putarint:nec deerāt:quos pene ad uerbum imitatus uideri
poſſem.Verum animus ſemel religiōe ibutus non potuit non rei inſolentiā formidare.
nequid igit̄ temere facerē Flacci Horatii auctoritatē ſecutus:haud.n.ſatis mihi uideri
aliqua ne multa dicam:legiſſe:niſi & doctos quoq; percōtarer.Adhibui rei cognoſcēdæ
ꝗplurimos theologicæ profeſſionis uiros:quibus cum ſemel:atq; iterū:locū recitaſſem:
ſuppreſſo interim auctoris noīe:& unde calumnia intenderetur:diligenter ſciſcitatus:ī
mo precatus:ut ingenue dicerent:ſi quid in eo uerborum complexu eēt a xp̄iana pieta-
te alienū.Teſtor meam in te:pater præſtantiſſime:obſeruantiam fuiſſe eoꝝ neminem:
qui non totū locum uehementer probaret:uno dūtaxat excepto:qui confuſum illud ue
lut uocem a theologis parum uſitatam:cunctantius recepit:ꝗq̄ ne id ipſum quidem uſ-
q; adeo auerſatus:imo ne ſuſpicatus etiā:quid rei ineſſet:quapropter locus in diſcuſſio-
nem ueniſſet.Sed uide quæſo quantū tibi tribuam:antiſtes optime:poteram ego tanto
rum hominum auctoritate:poteram animi mei inocentia eē contentus. Cæterum ne
ſapientiſſimum iudicium tuum detractare uidear:haud equidem recuſo quādo tua am
plitudo ita uelit:eſt enim pertinacia:ut Platonicus ille Dion aiebat:imo ipſe Plato ſoli
tudinis comes:eſt præterea μὴ κατὰ τόπον αὐτῆς μὴ εἰδέναι ἐᾶσαν δοκεῖν quum meliora oſtē
derit:utrumq; locum retractare.Si quando hiſtoriæ filo ductus ad ea tempora perue-
nero:interim ab amplitudine tua:etiam:atq; etiam contēdo ut rem totam altius time-
tur ac boni conſular.Vale.

.M.Anto.Euangeliſtæ Canonico.S.

Ccœpi litteras tuas:cognouiq; ex illis:quid eſſet in quo argueremur.ego:ne ni
a nis mihi crederem:ex omni fere religione principes theologos conſului:qui-
bus:& auctoris nomine : & a quo crimen intenderetur.de induſtria ſuppreſſo:
totum locum cognoſcendum ſubieci:deus optimus me male perdat:ſi præter unum:q
confuſum in noſtro ſignificatu:propter uocis inſolentiam.reiecit. Cæteri omnes non
ſunt ultro nobis aſtipulati.Verum ego officioſe ad tuum antiſtitem ſcripſi: pollicitus
ut plane intelligat quam facile eius iudicio accedam fore: ut cum hiſtoriarum : ſerie
ductus ad eum locum peruenero:ex ipſius ſententia me:unum atq; alterum:ſi ita facto
opus:ſit uerbū mutatuꝝ.Interī:ut ab eo p lr̄as petii:uelim rem totam maturius ac re
ctius conſideret:Ego Euangeliſta mi merito te amo:qui omnibus meis deſideriis re-
ſpondes.Vtinam is ſim in quo tuum ſtudium merito collocaſſe uidearis.Vale.

.M.Anto.Stephano nigro.

Ergratum mihi fuit cognoſcere:ex his litteris:quas ad me dediſti:uos iſtic re
p cte ualere : Sed longe gratius quod eædem illæ ſignificabant græca & latina
ſtudia tibi:& Sanctonino noſtro:ex æquo procedere:hoc uolebam:nihil cupi
dius audire potui:pergite quæſo:ueſtraq; induſtria efficite:ut non tam ad ocium quam
ad negocium iſtuc exiſſe uideamini.Ego:ſi dicā me nullum ueſtri deſiderium ſentire:ꝓ
belle mentiar.Verum id ipſum cum iſta amœnitate:ueſtrorumq; ſtudiorum cōmodis:
πάντα φίλων κοινά facile rependo:Cæterum nolim ita uos muſis inſeruire:ut unum
præter cætera agatis:quin aucupari interdum licet & uenari:nemora inuiſere: flumina
fontes:& enim μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν ἄριστον οὐ μὴ τὸ χρῆσθαι.ſint tamen ueſtri ſe
ceſſus:ſtudiorum memores:& qui ſciant canere receptui.Sed Sanctoninus nr̄ hæc me
lius mōſtrabit.Ego cogito oīo:poſtq̄ feriari cœpo:iſtuc aduolare:niſi Rapſodiæ amor
me hic remorabit̄:&.n:in tā lōga ſerie πόνος πόνῳ πόνον φέρει.Sed de his poſtea de-

liberabo:hic nihil noui eſt:rumores de nouo pontifice iádudum iſtucuſq; percrebuiſ-
ſe arbitror:tota academia pulchre ualet. Valet & belliſſimus Marius: qui ad utrunq;
ueſtrum ſcribit:ſed tumultuarie:ut ſolet. Vale.

.M.Anto.Sanctonino.

Vod omnino a febre conualueris gaudeo plurimũ:tu fac quod facis: & quam
q diu iſtic fueris te ipſum confirma:bonamq; para ualitudinem:ut cum Veneti-
as ueneris:fortius ſtudio incumbas.Nos hic:dei benignitate:recte ualemus:eſtq;
adhuc quintus Fabii liber in manibus:& ſi iam liber ad exitum ſpectat:fuit ille ſpatio-
ſus nimis:tetricus:uarius: & ut breuiter dicam laboris propemodum inexauſti: ſatis
cum eo colluctati ſumus:Sed cum Catullo maius omnino certamen fuit: quem: poſt
tuum hinc digreſſum:quotidie interpretari adortus eò perduxi: ut ante autumni feri
as:eo ſimus labore defuncturi:ita euenire uoluerunt ii:qui magis auribus quam profe-
ctui indulgent.Quid uis illius urbanitas effecit:ut Fabiana obſcuritas minus grauis eſ
ſet:utraq; lectio alteri frequẽs theatrum comparat.Sed de his hactenus:uolucres: quas
ex carnica ora huc:ueſtro ingenio:aduolarunt:nunciãt tantam eſſe iſtic melopeponum
annonam:ut non ſit opus naues conducere: quas eiuſmodi hortenſibus delitiis honu-
ſtas:ad uos primis etheſiis mittamus: Sed ſatis habeo:ſi recte ualetis. Scriberem ad te
plura:niſi papyrus & lumen deficerent. Vale.

.M.Anto.Sanctonino.

I uos iſtic ualetis:bene eſt:ego quidem ualeo:& ad Auguſtinum noſtrum ſcripſi:
s & ad nigrum:qui cum eo eſt:utrunq; ad ſtudia litterarum ſum hortatus:Sed cal
caria currenti equo ſubdidi:ſatis:ut ipſi mihi per litteras ſignificant: ſua ſponte:
incitati ſunt:pergant modo:& quem uix optare auſi eſſemus: ſequetur profectus. de
Aurelii reditu:& ſi nihil ambigue mecum locutus es: quum hic fuiſti: cupio tamen ex
tuis litteris cognoſcere quid conſilii ceperis de eo remittendo:nam quem illi in con-
tubernio ſim prælaturus:eſt nemo:illud ab humanitate tua etiam: atq; etiá: peto:quan
do ſolus ſum:nec præter te habeo quenquam:cui familiarius audeam hoc onus iniun-
gere:ut ſiue Auguſtinus ad nos uẽturus eſt:ſiue iſtic commoraturus: des operam:ut per
monticulanum noſtrũ: quem merito amo:apud Gruerienſes emantur nobis quattuor
decim ſtaria tritici.Quod ſelectum accuratiſſime:atq; illic multum. Auguſtinus & Ni-
ger ſecum huc deuehant:uideo quantum oneris tibi imponá: ſed gratitudo animi mei
tanta eſt:ut uel maius adhuc onus ſuſtinere poſſit. Tu ad me fac ſcribas quid uelis me
facere:pecuniam paraui:& operam paratam habes:ſiue hanc:ſiue illam malis:haud gra-
uate expediam. Vale.

.M.Anto.Politiano ſuo:

Olerem tecum familiariter:ut noſtra amicitia poſtulat: Politiane uir clariſſi-
d me:quod his paucis menſibus ſummi uiri ſpoliatus ſis patrocinio: ni certo ſci-
rem te eum eſſe:qui omnes uitæ rationes in uirtute: ut ſapiẽtem decet uirum
ab ineunte ætate collocaris:fuiſſem tamen ſic quoq; uſus conſolatiõe aliqua καλέπον
γάρ ἐστι ὀλοσχῶς σπίον ἐκλύειν :quod proſperrimo tuorum ſtudiorum curſu: ſubi-
ta:& grauis procella:tibi uelut nauis gubernaculum ademerit:niſi conſtans fama eſſet
Petrum:clara indole:adoleſcentem:Laurentio patre ſuiſq; maioribus dignum:quem tu
a pueris inſtituiſti:in paternas opes ſucceſſiſſe:cui tu æque ac patri ſis merito chariſſi-
mus.Quod cum ita ſit:conſolatione ne opus ſit an gratulatione: haud ſatis intelligo:&
enim quantum in patre humana neceſſitas tibi abſtulit:tantum:nec minus:repoſuit in
filio ornando.Sed illi tibiq; omnia proſpere euenire uolo. Tu quæſo de tuorum ratio-
ne ſtudiorum ad me quandoq; ſcribas:& quid in operoſa iſta litterarum officina nunc
potiſſimum cudatur: fac ſciam:ſi quid noſtræ muſæ agant requiris. iam altum tenẽtes:
nihil præter cœlum & aquam ſpectant:neq; in tanta pelagi uaſtitate::quo tendant ſatis
intelligunt. Sequuntur tamen ſpem tanti conatus ducem:hæc clauo hæret: hæc totius
eſt remigii caput: utinam & portum huius ductu contingant optatiſſimum. Sed ne

quantum aquarum emenſi ſimus ignores: trigeſimus rerum humanarum liber eſt nunc in manibus: quæ futura ſunt: ſpero adhuc faciliora: ſed tu tua hortatiõe reddes hæc quam facillima. Vale.

.M.Anto.Flaminio,ſuo.

d ixi me experiri uelle poſſet: ne Tauriſinum tuum non poetæ nam fieri non poteſt: capiunt: ſcilicet: ſi ſatyro credimus: plus huius quam leonis inteſtina: ſed puſilli rhetoris famem expungere. Tu uelut ex condicto tibi affuturus eſſem: omnes iſtas delitias mihi diſerte: lepideque: per litteras explicaſti: quaſi non ſatis fuiſſet: ſi paratum iſtic hoſpitem haberem: & Flaminium hoſpitem qui unus plus certe quam totum Tauriſium ſuo daturus fuerit ſabellico: Sed audi quantum facinus ſcribendo egeris: crexerat rictum credula uoluptas ad illam illecebrarũ nomẽclaturam: geſtiebatq; circunſiliens calamo, etiam uelut ſoluta uinculis ſe ſe ad amœniſſimum ſeceſſum expediebat: blandiri cunctanti mihi ſuadere rogare interdum etiam conuitium facere: Quod me eſſe hominem obliuiſcerer: quid uis trahebat uictrix illa imo præcipitem agebat: quum hiſtoriarum rapſodia ſatagentem graui eſt conuitio adhorta. Nunquam inquit deſines ineptire: ſcribendarum rerum turbator: tu ne res hominum a mundi origine uetius quam auctor ſcribere exorſus: uoluptatem reſpicis? & imẽſum pelagus nauigaturus in portu cum Melicerta fabularis: quin pergis porro ire: aut ſi cœpti operis piget: Verbenam uictus porrige: impoſuit fateor mihi ſeuera caſtigatio ruborem: iuſſiq; illico uoluptatem ualere: Tu Flamini mi uiue in iſta locorum amœnitate uteroq; gaudio fruere: nec noctuas ad lucem inuites: quam ſpectare: aut nequeunt: aut certe nolunt. Vale.

.M.Anto.Bonfini ſuo.

q uod ad te ſcribam: in præſentia: nihil eſt: præter unum ut Marium tibi commendem: ea dico commendatione: quæ diligentiſſima eſſe poteſt. multi qui nollent tibi & illi conſultum: meum palam conſilium accuſant: Quod puerum a me ablegauerim. Sed me. neq; pœnitet facti: neq; iposterum pœnitebit: ut ſpero: modo Bonfinis meus ita euenire uelit: cum Alexandro ſum hic locutus: ab eo quottidie audiat Marius: & tu cum eo: ſi uoles: Ariſtophanis lectionem: Tu: pro noſtra mutua beniuolentia: da operam: ut Marius non ſolum audiat: ſed ediſcat etiam quæ audiuerit. Poteris ſi uoles efficere: niſi puer nimium oneretur: ut publice aliquid græce audiat: ut utriuſq; linguæ ratio ex æquo procedat. Tu uelim ad me: quod tuo cõmodo fiat: quã ſæpiſſime ſcribas: ut ſciam quid iſtic agatur: ſcripſi: ut uolebas: ad clariſſimum uirum Luceium. Adoleſcẽtem quem mihi per litteras cõmendaſti: omni comitate ſum complexus: eſtq; quotidie mecum: cõmendo illi Marium: ut in eo græce inſtituendo: ipſe quoq; aliquid patrẽ demereatur. Vale.

.M.Anto.Luceio ſuo.

d iligebam te prius: uel amabam potius: uir clariſſime: ſed tunc ut unum ex iis qui ſacra colunt litterarum: quem non inter initiatos: & miniſtros haberem: ſed inter ipſos ſacrorum antiſtites. nunc bonfinis mei prædicatione factum eſt: ut ſtudium illud ſua ſponte motum: in tui admirationem facile uertatur: nihil eſt te uno eruditius: nihil officioſius: amabiliuſq;: ſi hõ: ueritatis alioq amiciſſimus: uera mihi ſcribit. Sed cur non hæc credam: quæ multorum teſtimonio: pdicari audio. macte eſto uir optime tua iſta indole: ob quã merito qui te nũq uiderint: colũt: amãt: obſeruant. Ego quũ hæc ſecutus: tum quod Bonfinem ipſum tibi omni humanitatis officio ita breui deuinxeris: ſiſq; cũ eo Marium noſtrum egregia comitate cõplexus: iãdum mecum reqro: quid a me poſſit in te pficiſci: quapp intelligas quanti te faciam: & quã tua iſta i meos pietas ſit mihi grata: quam ut cumulari per te: augeriq;: in dies uelis oro te plurimũ: & obteſtor: & breui ſic habeto: omnia: quæ bonfinis cauſa feceris: tã mihi erũt grata: ut nihil poſſit eẽ gratius. Scio tuã auctoritatem magno illi adiumento eẽ poſſe: tñ rogo iſtic habeat negocii: quod ſatis ſit illi ad honeſte uiuendum: nihil eſt: in quo totum Sabellicum facilius demereri poſſis. Vale.

.M.Anto.Mario ſuo.

I uales bene eſt : ego quidem:Mari ſuauiſſime:recte ualeo:ualent domeſtici:om
ſ nes:ualent delitiæ tuæ.Tigrina & Bubacus: pulchreq; ambobus conuenit:præ
terquam ſub cenæ tempus:tum graues inter eos exiſtũt inimicitiæ:ſed Buba
cus ſemper uictor:uix credas quam contumax:quam inſolens factus ſit:paraſitus edax:
omnium præter quam ſabellici contemptor:ſed ſatis iocati ſumus:Tu quod ſedulo des
litteris operam recte facis:atq; ut idem facias moneo te fili:& hortor.Nihil Mari eſt in
quo tui patris animum facilius demereri poſſis: quam ſi pro uiribus enitaris ut in opti
mum adoleſcentem euadas. Bonfinis tuam mirifice laudat induſtriam: iubetq; me ſuis
litteris bene ſperare : tuum eſt efficere ut ne hac ſpe:in quam ille me ſua prædicatione:
erexit:demum fruſtratus uidear:nihil certe optatius gratiuſue huic meæ ĩ te pietati pre-
ſtare potes:Quod ad te non ita ſæpius ſcribo illud eſt in cauſa: quod homo ad negociũ
natus:tot diſtringor curis:ut quis ſim interdum non ſatis intelligam:tu uelim nihilomi
nus ad me quottidie ſcribas:eruntq; mihi epiſtolæ tuæ : quo longiores eo magis iucun
dæ:interim qui tuus in me amor eſt:ita ipſe noſtra frueris breuitate:ut ad me niſi quam
uerboſiſſime ſcribas.Quod proxime es oraturus cupio & opto non minus tibi fœliciter
quam nobis eueniſſe: qui his paucis diebus in funere Zachariæ Barbari:uiri clariſſimi:
tanta ciuium frequentia diximus:ut ad quina milia hominum plurium iudicio affuiſſe
credantur:& quod multorum milium inſtar habuit:affuit Barbaricus princeps: cum ſe-
natu:& toto ordine patricio.Sed hæc eo tendunt:ut tu quoq; fili ſuauiſſime præcepto
ris tui ductu:& auſpicio:paternam in hacparte conſtantiam imiteris:ut quo maiore fue
ris theatro cõſtitutus :eo conſtantius poraſſe uidearis.Nec eſt cur me ſub natalitios dies
expectes:ſcis credo quam infirmus ſim ad maiora frigora perferenda:quin adero tibi po
tius uel nõ expectãti ſub uernũ tempus:tum minus erit difficilis nauigatio:tu interim
fac non tam patris deſiderio: quam uoluntate mouearis:quæ eo ſpectat ut te meliorem
accipiat quam iſtuc miſerit:hoc cura:hoc meditare:ad hoc unũ te præpara & a me om-
nia expecta : quæ obſequentiſſimus quiſq; filius a pientiſſimo patre expectare poteſt:
& debet.Vale mi Mari ſuauiſſime.Vale inquam:& ſalue.

.M.Anto.Bonfini ſuo:

Er omnia amicitiæ iura oro te Bõfinis: & obteſtor:ne me ſuperbiæ ne deſidiæ
p accuſes:quod tuis lepidiſſimis litteris non ita ut uelles reſpondeo:noſti credo q
bus diſtrictus curis:omnibus potius quam mihi & meis ſatiſfaciam:ſed ſic ha-
beto nihil eſſe te uno mihi gratius: nihil inſtitutione iſta:qua in Mario erudiendo ute-
ris:meo iudicio :ſanctius pulchrius:utilius:illud etiam :atq; etiam:abs te contendo:ut ſi
me amas:& ſi a me amari non ignoras : ſedulo cures ut Marius quam maxime exactum
ſcribendi caracterem:non modo capiat:ſed uel abs te:uel ex alio quam celerrime arripi-
at:nec unius duorumue aureorum parcatur impenſæ : modo fiat quod in primis fieri
uolo:in eo mihi per te cautum uelim: ut nihil tradenti formam prius detur quam puer
recte ſtilum perceperit:memini quẽdam pecuniam ab Hunnienſibꝰ:familiariſſimis me
is:eo nomine acceptam:occulta fuga:interuertiſſe:quũ pueri:quos inſtituendos ſuſcepe
rat:nihil adhuc profeciſſent: tu perceptum ſcribendi ſtilum fac ut uel inuitus ſeruet:i-
mo augeat:nec patiare quæſo illum affectata celeritate in peius delabi:ne in iis quidem
quæ per luſum ſcripſerit.Cupio ad hæc pari ſtudio græca imitari:ut quottidie aliqd ſcri
bat & græce:nec diutiꝰ:quod ad cæteram eruditionem attinet :uelim eum ĩ grãmaticæ
quæſtiũculis immorari:iam tempus eſt ut maioribus aſſueſcat:quare Liuium uelim il
li uel Lactantium proponi.Vnde pleniore hauſtu hauriat eloquentiam:ſatis ſuperq; grã
maticæ dabitur:ſi quinto aut ſexto quoq; die ad illam puerilium queſtionum diſcuſſio
nem reuocabitur:reliquum tempus:ſcribendo:loquendo:meditando : eloquentiæ det:
Luceii litteras:de quibus ad me ſcribis:nullas adhuc mihi redditas uehementer miror:
fuiſſent profecto longe iucundiſſimæ:reddentur poſtea fortaſſe:tu interim meo nomi-
ne hominem doctiſſimum ſaluta:Faſeolos meos iamdudum expecto :nec deſpero futu-

rum ut ex tribus pueris unũ ad te mittam:agam certe pro uiribus:ut hac quoque parte ſentias a me tuæ dignitati conſultum.Ego non modo p brumam ad uos non ueniã:ſed ne per reliquum quidem hyemis:nec prius omnino uenturus ſum:quam dimidium ueris exierit:interea Marium tibi cõmendo:eius mores : & inſtitutionem toties traditam: etiam:atq; etiam:trado:tantum habeto ex multis:quos tibi ad hunc diem officio deuixiſti:gratiorem Sabellico te experturum eſſe neminem. Vale.Iterum & quod tã tumultuoſe ad te ſcribo:da ueniam: meorumq; laborum rationem habeto:qui adeo me degrauant:ut nec quid ſcribam:nec quid ſcribi oporteat ſatis ſciam:ſi ad me aliquem ex iis:q huc nauigant:uenire iuſſeris:cui tuto aliquid credi poſſit:mittã ad uos ſub natalitios dies bellaria :fac præterea ut ſciam qua regione iſtius urbis domicilium cõduxeris:ne noſtræ litteræ prius circunferantur tota urbe:quam quo uolumus perferantur. Vale.

.M.Anto.Luceio ſuo.

Egiſſem litteras tuas libentiſſime:nam eas te dediſſe Bonſinis noſtri litteræ tã
l antea ſignificarunt:ſed illas intercidiſſe arbitror:quando ad hunc diem nemo reddidit.Expecto alias abs te recentiores : quibus erudiri cupio:quid puer meus agat:an ſit quod de eius profectu ſperare aliquid poſſimus:in quo nihil æque ac tua opera nos iuuare poteſt: Cæterum quantum illa in filio inſtituendo:tãtum prædicatio tua:uel teſtimonium poti⁹:patris ſpem confirmare poterit :præterea quia ſatis ingenue facere mihi uideor ſi tibi :uiro optimo i multum debere cupio : Pro noſtra nuper inita amicitia:abs te peto:ne patiaris has litteras:quas ad Bõſinem & Marium dedi:iſtic diutius uagari:ſed des operam ut per aliquem tuorum continuo illis reddantur : erit id mihi uehementer gratum. Vale.

.M.Anto. Mario ſuo.

Ratulor tibi belliſſime Mari:gratulor inq̃ tibi:& mihi gaudeo :quod in iſta ce
g lebertima urbe:frequentiq; hominum conuentu:his paucis diebus tam conſtãter & uenuſte:quam ipſe uolebam:peroraueris:depoſuerisque uel una actione non obſcurum futuræ uirtutis rudimentum:Significauit id mihi: per litteras:Bonfinis noſter:ſatis quidem tuarum laudum:ſed magis:ut puto:ueritatis amicus:& ſi aliunde eſt idem mihi compertum:ſic enim natura comparatum eſt:ut naſcenti laudi omnes libenter faueant. Tu ſuauiſſime Mari.perge ut cœpiſti porro ire:ac tibi perſuadeas uolo nullum eſſe locum tam arduum:in his ſtudiis : quæ nobis cum multis communia ſunt:in quem:quum ingenii facilitate:tum præceptorum induſtria:quibus iam pridem das operam:non ſis facile euaſurus:uolo itaq; fili te optimos imitari artifices:qui non ſatis habẽt incohare imaginẽ:niſi ad imos pedes omnia affabre figurarint:nec uolo mihi apellem nobiliſſimum alioqui artificem:in hac parte dari : qui uenerem mirifice incohatã reliquit:nec enim non potuiſſe eam abſoluere credibile eſt:ſed noluiſſe:enitere ut in eũ uirum euadas:in quem te euaſurum multi augurãtur:Ego ut et cupio & opto:proximis dionyſiis:aut ad te ueniam:aut mittam ad præceptorem tuum pecuniam ; ac tu aliquid expecta.Sed cupio cognoſcere quid ſit cur pecunia indigeas:malo enim ſi qua re opus ẽ: id quicquid erit Venetiis quam alibi tibi paratum iri.Sed in eo perbelle nobis conuenit:modo is ſis:qui ad uſum tibi:non ad luſum pecuniam depoſcas. Noſti credo Sabellici ſtomachum. Vale.& ad me fac quottidie ſcribas.

.M.Anto.Bonfini ſuo.

Ommendo tibi Mariũ : idq; ego magis ex meo inſtituto facio quam quod ita
c opus ſit :unum te oro : immo obteſtor:ut quoties de aurigatione aliquid loquitur:miro enim ut mihi dicitur tenetur eius rei ſtudio:des operam ut conſeſtim adſit illi equus:ſed bipes equus:in quem ſublat⁹ tibi & mihi meritas det pœnas.Sed tu uir amiciſſime quid puero indulges ? quaſi parum adhuc intelligas ad quid eũ iſtuc miſerim:quin inuitus diſcat a ratione ſtare : recordetur patris præcepta:recordetur minas:quibus illi eſt omni uoluptate interdictum :impetret uolo nõ nunquam remiſſiões: ludat etiam:ſed domi:ludatq; trocho:pila:diſco:ſintq; feriæ illæ unius horæ:nam dua-

rum nimium eſt:recentiſſima elementorum figuratio ſatis mihi nuper blandita é.Sed
corrupta ſcribendi ratio cum ea laude fecit æquilibrium:ſed tu queſo da tuo ſabellico
hoc:da patriæ ſollicitudini ut legat ille uelit nolit.Io.Tortellũ pagellá:quæ perbreuẽ Ro
manæ orthographiæ omnem fere continet rationem . Potuiſſent ea emendatius tradi:
ſed tu quædá emẽdatiora:tuo iudicio:facies.Cætera tuæ hũanitati officio:pietati : cõmẽ
do: per omnia iura amicitiæ q̃ mihi tecũ intercedit oro te: & obteſtor:ut puero quantũ
potes inſtes.ita agas:ut utroq; ſtilo æque aſſueſcat:quod ſi mihi:ut ſpero:præſtiteris :pl⁹
uni tibi debebo:quam quicquid amicorum ubiq; mihi eſt:nec expectes rogo ut quoti-
die ad te ſcribam:improbi eſt:& parum officioſi:ab homine negocioſiſſimo:ocioſi homi
nis officia exigere:ſcribat puer ad me: ac quam ſæpiſſime ſcribat;fingatq;:ſi uera ſcribi
non poſſunt;uerba nunc quærimus non rem.Vale.

.M.Anto.Mario ſuo .

e T nuces amygdalas ad te mitto: & tuniculas duas lineas:centum papyri folia
ſi qua re alia indiges fac ut ſciam. Quod aurigationis ſis tam ſtudioſus factus:
gaudeo:ut debeo: egiq; cum præceptore:per litteras ; ut quoties equitare uoles
det operam ne deſit tibi equus.Sed heus tu inſanis qui tam diuerſus abis a patris inſtitu
to:nec reſpicis quid ſit cur te domo ablegauerim: audio præterea ex illa tua feritate ni
hil remitti:nec peruicacia iſta toties a me conuiciis iactata:minis aut uerberibus cohibe
ri poteſt.Sed uide ne dum nimis contumax ſis:patris beniuolentia deſtitutus:ab omnib⁹
deſtituaris:quin das operam ut audiam te uno nihil mitius eſſe:nihil humani⁹:quæ uir
tus noſtris ſtudiis fili tam amica eſt:ut inde ſibi nomẽ potius quã ab eruditione accepiſ
ſe credi poſſint.Vale.& fac ut te indies magis proficere audiam:quo uno nihil mihi gra
tius nuntiari poterit:miſiſſem ad te calceos:ſed ſutor non tenet ueſtigii modulũ:emitto
eos itic:aut confeſtim ad me pedis formulam litteris incluſam mittito.Aeſtiuas ueſtes
ſub idus maias ad te mittam:interea diſce ſi potes æſtatem ferre : quando & alii quum
opus ſit brumam ferant;recens iſta ſcribendi figura:quam tibi nuperrime delegiſti ſatis
uideri poſſet probabilis:niſi omni orthographiæ ratione careret:quæ cauſa fuit ut lite
ras:quas ad Methicum dabas:non ſim adhuc reddere auſus:nam quid magis ridiculum
fieri potuit quam in eo aliquem rephendere:in quo ipſe ſis errore frequentiſſimus:cura
igitur ut litteræ tuæ diligentius ſcriptæ huc perferantur.quæ & mihi iucundiores erũt
& apud cæteros tibi eruditionis phamam cõciliare poterunt. Faſeolus puer omnino ue
niet:ſed uix ante Maias calendas : Marcus Antonius accenſus credo tacita quadã æmu-
latione:ne tibi:quum huc ueneris:ceſſurus ſit:tam acriter incumbit litteris:tantumq; ꝓ
ficit:quãtum uix unq̃ futurum putaſſem. Sed & corcyreus puer:ſcis quem dico : uterq;
græce:& latine:diſcit:Tu fili caue ne ab iis : qui diuitiis longe præſtant:eruditione uin-
caris.Non uereor quin ſi paululum adnitaris:eo breui ſis euaſurus:quo illi omni ſuo co
natu haud facile peruenturi ſint:hoc uno nihil mihi gratius facere poteris:nihil qua ꝓp
te maiore pietate amplexurus ſim.Vale.

M.ANTO.SABELLICI.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER TERTIVS.

.M.Anto.Luccio ſuo.

Mnia amicorũ grata :ſed iis litteris quas nuper abs te Car-
ſius noſter mihi attulit:neq; gratius quicquam ab ullo ami
corum:neq; ſuauius afferri potuit.Quod dii tabellarios ꝑ-
dant:qui ſua:uel incuria:uel perfidia:me tã diu ſuauiſſimæ
lectionis fructu priuarũt:ſed quo me illi longiore torſerũt
mora : eo maior eſt abs te mihi uoluptas repenſa : difficile
dictu eſt quanta ſim lætitia affectus:quanto gaudio:quam
incredibili uoluptate:quod clarum amicitiæ nomen:in cla
riſſima urbe:clariſſimoq; gymnaſio:ſit mihi non quærenti

repertum : non aliter quam militiæ nomen Achillis filio ad Troiam: Spero & opto ut omni tempore ſimus uterq; alteri commodo & ornamento. Supereſt ut amicitiá auſpicatiſſime initam uterq; noſtrum:& tueri :& augere pergat. Cæterum quando uel caſu uel conſilio ſic accidit:ut quanti me facias præclare cum uelis poſſis oſtendere. Te pro noſtra mutua beniuolentia oro:& obſecro:ut quicquid officii:ſtudii: humanitatis:a te uiro humaniſſimo expectari poteſt:id totum mihi in filii inſtitutione repræſentes:erit id mihi in primis gratum : & ad amicitiam nuper initam fortius copulandam uinculum arctiſſimum:ut qui te ſponte diligere cœperim:hinc niſi ingratus ſim uehementer amé. Vale.

.M.Anto.Alexandro ſuo :

Vſi ad hunc diem:nunc Marium ea commendatione:quæ maxime diligens ſit
1 tibi iterum atq; iterum commendo:pro ueteri noſtra neceſſitudine te rogo:ut
in puero inſtituendo diligentiorem aliquanto curam adhibeas : deſq; operam: ut merito tantum tibi : omni tempore :iam inde dico a noſtro illo ueteri contubernio tribuiſſe uidear:quantum amicorum nemini:da hoc quæſo noſtræ familiaritati:& a me uel cumulatiſſimam gratiam expecta:de libris per me nihil agi poteſt:quum hic ueneris cauſam cognoſces. Vale.

.M.Anto.Bonfini ſuo.

I tu & Marius ualetis bene eſt:ego léta febre:& capitis grauedine:mox & rheu
ſ mate:pene lætifero:conflictatus: plures dies non extuli pedem domo. Sed iam
uictus uici :iacturaq; unius déris facta:quem acuta morbi intéperies:cõtra medicis fruſtra tendentibus:mihi ademit: attulit mihi ſubitus caſus conſternationem non mediocrem:ne ſupra oris dehoneſtamentum maiorem eſſet ſecum cladem allaturus:ut expreſſam loquendi facultatem cum dente deſiderarem. Quod uideo plæriſq; accidiſſe: nunc ſatis indulgenter mecum decidit morbus:quod nullo me maiore affecit incõmodo:admoneor tamen nihilo ſecius:ſed magis etiam magiſq; cogor ob hæc properare:humanæq; infirmitatis memor:tibi:& puero acrius inſtare:ut q̃tum tua diligentia illius docilitate:utriuſq; induſtria:fieri poteſt:enixe detis operam:ut quandoq; habeam quod tuto ſperare poſſim:quod ſi:ut ſpero:tua aliquando opera fuero conſecutus : & hoc quicquid uitæ ſupereſt:per te minus ſollicite exigam:& cum fatali parédum erit neceſſitati: ſi talis cura parentes ſequitur. nudus ſpiritus tibi debere uolet. Sed hæc ego ex meo inſtituto. Tu uir humaniſſime fac quod facis:& puerum mihi totum a diſidia:& turpitudine uindica:quod Faſeolus puer ſerius quam uolebas ad te uenerit :non ego:ſed pater eſt in cauſa:periſtat tamen in ſententia:mihiq; deſidiam:& moram:exprobranti conſtáter affirmat fore ut breui filium ad te mittat :uellem intelligere poſſes quam illi moleſtus ſim: ita ut merito ſuſpectus eſſe poſſim:pecuniam cui uolebas libéter diſſoluiſſem :ſed adeo acerbe tulit ſe eius mercedis parte defraudari: quam tua ſponte ab initio pactus eſſes:ut uehementer iratus eam quoq; ſummam:quam tuo nomine paratus eram ei repræſentare repudiauerit: minaciter teſtatus daturum ſe operam: ut per fratrem & cæteros neceſſarios paulopoſt cogatis iſtic totum ſibi reddere. Egi cum eo ut tantiſper adhuc paterétur rem differri : Quoad paucis diebus tu ad me iterum : de eadem re ſcripſiſſes. Quare nolim te uirum: iſto ingenio : & eruditione : de re parua : ac pene ſordida litigare. Omnis mercenaria contentio docto uiro turpis:ſed de parua pecunia turpiſſima. Vale. & quod uis fieri ad me ſcribito. Lucium noſtrum ſaluta : Marium Alexandro commenda.

M.Anto.Mario ſuo.

Itteras:quas ad me proxime dediſti:libenter uidi :cognoui ex illis te ſedulo da
l re operam :ut meæ huic de te expectationi imo pietati aliquando ſatiſfacias:
Quod ut facias te moneo uehementer:& hortor:nam ſi is ad me redieris:quem te rediturum prædicas: omnia cumalatiſſime abs te accepiſſe putabo:quæ pater a filio obſequétiſſimo ſolet : & poteſt accipere : Aduerſa corporis ualitudo in cauſa fuit quod

plures ad te dies non ſcripſi : Nunc:dei benignitate: omni liberatus moleſtia:in publicũ
exire occepi:publica:& priuata munia obire:Aeſtiuas ueſtes breui iſtuc mittam:ut antea
ad te ſcripſi:ſi quem dico nactus fuero:cui tuto credi poſſint : ſed tu uide quam parum
integra fide nobiſcum agant nauiculatores iſti fluuiales:dedi argenteum denarium ruf
ſo illi:qui Taſias nuces ad uos attulit . Nunc(quoniam ſi deo placet pluris uectura mi-
nimarum rerum:quam res ipſæ ſtare icipiet)& a uobis quoq; ut mihi ſcribis paulo mi-
norem recoctus ſenex exegit mercedem:ſed ego i culpa:qui nihil de ea re ad uos ſcripſi:
neq; id tam iniquo tuli animo:quam quod ea etiam :quæ mittebantur : parum integra
fide audio uobis reddita:uereor ne & lineas tuniculas: quæ eodem erant faſce alligatæ:
Ruffus interceperit:præſertim quod de ea re nihil ad me ſcripſiſti:fac ut ſciam an eas ac
ceperis : ferenda eſt iniuria ne cæteri à nobis alienentur : id niſi ueritus eſſem didiciſſet
homo ꝑditus:primo ſuo appulſu:quid ius & æquitas poſſint :præſertim ĩ libera ciuita-
te.Ego:quod ad te attinet:tuis deſiderns:nunq̃ deero .Tu quoque fac ne tibi ipſi defuiſ
ſe iudicaris. Vale.

.M.Anto.Ruberto Porpetano.

T ſi uerissimum eſſe illud ſophoclis non ignorabam : ex bonis non niſi bonos
e procreari:præclara tamen futuræ probitatis argumenta : in te puero ſecutus:
nunquam Ruberte humaniſſime prædicare deſtiti :fore ut in eum uirum eua-
deres : qui hodie multorũ teſtimonio prædicaris: cui modeſtia :religio:prudentia:cæte-
raeq; uirtutes abunde adſint:quæ ciuilem hominem non ſolum mortalibus:ſed coelo eti
am commendant:gratulor tibi:ut debeo:gratulor & tuis:qui te talem ſortiti ſunt:ut rẽ
domeſticam:ſine inuidia:augeas:& maiorum ornamenta:cum laude:tuearis : quod uitæ
inſtitutum:tua ſpõte ſuſceptum:ut per te ſeruari & augeri uelis :te amantiſſime moneo
& hortor.Reliquum eſt:ut non uulgares tibi agam gratias : quod pro tua ueteri in me
obſeruantia:incredibiliq; humanitate:uel abſentem me colas:liberalitateq; proſequaris:
fuit mihi munus tuum gratiſſimum:ſed gratius adhuc futurũ:ſi ſabellico : & fortunis
eius:tuo iure:& arbitrio:quum uſus uenerit :uteris. Vale.

.M.Anto.Barbauaro ſuo.

Vrum licet & agreſtem uoces ſabellicum:illum Barbatare quem nuper tibi cõ
d ſtans phama:ut facundum:& diſertum commendabat.potes quidem: & debes:
ignauum & deſidem appellare:qui tam canoro litterarum concentu:ante terti
um claſſicum excitari nequiuerit:ſic quoq; tanquam lõga ebrietate experrectus: uix q̃d
deceat reſpexerit :indignus ad quem tu homo:iſta eruditione: toties ſcripſeris:tam ſua
uiter prouocaris:quem amicorum numero aſcripſeris .Sed tu quantum mihi iraſcendũ
putes poſtea uidebis.Ego ut longiorem hanc moram merito ſuſpectam dixerim:ita ab
omni deſidiæ culpa auſim me uindicare:uindicant & andriorum dii Athenienſium iniu
riæ olim occurrere auſi.Si in officio tibi antea reſpondere potuiſſem:neq; uoluntas:ne-
q; ſtudium ad id mihi defuiſſet: uerum facultate adempta :qua ratione debuerim haud
ſane intelligo: ubi tuæ ad me litteræ primo delatæ ſunt:in animo habui cõfeſtim ad te
ſcribere:nullam deinceps occaſionem prætermiſſurus:Interim inſueta capitis grauedine
correptus:in febrẽ incidi:ex ſebre tanta eſt rheumatis intemperies ſecuta:ut plures dies
publico abſtinuerim:conflictabarq; tum maxime : quum alteras abs te accepi litteras:
ſed ut eram grauiter affectus nihil tum ſcribere auſus:nec tu me uolẽtem:ut tua eſt hu
manitas:pati potuiſſes:paucis inde diebus:quum nondum a languore:& moleſtia illa li
ber eſſem:recentiſſimæ abs te litteræ ſunt mihi redditæ:quibus demum uictus:nam fa-
tigatus haud dixerim:neq; enim quippiam fatigare poteſt:quod dulce eſt:lepidum & ſua
ue: & ſi infirmo adhuc corpore:ſcripſi hæc tamen : quibus ſcires : nihil tua amicitia:de
qua ad me nouiſſime ſcripſiſti:mihi eſſe gratius: nihil quod maiore ſtudio : maiore ſim
cupiditate complexus.Eſſem ego uere Inhumanus:ſi in te uiro:iſto ſplendore :& digni-
tate:tantam indolem:& eruditionem :non cupidiſſime complecterer:complexam omni
officio tuerer:ſed hæc eo ſpectant:ut de amore & ſtudio in te meo nihil dubites .Quin

perſuaſum habeas ita fore:ut te nunquam amicitiæ noſtræ:tua ſponte ſuſceptæ:pœniteat:quod mihi a Mauro minaciſſima deſidiæ exprobatio imineat(ſic enim ſignificabas iis litteris quas ad me ſecundo loco dediſti:)tam hercule res ipſa ſabellicum mouit:quam magnifica illa eiuſdem de me prædicatio : de qua a principio(& enim conuerſo nunc ordine tecum agimus)ad me ſcripſiſti:tam in hac calumnia quam in laudatione illa:ſingularem Vgerii in me beniuolentiam agnoſco : ſed uos per deos rogati longiuſculum hoc ſilentium:non mihi:ſed neceſſitati:cui ne deus quidem repugnat:aſcribite. Tu ſtudium & beniuolentiam meam perpetuam tibi deſpõdeas uolo:utinam is ſim : ad quẽ ultro amandum merito acceſſiſſe uidearis :ego certe ne idignus uidear omni officio curabo. Vale.

.M.Anto.Mauro ſuo :

Vdi quantum facinus egerit tua frequens illa & moroſa ſalutatio :dum acade-
a mici omnes ſuum in tam longa nomenclatura nomen requirunt : epiſtola per multas manus euagata;ut alcidæ mater euanuit:ita ut nullus iam inde fructus eius ad me lectionis peruenerit:ſed tu da operam:ut quicquid iacturæ ibi fecimus recẽtiore abs te epiſtola nobis reponatur:nec mihi ſucceneas uolo : quod tardiuſcule ad te ſcripſi:aduerſa ualitudo:qua fui plures dies implicitus.me inuitũ ab officio retardauit: gratulor tibi quod diu & fœliciter ſis peregrinatus και πολλῶν ἀνδρῶν ἴδεσ ἄστεα ut poetæ ſummi utar uerbis: ſed tu peregrinationem mihi non minus fœlicem graruleris neceſſe eſt ſub tuum hinc digreſſum ; quod te non ignorare arbitror: hiſtoriam ſum exorſus:ab ipſo mundi exordio:mox toto triennio per omnium gentium memoriá euagatus:adeo procul abii:ut nunc trigeſimus ſextus rerum humanarum ſit liber in manibus:reliquus labor:ut ſpero:eo erit facilior:quo portui propinquior.Si ad te non ita frequenter ſcribo occupationibus:quibus diſtringor Imputa. Vale.

.M.Anto.Mario ſuo.

Itto ad te æſtiuas ueſtes:uiolacei coloris:unam ad pedes demiſſam : alterá rho-
m ſci paulo contractiorem ; qua domi uti poteris:mitto & in his damaſceni uiridis thoracem oloſericum incluſum:tu ortamenta ſtudiorum:non uoluptatum fomenta:tibi mitti exiſtima:nec me unum ex uulgo credas:qui filium nimia indulgentia:ex inſano:inſaniorem reddat:quin quoties illa ſumpſeris:fac ea animum reputato ſubeat:expectari abs te elegantioris huius educationis hoſtimentum non uulgare:id ſi neſcis eſt:ut eruditione:& moribus tantum proficias:quantum ipſe cupio: & tu hinc profecturus coram recepiſti:id unum ſi cumulate præſtiteris: conſtantiam patris in te ornãdo:in dies:maiorem expecta:calceos ad te miſiſſem:ſed iutor nos plures dies ludificatus: nouiſſime confeſſus eſt ſe non tenere ueſtigii formulam :emito igitur iſtic: aut alteram ad me mittas:ab aliquo opificum diligentius conceptam:quam enim miſeras uiginti annorum:non iſtius ætatulæ:plures iudicarunt. Vale.

.M.Anto.Bonfini ſuo.

T ſi his paucis diebus ad te & Marium: ſcripſi:nunc:quia puero ſignificandum
e fuit:quas illi ueſtes per Maurum ferrarienſem nauicularium mitteremus:non potui ad te quoq; non aliquid litterarum dare . Verum quia quod ad te ſcriberem nihil alioqui erat:epiſtolæ huius ſumma ſit:ut per amicitiam noſtram rogatus Marium quam commendatiſſimum habeas:eumq; meo nomine Luceio:& Alexandro ſæpe:& diligẽter:commendes. Marium hoſpitem tuum uirum:ut audio:multa prudentia & comitate:fac meis uerbis:cum tota domo:ſalutes:meaq; omnia deferas. Vale.

.M.Anto.Bonſini.

Vid doles amicorum amiciſſime:quid mecum tot litteris?an ignoras ſatis ſu-
q perq; fuiſſe illud ſcribere:ſic uolo ſic iubeo.Ego & ſi ob ea quæ mihi dicebantur de futura gymnaſiarchi iſtius profectione aliter quam ab initio ſtatueram de Mario erudiendo cogitabam:nunc quia ita tu cupis euenire:ut Ferrariæ ſit tecum: dabo operam ut in hoc quoque tui Sabellici facilitatem experiare. Tu quæſo ſi me

amas:& ſi a me perpetuo amari uis.Fac ne fruſtra uidear tantum tibi tribuiſſe in filio
inſtituendo quantum amicorum nulli.In tua poteſtate eſt efficere:ut ſemper tibi debe-
re uelim.Tantum habeto:nihil eſſe in quo totum Sabellicum facilius demereri poſſis:
neque præceptor hic puero defuiſſet: neque ſtudium:neque multorum uoluntas : qui
eam mihi operam libenter præſtitiſſent.Poſthabui tamen hæc omnia ut tuæ dignitati
conſulerem:tibique filium : immo me ipſum:inſtituendum tradidi. Faſeolus puer diu
expectatus ueniet tandem:ita mihi pater eſt pollicitus.De Mario non eſt : cur dubites
an tecum futurus ſit:erit certe:uiuat modo.Expecto Georgium delphinum:qui adhuc
uillicatur:poſt eius reditum(expectatur enim in horam)cum eo agam : ut quamprimũ
iſtuc nauiget:tu interea ſis bono animo:ac quantum potes da operam ut ualeas:& quid
cor ſilii cœperis:fac ut ſciam.Vale.

.M.Anto.Bonfini.

Vnquam ad te ſcripſi:quin tibi Marium meum commendarim:feciq; ego id
n audacius quo minus me tibi moleſtum arbitrabar:ſi de filii inſtitutione præ-
cipue laborem:nunc quia per litteras iubes me id facere: ea commendatione:
quæ ſit diligentiſſima tibi puerum commendo:tuum erit in eo inſtituendo quærere
non amicitiæ ſolum:ſed pietatis laudem:quam ut ſpero ita facile conſequeris:ſi ea fide
qua eum tibi tradidi:abs te erudiendum duxeris:ſed qua cura:quo ſtudio id præſtari poſ
ſit tu omnium optime uideris.Carſius a manu quem ad te cum his litteris miſi octo ti
bi pro puero aureos nummos attulit:fac ut ex tuis litteris ſciam te accepiſſe . Miſi &
Alexandro aureos duos paruam(fateor)mercedem pro ea quæ nauatur opera:ſed maio-
ra poſtea expectet.Luceium noſtrum ſaluto. Vale.& fac ut tantiſper dum Carſius iſtic
erit aliquam puer ſui profectus det experientiam.Expecto tuas uberiores litteras: quæ
me de tota ueſtri ſtudii ratione erudiant:Faſeolus uoluit me tibi ſignificare (quod li-
bens feci)ſe filium:ſub martias calendas:ad te miſſurum:nunc in ueronenſi ſuo eſt:quũ
primum uenerit quid facere cogitet:ut ſtatim ſcias curabo.Iterum Vale.

:M.Anto.Mario.

Itto ad te Carſium noſtrum:qui tibi bellaria affert:quibus proximis fruare fe
m riis:tam modica dices.λεπτός ἐστι καὶ σμικρός:uirium ratio habenda fuit:
lõga ẽ uia:& ut audio ualde lutulenta:quæ a portu Ferrariam ducit.Quid qđ
ſentacula hæc:quo partius olim tibi puero obtigiſſent eo auidius hæſitabas.Sed de his
tu poſtea uidebis.attulit tibi hic noſter duodeuiginti argenteos denarios : quibus uolo
te uti fili & non abuti:ſtudioſum te eſſe cupio non ſumptuoſum.Seruit ſtudium pro-
fectui:ſumptus uoluptati:quæ uirtutis inimica eſt.Fac ut quandoq; ex tuis litteris in-
telligam te non fruſtra a me iſtuc miſſum.Cæterum pergratum mihi feceris :ſi extem-
poralem aliquam tui ingenii dabis experientiam:ac coram in huius qué ad te miſi uer-
ba epiſtolium ſcripſeris:ut quam de te ſpem nos habere oporteat aliquando ſcire poſſi
mus. Vale.& quantum potes da operam ut ad nos longe doctior quam hinc abieras re-
uertaris:quod ut facias te maiorem immodum moneo:& hortor. Vale:

:M.Anto.Mario ſuo.

Ngrate ſit a te filime impie dicam :qui aliud patri ſcribis:aliud facis:tu me p
i litteras bene ſperare iubes:tanquam per te egregie proficias: ſitq; te uno nihil
ſolertius:nihilq; ad bonas artes propenſius. Contra mihi ſcribitur te non deſi-
dioſum eſſe hominem:ſed diſidiam ipſam:nihilq; eſſe a re litteraria tam alienum:quam
ignauiam iſtam:tibi:ut uideo :ingenitam patriſq; indulgentia non mediocriter auctam.
Sed age queſo:& me:ſi potes:doceas:quis huic profectus ſperandus ſit:qui nullo alio ni
ſi ſcuticæ:& baculi : claſſico:ad ſtudium excitetur:tanquam ita euenire poſſit:ut cuiquã
inuito:& nolenti:ſeſe litteræ ingerant:quod non minus ſtultum ſit credere quam uanũ
expectare ; niſi forte Heſiodum credere libeat poetam fieri contigiſſe : quum aliud for
te ageret:credas licet:ſed ille fili in ueſtibulo muſarum aſcreum uerſabat pecus:tantũq;
aberat ut ab illaꝝ cõmertio abhorreret:quod per quieté ſit dearũ ſpecies illi obuerſatas

quod utinam tibi quoq; poſſet contingere : ut uelut Sophocleus ille Thireſias: muſis: & Apollini:deditus:dormiens ipſorum numinum congreſſu:& alloquio:frueteris . Sed quum neq; ſtudio litteraꝝ:neq; cura mouearis:parui refert iſtic ſis:an alibi.Quid enim ſperare poſſim non uideo: &enim ipſæ litteræ ; quas ad me proxime dediſti manifeſte demonſtrant quam frigide omnia iſtic agantur:quam ille hibernus calor ſub æſtatem: quod non putabam:remiſerit. Sed tu fili cur te ipſum prodis:cur patrem tanta expectatione fruſtraris?an nõ intelligis quanta me iniuria afficias:qu'i te ornãdo:nõ pecuniis: non mihi ipſi:parco:tu:quaſi noſtra tibi omnia ſordeſcant:nihil minus curas quã quod te curare uolo:& enim legere quidem potes:potes & ſcribere:diſcere:uigilare:ſudare:algere:litteras ut mihi dicitur amare non potes:nec enim amas ut uideo:neq; abs te amari ptius credere incipiam:quam ſponte:non inuitus:ut facis ; quæ ad tuum profectum pertinebunt:meditaberis:hoc age:hoc patri da:ac quãtumlibet illius abutere indulgentia:iam tempus erat:ut carmen ſcriberes:ac aliquid graium tuæ epiſtolæ olerent : quod ad noſtrum cõgreſſum attinet:dabo operam:ſi fieri poteſt:ut intra paucos dies iſtic me uideas.Diem non ſtatuo:ut te imparatum offendã: tu uero ſi qua re indiges ad me ſcribas ſtatim:ut quicquid id eſt mecum ferre poſſim. Vale.& per omnia iura ; quæ filios parentibus obſtrĩgunt:rogatus caue:ne me hac tui profectus expectatione fruſtreris:in quam omnes curas & cogitationes meas ab initio conieci. Luccium & Alexandrum ſaluta:huic mercedem:illi officium meum:ambobus beniuolentiam deſponde. Venetiis.

.M.Anto.Bonfini ſuo.

Fficioſe: & amice:facis:quod ad me:nihil obſcure:nihil perplexe:de Marii deſi-
o dia ſcribis:ſed prius uellem id factum.nunc:ſi qua remedia ſunt: ea ut diligentius adhibeas te:pro noſtra mutua beniuolentia:oro:& obteſtor:ui:gratia: minis:pollicitationibus:inſtandum:ut uirtutem mirari incipiat.& amare. Per æqua & iniqua agitandus:donec inertiã iſtam:de qua ad me ſcribis:exuat. Vellem ſcire poſſet quid noſter animus parturiat:quid præterea pariturus ſit:niſi priori uitæ ire cœperit contrarius:meiſq; præceptis obtemperauerit. Sed qui horum omnium melius te uno adoleſcentem admonere poſſit:eſt nemo.Ille te audit:tibi ſoli dat operam:nihil magis miratur:aut ueretur.Potes itaq; tu omnium optime nobis id præſtare:neq; enim ipſius leuitatem:ſed tuam fidem ſecutus:filium Ferrariam miſi:& nunc qualiſcunq; ille huc redibit:quicquid in eo placuerit:quicquid offendet:tibi uni reſeram acceptum . Verũ quia non ignoro te omnia:mea cauſa:uelle:cura diligenter ut eruditione:& moribus:tam ad me confirmatus redeat:quam ab initio perſuaſum habui:qui tuo ductu:& auſpiciis militaſſet . Numeraui octo argenteos nummoscui me numerare uoluiſti: accipieſq; eius chirographum his litteris incluſum.Quod de aduerſa ualitudine:& iactura dentis:tam familiariter mecum doles:admoneſq; una noſtræ imbecilitatis : humane & prudenter facis:in utroq; tuam in me beniuolentiam:egregiumq; animum agnoſco. Vale:& Luceium noſtrum ſaluta:cohortatoremq;:in filio ad bonas artes inflammando; tibi aſſumito. Venetiis.

.M.ynto. Bonfini ſuo.

Ihil ad te plures dies ſcripſi:fui enim tibi:& filio iratus: & nunc: ſi quæris quo
n in uos ſim animo:non poſſum non iraſci.Sed tu dic rogo:quando hoc me tibi mandaſſe putas:ut filium lyræ admoueres : ut indecoro ad alienas menſas ſtatu illum paraſitum effingeres:turpi & molli motu:ad alienos modulos: hiſtrionem ? nec eſt cur mihi de hiſtrione litem intendas:quoniam:ſi deo placet:eo uenimus: ut quid ſit hiſtrio non intelligamus.Sed tu diſce:illos non ſolum in ſcæna ; ſed ad menſas quoq; principum uerſatos:inde tecum conſidera quam proximo loco ſteterit filius:qui in frequenti conuiuio alienũ carmen:ad concentũ lyræ:egerit. Vetus eſt hoc dices: ac poeticũ:at ſi poeticũ non propterea oratoriũ : cuius rei imaginẽ tibi ꝓpoſui deliniandã. Sed fac muſicen ne ab oratoribus quidẽ omnino repudiatã: notæ ſunt ad poſteros grachorũ actiones: obſoleuit mos ille Bonfinis : & nunc uulgo miramur ueteres : uulgo laudamus.

Sed noſtris:ut lepidiſſimus ait poeta;non illorum annis utimur.At quanto ſatius fuiſ
ſet huiuſmodi ineptiis procul excluſis:filium meum:utriq; ſtilo:aſſueſcere:& dum plu
res dies in alienis uerſiculis ediſcendis abſumuntur:aliquid per ſe illum meditari: quod
ad noſtrum inſtitutum attineret.Suſpirabam iam tertium menſem illius litteras : qu-
um per breuem unam metu ; & pudore: magis quam uoluntate : expreſſam : ad me
dedit epiſtolam . Hoc fuit quod cum Ferrarienſi hoſpite amice & familiariter do-
lui.Hoc nunc etiam queror & doleo atq; identidem teſtor: me non iſtuc filium able-
gaſſe:ut in eam infaniam euaderet quæ me perpetuo torqueret . Quin ſcribat potius
quottidie aliquid: ut ad me uiceſimo quoq; die uel ad ſummum trinundino litterarum
faſces ab eo perferantur : quæ uelut ephimeridem quandam eorum:quæ a uobis iſtic
agantur mihi explicent;hoc fuit quod tantopere ab initio contendebam :ad hoc te hor
tatus ſum ſemper:hoc in primis huic meæ ſolicitudini datum uolui:ſed tu per deos ui-
de ne me cum illo perdas:quin quod ſcio te euenire uelle cum Luceio uiro integerrimo
da operam:ut puer græce & latine proficiat : ut optimis aſſueſcat auctoribus : ut gran-
dia mirari incipiat:ut pedeſtrem orationem & carmen alternis exerceat : & ut uno uer-
bo dicam curate queſo ne puer fruſtra iſtuc miſſus uideatur. Statueram eum huc accer
ſere ut coram quid actum eſſet cognoſcerem : ueritus tamen ne morbum aliquem no-
cturna nauigatione contraheret:quæ in itu aut reditu in ipſum caniculæ exortum inci
deret:pernitioſa eſt noctu fluuialis aura:in ſeptembres idus differendum duxi eius acceſ
ſum:mitto itaq; in id tempus tibi aureos nummos quinq;:mitto & Luceio calamariam
thecam ex cupreſſo græcanica operis calamis refertam:& matrifamiliæ iſti cuius contu
bernio utimini criſtallina quædam:parua quidem munera.Sed animus meus ad ea quæ
in filium conferuntur perpendenda non paruus ;ſi primo noſtro congreſſu filii profe-
ctus fuerit mihi uel mediocriter bláditus:patiar quod tuo commodo fiat adhuc per an
nū iſtic eſſe:interea de eius moribus & inſtitutione præſtabis quæ coram & per litteras
ab initio recepiſti. Vale.

.M.Anto.Luceio ſuo:

q

Vod æque tibi Marius : ac patri ſit charus:laboreſque ut audio non minus de
illius quam de filii inſtitutione : tam mihi gratum eſt quam ſi per te alter
ad me Demoſthenes reuertatur:reuertetur enim quantum in te eſt . Nunc
quia pro his parem tibi gratiam referre nequeo quam maximas poſſum & habeo
& ago : præſtoque tibi gratiſſimam huius tuæ in filium pietatis memoriam : cu-
pio & opto aliquando occaſionem mihi dari qua plane perſpicere poſſis:in quam
grato homine tuum officium collocaris. Interea ſic habeto te uno nihil eſſe mi-
hi charius : ac ſi quid in ſtudiis & rebus meis eſt : quod tibi commodo eſſe poſſit:
gratiſſimum mihi feceris:ſi continuo id mihi per litteras ſignificabis : uidebor mihi
certe non præſtare : non reddere : ſed accipere beneficium : quum in te aliquid contu
lero . Quod e re tua ſit : nunc ne nullum mei in te amoris extaret pignus: Calama
riam thecam gnoſii operis calamis refertam ad te miſi : rem niſi animum ſpectes
haud dubie indignam : quæ a Sabellico ad Luceium mitteretur : Sed tu hominis
uoluntatem non rem intueberis :non munus ſed muneris auctorem:qui ſatis :ut ſpe
ro:quicquid eſt hoc quod mittitur apud te uirum iſta humanitate commendabit.
Vale : & Marium :quod tua ſponte facis :quam commendatiſſimum habeas rogo :
Gratiſſimum mihi feceris:ſi de eius profectu aliquid ad me ſcripſeris.iterum Vale.

.M.Anto.Mario ſuo.

m

Itto ad te caligas : & nummos argenteos uicenos : tu quantum ad hunc di
em profeceris : fac ut ex tuis litteris cognoſcam:eram tibi haud pauca ſcri
pturus . Sed illa qualia ſint ex Carſio noſtro facile cognoſces : ſumma om-
niū quæ abs te fieri uolo hæc ſit;ut tū moribus:& lr̃is:ad me confirmatus redeas:q̃ꝛū
mea in te pietas poſtulat:& tu hinc diſceſſurus ꝓmiſiſti:quū plus tẽporis nactus fuero:
tūc ad te plura ſcribam:nunc illud a me tacitū haud quidẽ feres:niſi quotidie ad me ſcri

pſeris:ſore ut tam durum me experiaris:quam Teucer Thelamonem:ſed tu melioribꝰ:
ut ſpero:auſpiciꝭ huc uenies. eriſq; mihi tam charus:omni tempore:quam patri optimo
optimus poteſt eſſe filius. Vale. & abs te non epiſtolam:ſed uolumen:expecto:

.M.Anto.Barbauaro ſuo.

b

Vam in quærenda amicitia ſim fœlix:uel ex hoc uno Barbauare intelligo
q quod te talem ſum amicum ſortitus: quo nihil eſt:ut uideo:officioſius : nihil
amabilius:& quod ex præſenti affectu animi ſentio:nihil eſt tuo genio:ad pro
merendam gratiam accomodatius. Mirum eſt quod dicam:ſed quia uerius uero eſt di-
cam tamen: feciſti paucis menſibus quibus hæc amicitia nobis inita eſt : ut tantum te
hodie diligam quantum eorum neminem:qui coniunctiſſime mecum uixerũt:eſſemq;
ego uere dignus odio:niſi hoc in te animo eſſem:quippe qui ſedulo das operam: ut hæc
inter nos nuper orta neceſſitudo : mutua litterarum frequentia ; in dies magis au-
geatur. Vellem ego me eũ eſſe:qui per otium poſſem tibi in officio reſpondere:equidẽ
plane intelligeres quantum tuis ſtudiis:in hac parte:delector: præſto tamen quod poſ-
ſum gratiſſimam tibi eorum:quæ facis:memoriam: interim nolo mihi longiuſculum
hoc ſilentiũ deſidiæ aſcribas:nihil eſt enim me uno negotioſius:nihil curis diſtructius:
perfruor tamen nihilominus tuarum litterarum lectione:cupioq; & opto in horas tu-
um in me meritum augeri : me abs te in primis amari uolo : & quod tua ſponte facis
ut facere pergas oro te plurimum:& hortor:illud præterea tuo in me amori:& beniuo
lentiæ:imputo:quod me per eos:qui cum Beatrice eſtenſi Venetias uenere:conuentum
uoluiſti:licet illi maiora ſecuti negotia officium non obiuerint : cæterum tam gratum
id mihi fuit:quam ſi rite omnia peregiſſent. Beatricem uenientem Barbaricus princeps:
& primores patrum:frequenti matronarum cœtu: Bucentauro naui exceperunt . Ve-
tus eſt mos ciuitatis:in illuſtrium hoſpitum aduentu : eam nauim auro & purpura in-
ſternere:eſt id nauigium ſenatus & omnium urbis magiſtratuum capax : agiturq; tecto
remigio:ſæpius remulco:ſedet princeps ciuitatis in puppi:auro ſtrata:& ipſe aureo fe-
re pallio amictus:quem omnium ciuitatis magiſtratuum : ſenatorumq; claudit conſeſ
ſus:maieſtatis:& ſilentii plenus. hos aurum:purpura: & quod minimum ẽ cæcus ueſtit:
comitatur multi interim:uariiq; concentus:euntem. præcedunt longo ordine nauigia
plæraq;:tapetibus auleis:ac feſta fronde:in topiarii operis ſpeciem: uarie ad tempus in-
ſtructa:quibus a puppi pulpita conſurgunt : ex quorum faſtigiis omnifariam apparatu
collucentibus:pueri puellæq;:eleganti cultu:alii alios genios mentiti: occultiore nexu:
aperto puroq; librantur aere:hi ſiſtra illi thyrſos:aliiq; alia deorum inſignia ferentes ue
huntur inferiore gradu aliquanto maiores natu: cæterum ætate & ipſi florentes:in tri-
tonum & nympharum morem figurati:inter ſuauiſſimos cantus: & odores : ſuo quiſq;
ſtatu. Plurima ad hæc uexilla:auro micantia:toto nauigio defixa : uentoq; agitata:tan-
tam ſpectantibus uoluptatem afferunt:ut nullum: meo iudicio : ſit hodie in terris tam
uoluptuoſum ſpectaculum:quod blando & hillari aſpectu poſſit huic uni merito com-
parari. Sequitur ducariam nauim tanta cymbarum multitudo:quibus magna pars ciui
tatis:officii cauſa:uehitur:ut ad octo interdum ſtadia:qua longe excurrit tegatur ſtagni
facies:quæ pompæ ratio:ſi a uetuſtarum rerum peritis diligentius conſidereť:non mul
tum diſſimilem:& ſi in diuerſo elemento:ab ea reperient : qua ueteres Romani dicun-
tur in triumphis uſi: ut ornatiſſima illa nauis : ac longe maxima:ſit currus:quum nul-
lus alioqui tantæ moli poſſit currus comparari:ille minorum nauiũ apparatus trium-
phalis pompa:quæ currui præferri ſolita eſt:qua ſimulacra urbium: rerumq; geſtarum
ſeries:uariis erat imaginibꝰ expſſa. Lintriũ uis illa ingẽs q̇ Bucẽtaurũ ſequiť:officia qri
tiũ triũphantẽ ducẽ comitãtiũ:& ſi luce illa: quod raro accidere ſolet : actuariæ naues:
ueloces: & biremes bellico appatu inſtructæ:ſũt põpã illã ſecutæ. Attulit & matronaɋ
cœtus eodẽ die non inſuaue ſpectaculũ:ante oculos ciuitatis:exquiſitiſſimo cultu præ-

teruectæ :in aurea ueſte nulla hodie conſpicitur:quum paucis ante annis piſtorum eti
am filiæ conſpicerentur:auro igitur legibus adempto : alio incubuit muliebris luxu
ria : iam a medio ſurſum quicquid eſt totum gemmis:& unionibus:tegitur:ut fru
galiſſimus ornatus quaternis ſtet milibus aureorum nummum : mediocriter con-
ſpicuus denis : duplo aut triplo maiore adhuc conſpectione dignus . Formam ex
aliis diſces : & ſi ſcriptorum ſit : de hac quoque iudicare . Atque hoc illa comitatu
per mediam urbem:cum leonora matre:ad extenſes ædes delata:ubi biduo poſt ſubur-
banæ puellæ:ad quinquaginta numero:lineis ueſtibus ſuccinctæ : nauali curſu decerta-
runt:ſpectaculum huic urbi ad eam diem inſuetum:ut pote in Beatricis gratiã tum pri-
mum excogitatum:ſecutum uirile certamen:maiore nauium actu:ſed quia res nota mi-
nus uoluptuoſum.Poſtridie illius diei centum lectæ ex omni nobilitate matronæ:cultu
& forma inſigni:comitio ad tempus inſtructo:uelut in procinctu ſtetere:lectiſſimi iuue
nes cum his ad tibiaꝝ cantum in orcheſtra ſaltarunt : mox inclinante die tres heroico
habitu:indicis beluis ſedentes:ad tubarum cãtum magiſter ſcœnæ in comitium intulit:
hi magno caueæ ſilentio ſemel:atq; iterum :orcheſtram circumuecti:in eam tranſiuere:
tum ibi mutatis modulis:non molli & effracta:ſed uirili & heroica ſaltatione : qualem
Pyirrhicem fuiſſe ſuſpicari poſſis:non nihil euagati:quum mira corporis agilitate:om
nium in ſe oculos uertiſſent: ſiſtra quæ manibus quatiebant aureis pomis præfixa :re-
pente concrepuerunt:atq; foliis:quæ introrſum complexa fuerãt:diſſilientibus bos:leo
& maurus:ſidei:pacis:& concordiæ inſcriptione:mediis uelut liliis:magno plauſu & cla
more extiterunt:fuitq; Corollarium illud eorum:quæ poſtea ſecuta ſunt.Nam tantiſp
dum bellaria inferuntur:orcheſtra non nihil in ſe caueam reuocauit:centum & ampli-
us florenti ætate miniſtri:ex omni iuuentute lecti:ex ſacharo & auro ſigilla longo ordi
ne circũtulerunt:& in his ſigna & imagines ſociorum principum:naues cum toto re-
migio:piſtrices:ſyrenas:tritones atq; omniſariam pelagi monſtra:inerant & elephantes:
cameli:leones:urſi:tygres:pardi:aquilæ:uultures:ſtrutiocameli:pauones:& mille uolu-
crum genera:quicquid præterea æſtas:quicquid fœlix habet autumnus: opificum ma-
nus naturæ rerum æmulæ:affabre ex eadem materia effinxerãt:quorum pars maxima
ad longiorem moram auerruncãdã a populo direpta eſt.Tumultuabantur adhuc cunei
recenti rapina:quum maior q̃ ullus antea tubarum clangor:ex comitii ueſtibulo reddi
tus:aures:& oculos omnium in ſe uertit.Tum poſtremus ille ſcœnicus:ĩcredibili ſpectã
tium ſtupore:eſt chorus inuectus.Elephanti:Hippotami:Ibices:Arpyæ:& aliæ parũ no-
tæ animalium effigies:currus:& pegmata:in orcheſtram detulere : hic demum Melea-
gri amor:ac pene totum Calidonis ſchœma:magna ſcœnicorum arte:maiore ſpectanti
ũm uoluptate repræſentatum:cætera ex aliis cognoſces:quãquam uideo quam inepte
fecerim:qui hæc tibi ſum ſcribere adortus:quæ ex eorum multis:qui rei non interfue-
runt ſolum:ſed præfuerunt diſcere potuiſti:ſed ita facto opus fuit:ut uel una epiſtola
tecum paria facerem:quæ ſi cum ornatiſſimis illis:quas ad me dediſti:in te non fecerit
æquilibrium:uerborum ſaltem habeat hoſtimentum.Vale.

.M.Anto.Antimacho.

n Os hic tam ſalubri cœlo fruimur:quam alibi terrarum pelagiue quiſquam ſa
luberrimo.Sed tu quid uarios rumores ſecutus filium tam tumultuoſe reuo-
cas?quidnam hoc aliud eſt quam uictoriam militi optimo inuidere:timidi du-
cis eſt:aut certe inuidi:inclinata hoſtium acie:dare ſignum receptui:biẽnio Fabium op-
pugnauimus:multumq; cum eo colluctati:adeo preſſimus:ut iam terram & uerbenã
porrigat.Supereſt tamen adhuc aliquid:quod ad ſextiles idus noſtras remorari poſſit ſe
rias:uellet Antimachi filius non prius exauctorari quam fabiana hæc ſit prouincia pro
fligata.Ego & ſi eius uoluntati libenter faueo:quippe qui adoleſcentibus:ad honeſta tẽ
dentibus:non frenum:ſed calcaria:adhibere ſoleo:uerum quia & quæ ſint parentum iu
ra in filios non ignoro:multo libentius tibi integrum relinquo:ut tu ipſe de eius mora
& digreſſu:tuo arbitrio:ſtatuas.Ego Pompilius:tu Cato.Vale.

.M.Anto.Catalucio fratri.

q

Vod longa conflictatus ualitudine adhuc infirmus ſis doleo æque ac debeo: Sed quam hoc doleo tantum illud miror:quod te ad incredibilem inopiam redactum ſcribis. Vide Cataluci frater ne tibi accedat:quod & ruſtico cuidam accidiſſe ferunt:qui quum uini dolium haberet:ſentiretq; in eo aſſiduum detrimentũ fieri:miratus primo circũſpicere cœpit:ne rima occultior aliqua ſubeſſet:cæterũ ubi omnia ſolida apparuerunt:uicinos in ſuſpitionem deuocauit:ne ſe abſente uas relinerent: obſignauit dolium ad agreſte opus exiturus:tum quoq; manentibus ſignis : nec aliquo modo confuſis:ſenſit recens uini intertrimentum:tum is agreſtium fortunam deplorare:quæ non ſolum in uite ſed in doliis ſiderationem pateretur:ad poſtremum exhauſto dolio:hydrus in imo fundo eſt repertus:in adagium res uerſa eſt: ut quum tacita calamitas aliquem premeret:hydrus in dolio eſſe diceretur:tu quoq; id uideas quæſo : ne quid domi lateat:quod te tacita carptura:ad iſtam egeſtatem compellat: atq; id tempeſtiue uideas:ne quod in Troiani equi fabula fuit:ſero ſapias:nam quod ad iſtam querimoniam attinet:non uideo:per deum:quid te nullo familiæ onere preſſum:domo: prædiis:re pecuaria:abundantem:ad tam inſignem redigere poſſit inopiam:niſi latens anguis ſit in dolio:cui ne hæc noſtra quidem ſint ſatis futura.Eſt præterea mihi filius adoleſcere incipiens:is me identidem admonet:& ſi uerecunde admonet tamen:ut uideam ne dum bonus frater uideri cupio:iniquus ſim pater:atq; ſic habet dum omnes huc uenitãtes largo uiatico proſequor: dum iſtuc reuerſus profuſa largitione utor:dum per tam longa ſpatia eo & redeo peregrinatione ſumptuoſiſſima tantum pecuniarum profudi: ut adhuc crumena tam grauem ſuſpiret laſſitudimem.Nec me pœnitet:ita filius uiuat: ſi quid uobis: qui mihi chariſſimi eſtis:ſum aliquando gratificatus.Sed uolo uos quoq; pueri huius rationem habere:cui neq; domicilium:neq; predium:ad hunc diem ullum eſt a me quæſitũ: & enim quo maiore hominum luce educatur : pluribuſq; ob patrem notus eſt:eo certe miſerabilius ſit: & illi: & mihi turpius:non proſpicere: ut præter bonum nomen nihil reliquiſſe uidear:quanquam id quoq; non nihil eſſet:ſi ita hodie uiueretur:ut non pretiũ ubiq; in pretio eſſet.Adde quod puer procul a me inſtituitur: quod ſine maximo ſumptu fieri non poteſt:quare nolim uos arbitrari hic auri montes poſſideri:at utcũq; res habet:dabo operam:ut filias ueſtras:quando ad nubilem ætatem peruenerint:dote:quod præſens uobis receperam:pro uiribus iuuẽ: & quando huic puero fuerit aliquid quæſitum:tum quoq; res meas uobis largius impartiã : interim nemo ad me ueniat:nec quantũ in uobis eſt patiamini quẽquam huc uenire:qui: ſi qui erunt:uideant ne:quum Athenienſium deos ſecum afferant:hic Andrios inueniãt. Vale.

.M.Anto.Aemiliano.

s

Atis mihi & muſis datum arbitrabar:quod encomiaſticon tuum noſtro iudicio ſubieciſſes:nunc quod non minus gratum eſt teſtimonium requiris: tanquam ſic carmen illud ſit in lucem hominum tutius exiturum: ego & ſi uideo me Chritonem ex Ariſtarcho factum:non tamen minus eſt mihi gratum fidem abs te meam quã ingenium probari . Vtinam tam fœliciter huic breui endecaſyllabo: quo tibi teſtimonium deſero:in orcheſtram uenire contingat:quam Andrius ille teſtis in ſcænam uenit. Vale & hoc:quicquid eſt:non a mutis impetratum credas:ſed rubore expreſſum:quem illis in texenda hiſtoria ueheméter occupatis Hermani:uiri clariſſimi:auctoritas:aſſiduaq; flagitatio:iniecit. Venetiis.

.M.A.Bonfini.

q

Vod tantum mihi in hiſtoria tribuas quantum ego:nec mereor : nec poſtulo: facis quod bonũ uirum decet:dicerem & eruditum σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν: niſi ſtultũ ſit credere eruditi eſſe hominis de tenui ingenio & nuda dicendi minerua iudicare:cæterũ: utcunq; illa noſtra ſunt gaudeo plurimum abs te uiro laudatiſſimo laudari:quin:ſi ſemper mihi diſplicuiſſem:conſumatiſſimi uiri teſtimonio:poſt hac:placere incipiam:ac ſi quid in me eſt quod merito lauda-

ri poſſit:id ipſum:ut pie:ita libenter:Deo optimo tefero acceptum.Quod Marium meũ
patria charitate Ferrariæ ſis complexus:& ad bonaꝗ artium ſtudium familiariter horta
tus: tuam in eo humanitatem agnoſco.Vtinam quod ad eius inſtitutionem attinet:Bõ
finis tui:imo noſtri:ductu:& auſpiciis:ita ad me puer confirmatus redeat:ut hanc ſui ꝓ
fectus expectationem:in quam omnes meas curas & cogitationes erexit:non demũ fru-
ſtratus uideatur.Sed uix ea:quæ de filii indole ad me ſcribis:tam iucundum fuit cogno
ſcere:quam graue & moleſtum:te ex Italia:in Pannoniam:decedentem:in Carnorum fi-
nibus febri decubuiſſe:cui non parum:ut uideo:debemus:quod paucis diebus ſua ſpon
te remiſerit:quæ ſiue tecum diutius eſſe noluerit:ſiue non potuerit:gratulor tibi pluri-
mum:quod omni ſis moleſtia liberatus:delegaſti ad me neceſſitatem:numen quidem ma
ximum : ανάγκη λογικοι μάχονται ac uehementer dolui: quod aliquanto maius hic
ſit ab eo repertum:quod ius ſ alſꝗ ſit impoſibile appellare.Quod niſi ita re pecunaria la-
boraremus:ſatis fuiſſet mihi cognoſcere:qd ĩ meis reb⁹ eſſet:quo tu uir iſta ĩ me huma
nitate uti uelles.Verum ſic habet dum hic pluris omnia parantur:dum meorum deſide-
ria explere contendo:dum omnes huc peregre appellentes uiatico proſequor :in eam e-
geſtatem incidi:ut pecuniam:qua abundare credimur:non ſine rubor̃ aliũde mutuemur:
detuli quod potui huic quem ad me miſiſti:ex meis ueſtibus unam quãlibet oppignerã-
dam:quam ille non recepit uerecundia credo adductus.Sed quia τῶν φίλων τα πάντα
κοινα potuit quidem & debuit. Vale.& quantũ potes da operam:ut ſoſpes in Pannoniã
abeas. .M.Anto.Mario.

V ad me ſcripſiſti:ut neſcio quam mercedulam tabellario darẽ.Ego duplo ma-
t. iorem dedi:ut quam mihi gratum ſit te facere:quod iam dudũ facis :non igno
rares.Ego fili ſi negem me ad hũc diem fuiſſe tibi iratum dolo malo mentiar.
Nunc quia Bonfinis litteræ me bene ſperare iubent:& tu paucis diebus duos epiſtolarũ
falces ad me dediſti:neſcio quo nam modo leuatus ſtomacho:in te pietatis oculos reieci
ut non minus quam antea ſis mihi charus : & enim ex iis litteris:quas ad me dediſti:per-
ſpicere uideor fore:ut aliquando is ſis:quem a crepundiis:ut ſic dicam:te futurum deſti-
naui.Videris mihi(nam te merita laude fraudabo nunquam)lõge diuerſus ab eo:qui nu
per tua ignauia & deſidia patrem cura & mœrore torquebas.Eiſꝗ recenti iſta meditatio
ne breui conſecutus:ut tantum me hodie delectes quantum optimus quiſꝗ filius dele-
ctare poteſt patrem.Perge ut cœpiſti:atꝗ pro uiribus enitere:ut tantum iſtic profeciſſe
uidearis:quantum ego uolebam:& tute ut proficeres adnixurum promiſiſti:illud te etiã
atꝗ etiam monebo:niſi aliquando tam inconſiderate :ne inepte dicam:ſcribere deſinas:
fore ut nunquam propoſitum teneamus:nam & in orthographia ſæpe peccas : & in ele-
gantia:quod magis doleo:ſæpius:quare hoc habeas uolo non cito ſcribendo fieri:ut re-
cte ſcribas: ſed recte ſcribendo ut cito . Vides credo quid in te deſiderem: hoc fili præſta
& me tecum in gratiam rediſſe puta.Marcus Antõius Faſeolus æqualis tuus:& ut ueri
us dicam æmulus:iam pridem uillicatur:non minus in ea ſolitudine muſarum ſtudioſus
ut mihi dicitur:quam in urbe toto hoc anno fuit:recte facies ſi ad eum quandoꝗ ſcri-
pſeris nõ tumultuarium epiſtolium:quod facis:niſi uis illi & ꝓceptori ludibrio eſſe καὶ
σιτος γαρ γέλως εις εχθρους γέλως:legitimã potius epiſtolam : ſed eamꝗ accuratiſ-
ſime cõſcriptam:ac ſi quid græce in ea fuerit:της προσωδίας rationem habeto . Ego
deo uolẽte ãte ſeptẽ.idus iſtic te uidebo:aut tu huc accerſitus uenies.Enitere:ut ſiue hic
ſiue alibi mecum fueris:is ſis qui meam de tuo profectu expectationem minime fruſtra
tus uideare : ſcripſi hæc uolanti calamo: quod ex ipſa elementorum figuratione facile
intelliges.Vale.

.M.Anto.Bonfini.

Ihil demum quod cupidius audirem abs te mihi ſignificari potuit :quã ut Ma-
n rius de cuius profectu non poterã non uehementer eſſe ſollicitus:uelut longo
experrectus ſomno:cœperit priori uitæ ire contrarius:ametꝗ ſua ſponte & mi
retur:quod nuper:uerberibus adactus:ne reſpicere quidem uelle dicebatur.Habeo itaꝗ.

primum gratias deo optimo quam maximas παν τουτο γαρ πρόσ τὸν Θεὸν αναπτυ ποιεῖν habeo & Bonſini meo:qui illum in lapſum proniorē ne rueret facili ductu:multaq; moderatione;in officio continuit : iam enim quod iubes a me fieri bene ſperare incipio:nec eius litteræ omnino diſplicent:quibus multo magis delectarer;ſi accuratiꝰ ſcriberentur. Quare pro noſtra mutua beniuolentia a te peto;ut in formando ſtilo frenum puero inhibeas :quem calcaribus egentem mihi:quod facto opus fuit:concitationē reddidiſti:tantiſp dico dum emendatius ſcribere aſſueſcat:nulla in componendo utatur celeritate:nam & in ratione ſcribendi parum diligens eſt:& in elegantia:quod ad eum ſcribo:ſæpe labitur. Cupio quamprimū abs te ꝑ litteras doceri ſis ne Ferrariæ futurus hoc anno: ut de Marii inſtitutione maturius conſulam;quamquam nihil:ut uideo:a me conſtitui poteſt: niſi prius quid profecerit cognouero . Quare circa nonas ſeptembris iſtuc uenire cogito: aut illum huc accerſere;ut coram quid actum ſit cognoſcam: Velim cum Luceio noſtro;ſi iſtinc abiturus es:de pueri contubernio aliquid proſpicias:ubi tuto eſſe poſſit:nec te iſtinc abeunte apud alium libentius eſſe uelim;quam(quod eius commodo ſiat)apud communem amicum;cui moribus & eruditione tantum tribuo;quantum fortaſſe nemini eorum:qui hodie in his ſtudiis clariſſimi habentur;mercedem quam uolet ſibi ſtatuet:fac rogo ut non multo poſt quid agi poſſit ſciam : nam ſi puer ferrariæ eſſe non poterit:dabo operam ut Patauii:aut alibi;inſtituatur:ſcripſiſſem ad Luceium libenter:niſi curæ:quæ undiq; mentem lancinār:ab officio auertiſſent. Sed tu has illi litteras poteris legendas ſubiicere;& ſi tumultuoſius parumq; accurate ſcripſeras . Vale.

.M.ANT.SABELLICI.FAMILIARIVM EPISTOLARVM.LIBER QVARTVS.

Aemylianus Cimbriacus poeta.M.Anto.

Egi nuperrime hiſtoriam rerum uenetarum ab urbe condita facundiſſime:atq; eruditiſſime;abs te ſcriptam:quæ non mihi quidem placuit: ſed perplacuit:uidebar enim mihi īterlegēdū me Patauinum Liuium audire;cuius ut imitator es ſtudioſiſſimus;ita dicēdi characterem mirifice expreſſiſti;diligentiam & facundiam ita aſſecutus es;ut cum eo comparari poſſis:Fidem autem:quæ in hiſtoriis maxime requiritur;abunde tibi ſupereſſe uideo:Quapropter tibi plurimum gratulor:ſperoq;:te nominis immortalitatem conſecuturum. Nec ignoro quantum tibi debeant Veneti:quorum res & domi & foris geſtas æternitati commendaſti . ſed nec minus litteræ tibi noſtræ debebunt:q̄s nimiopere iuuiſti:ſed hæc alias latius;quum nobis erit plus ocii:id nō ſilebo doluiſſe me in tam lata:tamq; diffuſa:hiſtoria nō occurriſſe tibi ubi nominis mei poſſes meminiſſe:ut per te ſempiternam memoriam ſperare poſſem : Verumtamen id æquius fero:quod te alia cudere audio:ut non deſperem te:pro noſtra amicitia:operam daturum:ſi tātum mereor: ut tecum in tuis ſcriptis uiuam.Quod ſi conſequi potero:tū uertice coelum tangam:ut aiūt;& tibi quicquid ſum eo nomine debebo.Ego nihil ſcribo quod uideam iri lectum ſine memoria tui nominis : licet intelligam te meis ſcriptis non egere:ad hæc ſcripſi nuperrime ἐγκωμιαστικον quod abs te nō ſolum cupio legi: ſed etiam emendari:uel una litura;& ſiquid annotaueris fac me tuis litteris doceas& carmen remittas:nam ab eo;ſupra modum efflagitatur cui nuncupatū ē.Quare:ſi tuo cōmodo fieri poteſt:ſtatim perlegas atq; remittas:ne diutius deſideretur. Vale.& uiue tibi & amicis in iſta præſertim luce.Ex Iulio.

.M.Anto.Aemiliano:

Ncomiaſticon quod ad me miſiſti uno ſtans ueſtigio perlegi:atq; uno ſpiritu: tam longum dices carmen?tam longum Aemiliane:ac longius quidem ſi longius dari contigiſſet:nihil graue eſſe poteſt:nihil laborioſū: quod cultū eſt:quod uarium:floridum:& elegans:Acceſſi præterea ad eam lectionem cupidiſſime:cui dum te

rus ĩmineo:totus afficior:dum inuentionem: elegantiam: diſpoſitionem: dum poeticas uirtutes admiror:delii eum agere:quem tu cognoſcendo carmini admotum uolebas:petebas enim non ut quantus poeta eſſes ſpectarem:quo nihil erat mihi iam antea perſpectius:ſed quam inoffenſo pede clariſſimi uiri laudes percurreres:merito ineptus haberi poſſim:ſi ſpecioſiſſima carminis figura oculis admora ſyllabas tantum:quod puerile eſt perpendere maluiſſem:præſertim quum tua iſta minerua nihil pariat:quod non idẽ cultum ſit:& elimatum:Gratulor itaq; tibi:ac mihi gaudeo:quod meorum uenetorum laudes ſis canere adortus:ſiſq; ab eo uiro rem auſpicatus ταυ τὴν λεγόδεγκω λισα στίκην ιὲλεΤὴν qui in omni genere laudis tantus ſemper extitit:quantum neq; poeta:neq; orator ullus abunde poſſit explicare.Sed ſatis fuit te uoluiſſe:quicquid enim uult iſta natura efficit.Quod noſtram uenetarum rerum hiſtoriam tantopere probas: tuum in me amorem & ſtudium agnoſco:cuperem ego is eſſe:cui merito tantum tribui poſſet:quantum ipſe tua ſponte facis . Cæterum quicquid in me eſt:quod quam exiguum ſit nunq̃ obſcure præ me tuli id ipſum deo optimo refero acceptum: quo auſpice nũc trigeſimũ quartum rerum humanarum habemus in manibus:quam longiſſimam hiſtoriæ ſeriem ab ipſo mundi exordio per enneades ſcribere exorſi:ſi ad noſtra tempora perducere contigerit:dabo operam:ut ipſa quoq; poſteritas intelligat:ſi a tam tenui ingenio poſteritas expectanda eſt:quam cum hiſtoriæ fide incolumi Cymbriacum amauerit ſabellic⁹.Ego & ſi ex caſtore uideo me pollucem factum : reſpicio tamen uelut ex interuallo muſas: exorſuſq; iam tertio ab hinc anno res Venetas panagirico cantu ſcribere:quattuor pene libros : ſucciſiua meditatione:conſcripſi:atq; ex primo quem genethliacon inſcripſi pauca tibi carmina:ad urbis originem attinentia:excerpſi: ut ex his quid in futurum ſperare poſſimus:iudicares:nec abs te quippiam minus poſtulo:quam ut in apertum id carmen referas:quin tu lege potius:atq; æque iudica.Vale.

.M.Anto.Catalucio fratri.

q Vid ad te poſt tam longum ſilentium ſcribam præter unum nihil eſt:ut obliuionem malorum omnium : aut ſolum aut præcipuum remedium eſſe arbitreris:nec ego fruſtra hæc ad te ſcribo nimis:ut mihi dicitur:patrio indulges affectui :nec pateris quicquam eximi ex iſto luctu & mœrore:in quem altero ab hinc anno te ĩmatura mors ſilii coniecit:quaſi non ipſe in culpa ſis:qui eũ mortalẽ genuiſti ; quod ſi ea lege erat natus:ut fatali neceſſitati ubiq; eſſet obnoxius:quid eſt cur iniquius feras quod in celeberrimo orbis emporio:clariſſimaq; omnium:quæ in terris ſunt hodie:ciuitate potius quam in iſta ſolitudine mori contigerit:præſertim quum neq; honeſtiorem uitæ exitum:neq; beatiorem uſpiam ſortiri potuiſſet. Soleo ego eum fœlicem appellare:quod quum chariſſimus eſſet omnibus : nulloſq; adhuc uitæ fluctus:nullas procellas expertus:lento ſoporiferoq; genere mortis:in ſuorum complexibus:tum animam efflauerit:quum ſe propemodum conualuiſſe putaret:ut iam inde mihi & cæteris:qui mihi chariſſimi ſunt:talem uitæ exitum & uelut εὐθανασίαν quandã optare ſim ſolitus:quare ſi quid rationis in te eſt: quod plurimũ ineſſe ſcio ;abſterge iſtas lacrimas atq; Thraces imitare:qui fato defunctos:funeraq; ſuoꝝ lætitia:& gaudio efferũt:eos fœlices rati qui labores uitæ & pericula cum morte effugerint: & enim tum miſeri ſumus tum fletu & lamentatione digni:quum ad miſerias & calamitates naſcimur.Sed uereor ne quũ hæc ſcribo obductum uulnus refricem: dolorq; admonitu eorũ:quæ acciderunt recrudeſcat ; Verum ad quem ſcribam non ignoro:noui conſtantiam tuam:noui ingenium rationis capax:neq; in optima conſilia contumax: facies ſpero:quod fortem uirum decet: nam expectare diem qui dolorem eximat:turpiſſimum eſt:Sed de his hactenus .Ego de induſtria ad te diu non ſcripſi:ueritus ne meæ litteræ acerbe potius quam ſuaues eſſent: quod de te ſuſpicaris nihil eſt: nihil mihi quiſquam detulit : nec puto eſſe quod deferri poſſit:quum ſciam me de te:& aliis meis optime meritum:'Nos hic dei benignitate recte ualemus:eſtq; nũc in manibus triceſimus octauus rerum humanarum:quas ab orbe condito teximus:belliſſim⁹ Marius recte ualet:teq; & omnes ſalutat ;dedit ad te litteras

tumultuario ſtilo ſcriptas:faciam:ut deinceps ſæpius:& accuratius ſcribat.Vale.

.M.Anto.Rhoſeo.

Vdio Ponticum Tauriſinum nõ eſſe apud uos ampliꝰ;aut ſi ſit hodie: nõ diu
a tius ſuturum.Præceptore:ut uideo opus eſt:de quo protinus conducendo iam
dudum fortaſſis Clodienſes tui in medium conſulunt ;multi:ut aſſolet:celebrã
tur ;multi & boni & eruditi(ut ſunt hominum ſtudia:in hunc:& illum propenſiora) no-
minantur.Ego:& ſi ſatis ſcio dignum odio eum: qui in aliena ciuitate ſit nimis curioſus
candidatum tamen meum in campum:ut clodienſium unus deduco:cui merito publicã
iſtam conditionem ſuffragio deferre poſſitis:eſt is quidem Pintiꝰ Mantuanꝰ:q his pau-
cis diebus elegans ad te carmen dedit.Is ſi ex multis unus ſit merito eligendus:cui cede-
re debeat:ego:qui uelut ex orcheſtra totum hoc litterarum theatrum circunſpicio:non
facile reperio.Gratiſſimum igitur mihi feceris:quod publica etiam cauſa te facere opor
tet:ſi dabis operã:ut proximis comitiis Pintii ratio habeatur.Eſt ille:ſi ãnos ſpectes:om
nino iuuenis:ſi prudentiam & eruditionem uel Neſtore ſenior.Fac amabo ſi res eſt agitã
da ut hic noſter:ſiue per te:ſiue per alium ;iter cõpetitores nõ in poſtrẽis hẽat. Erit:cred
mihi:ille Clodienſibus tuis quam utiliſſimus ;nec mihi erit mediocriter gratum intelli-
gere hanc meam de homine prædicationem:tantum apud te:& tuos ciues ponderis ha-
buiſſe;quantum ipſe:& alii habituram exiſtimant.Vale.

.M.Anto.Mauro Mantuano.

Vod maiora ſecutus ſtudia:noſtra adhuc miraris:gaudeo plurimum ;nam & ab
q amico laudari aliquid certe eſt:modo is ſit:qui ſciat omnem ab amicitia adula-
tionem abeſſe oportere.Sed tu uide ne opinione deceptus:tãtum mihi tribuas
q̃tum ne optare quidem auſus eſſem.Nam quid per deũ:& tumultuaria illa habuit e-
piſtola:quam ad Barbauarum dedi:quod quiſquam non mirari:quod ſtultum ſit dicere:
ſed mediocriter etiam probare potuerit:præſertim quũ ne ad hoc quidem a me ſcripta
eſſet:ut in apertum referretur:imodicus eſt Barbauari in me amor : qui non putat ſe a-
mare:niſi quantũ me amet oẽs intelligant:qđ niſi ſic eẽt:nũquam paſſus fuiſſet illa nr̃a:
quæ ꝑ ludibrio alioqui in ora oium abire potuerũt:temere in iſta luce hoium circũfer
ri:ſed ipſe uiderit q̃tum ſuæ exiſtimationi cõſulat:nemo niſi quæ ualde ꝓbet ſe auctore
uelit publicari.Ego:qđ ad me attinet:ipſius & alioꝝ iudicio peride fruor:ac ſi quæ ſcri
bimus talia ſint:ut merito a q̃plurimis legantur:quod Timõ iſte(ſcis quẽ dico) ineptire
nõ deſinat:non tã mea q̃ ipſius cã doleo:qui ſi tã callide ſua perpenderet:q̃ ſe aliena poſ
ſe exiſtimat:nihil ſcripſiſſet unq̃:& nunc qđ noſtra ſit refellere adortus funebrẽ facẽ ſi-
bi capularis ſenex quæritat:neq; eius ſcripta me aliter afficiũt:q̃ ſi ſabellicũ optimus ali
quis laudet:improbi & delirι hois obtrectatio primaria laus ẽ:nec ego expectaui unq̃:
ut is bene loquereť:qui bene loq nunq̃ didicit:at conſuetudo ante actæ uitæ hoiem p̃
cipitem agit:donec in aliquem incidat:qui ſecũ ut fortuna illa æſchili ignem & aquam
ferat in manibus.Tu quidẽ & pie & fortiter facis:qui operã tuam mihi oportune polli
ceris:quæ apud me tanti ẽ:ut in aſſerenda dignitate nullius ſim igenio libẽtius uſurus:
quod ſi acie dimicãdum ſit:alteꝝ tibi cornu:ut Eanti Apolloniatæ olĩ:tuendũ deſtino:
tu interim nos ama:& tecum futuram pugnam meditare.Vale.

.M.Anto.Barbauaro.

Go quũ aliquid do ad te lr̃aꝝ:eo conſilio datũ uolo:ut:ne dum nimiũ naſcẽti
e amicitiæ indulges:tuæ exiſtimationis oblitus credaris:nã qđ attinuit ea quæ p
lr̃as tecũ nuper iocati fuimus:tã temere in uulgus edere:an paꝝ fuit apud ami
cũ ineptire:niſi q̃tum ineptiaꝝ ſe cum nr̃a illa epiſtola attuliſſet:alii quoq; ſcirent ? Sed
uide amabo ne dũ imodice amas tua opera ꝑdamur:ut quantũ ego opinione ingenii:tã
tum tu iudicio pericliteris:& ſi hoc ipſum tale ẽ:ut magis reꝑhendi poſſit:q̃ corrigi:ue-
rũ hæc querela eo ſpectat:ut de iis:quæ ad te poſthac ſcripſero:maturius conſulas.Mau
rũ aut criminari deſinas:aut ſiqđ comptum habes reum defer.Sed quid defer dixi quaſi
ita euenire poſſit:ut quẽ tyronem exercui:militem donaui:ad ordinem promoui:Tribu

num declarati Labienus quam cato eſſe malit. Deferet ille fortaſſis ducem: ſed dux nun
quam ſe deſertum putabit nihil imperatori ueterano eſt milite perſpectius: aut quia ue
re ſit fidus: aut quia ille in ſe fidum eſſe uelit. Venetiis.

.M. Anto. Luceio.

Iſi qui Marium huc accerſeret: cupio illum non ſolum uidere: ſed nauatæ etiã
m ſtudio operæ coram expoſtulare: nec de eo ad uos remittendo quicquam in præ
ſentia ſtatutum habeo: uos precor per litteras in mediũ conſulite: ipſe ſiue hic
erit: ſiue uenerit: tantum me auctore Luceio: omni tempore: debere uolet: quantum gra
tiſſimus filius optimo debet patri. De me tantum tibi perſuadeas: fore ut ob ea: quæ in
filium contuliſti: nullum ſit tempus: quo de ornamentis: & cõmodis tuis: nõ ſim libẽter
cogitaturus. Vtinam in referenda gratia is futurus ſim: quem tu: & cæteri: qui quantum
tibi debeam non ignoratis: & memorem uirum: & gratum experiamini. Hermolai cõmẽ
tarii in hac urbe uenales non habentur: octo dumtaxat uolumina: quæ Venetias delata
ſunt: ad unum paucis diebus uenief: nec ego deum teſtor hiſtoriam: quæ in manibus eſt
ſecutus: præter pauca in fronte uidi: impetraro in paucas horas: a Bibliopola: uolumine
uno: nec id poſtea mercari curæ fuit: quod nunc uel tua cauſa emptum cuperem. Vale.

.M. Anto. Bonfini.

Arſius noſter iſtuc uenit: ut Marium accerſat: erit ille mecum plures dies: dum
c & quid profecerit cognoſco: & medici illum diligenter inſpexerint: nam multo
infirmior eſt factus: ut audio: de eo remittendo nihil polliceor: niſi prius cogno
uero: quid actum ſit: ſed ubicũq; ille fuerit Bonfinem: æque ac patrem: colere oportebit:
mihi uero ob ea: quæ in illum contuliſti tam ſemper eris gratus: quam cuiuis tuorũ gra
tiſſimus. Vale. & ut libellos: & ſarcinulas: ex ãnotatiõis formula ſecum deuehat rogatus
facito. Venetiis.

.M. Anto. Pandulpho.

Oc uere fuit egregium patronum agere: magnum nomen: in magna cauſa: ma
h gnifice tueri quod pie magis an fortiter feceris: haud facile dixerim: unũ illud
auſim affirmare nullum unquam ex aliquo patrocinio maiorem gratiã repor
taſſe: quicunq; humaniores colũt litteras: quorum plurimi cum Plinio ueſtẽ mutarant:
tantum nunc eo defenſo tibi debere uolunt: quantum latinæ litteræ debent huic: quem
a calumnia uindicaſti: ſed uix te tantum amant Plinianæ factionis uiri: quantũ accuſato
rẽ ipſum infenſe oderũt: quod utinã ille: aut nũquam reum quempiam feciſſet: aut accu
ſatoriũ nactus ſpiritum minori ſe inuidiæ obieciſſet. Sed ipſe uiderit quam parũ ſuæ exi
ſtimationi expediat id feciſſe: nunc non poſſum nõ dolere amicorum iniuria: prærептã
eſſe mihi ad hunc diem occaſionem tam pulchræ defenſionis cognoſcendæ: libellũ quẽ
ad me uir humaniſſime dono miſeras uni: atq; alteri amicorũ in pauciſſimas horas con
ceſſũ iamdudũ deſidero: quem ſi ut ſpero aliquando reſtituerint ſatis ſcio ita futurũ: ut
uno pene ſpiritu totã ſim actionem percurſurus. imo perpenſurus potius: ac tum demũ
lectione illa inſtructus pulcherrimi operis libens tibi: & ingenii: & eruditionis teſti
moniũ deferam. Ego quando a me requiris: quid noſtræ muſæ agant alter a quadrageſi
mo rerum humanarũ liber eſt nunc in manibus: per magna uetuſtatis ſpacia euagatus:
neq; metam adhuc neq; portum teneo. Vale.

.M. Anto. Robabello Antiſtiti.

Go in hac urbe tam celebri & officioſa: omniũ familiariſſime utor Benedicto
e Permarino: uiro inſigni pietate: noſtratiumq; litterarum perbelle doctoris Ro
mam ſcribit neſcio quid a Pontifice maximo impetraturus: nec uerendum eſt
ne non res ipſa facile impetrari poſſit: ſed nequid intertrimenti longior mora afferat: pe
tiit ille a me: ut pro noſtra mutua beniuolẽtia ad aliquem meorum ſcriberem: cum quo
uetus mihi amicitia intercederet: ut ſi quid is unquam mea cauſa uoluit: nũc demum id
uelit: ut omni ſtudio: & diligentia det operam: ut id negotium quam primum expediat:
ego qui tantæ neceſſitudini nec recuſare potui quicquam: nec debui: conſcius mihi ad

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

hæc perpetuæ meæ erga amplitudinem tuam obſeruãtiæ:nihil ueritus ſum:totum hoc negocium illi cõmẽdare:quæ ſi me amat:ſi quid unquam uoluit a ſe profectũ:quod tuo Sabellico & gratum eſſet:& iocundum:hoc mihi det rogo:ut quantum iſtic gratia:& auctoritate ualet(ualet autem ut audio plurimum) diligenter curet:ut res ipſa quã celerrime ad exitum perducatur:erit id mihi uehemẽter gratum.

.M.Anto.Petro Marſo.

I amicorum ſunt omnia cõmunia:iam tempus erat : ut ex ea gratia & auctori-
ſ tate:quæ ob ampliſſimas uirtutes tuas in iſta luce hominũ tibi parta eſt: nos quoq;:& ſi longe abſumus fructum perciperemus aliquem:niſi forte omnia ciuitatis iura nobis diuturnũ hoc poſtliminium ademit:quod ſi lege prohibeor:impetret hoc abs te rogo humanitas:ut Benedictus Permarinus:quo in hoc Italiæ flore omnium familiariſſime utor: ſentiat me tantum abs te amari:quãtũ ipſe prædicare ſoleo: is Romã ſcribit rem neſcio quã impetraturus : & quia non ignoras:quantum in indagine iſta aulica ualeant:uel minima temporum momenta.Da operam:ſi me amas:ut quantum in te eſt id negociũ in alterutram partẽ quã celerrime expediat. Erit id mihi nõ tãtũ gratũ: ſed uehemẽter ẽt iocũdũ. Vale.

.M.Ant.P.Marſo.

Cripſeram nuper iam tempus eſſe:ut fructum aliquem ex iſta gratia: & auctori
ſ tate:quæ tibi Romæ quæſita eſt:uel abſens perciperẽ:huiuſmodiq; perſuaſione fretus tecum per litteras egi:ut Permarini hominis mihi amiciſſimi negocium ſuſciperes:ſuſceptumq;:quod tuo cõmodo fieret:nobis cõfectum redderes:& iam in hãc unã expectationem erecti breui futurum arbitrabamur:ut ex tuis litteris cognoſceremus: quid actum eſſet : fuitq; expectatio illa : non magis longa quam uana : non poſſumus non ſuſpicari: noſtras litteras tabellariorum :ſiue incuria:ſiue fraude:intercidiſſe:nam te non potuiſſe id perficere:aut noluiſſe uix crediderim . Quod deus optimus eos male perdat cum ſua perfidia : nunc ne non omnia amico præſtitiſſe uidear:iterum ſcribendum duxi: ac pro noſtra ueteri amicitia ab humanitate tua petendũ: ut ſi quid unquam noſtræ amicitiæ datum uoluiſti:hoc ipſum in præſentia uelis: ut libellus:quem amicus pontifici maximo deferendum:ad te mittit:quantum in te erit quam primum in alterutram partem expediatur:erit id mihi profecto tam gratum:ut nihil eſſe poſſit gratius :te rogo per litteras nobis ſignifices:quid actũ ſit; aut quid fieri poſſit: & ſi res ad exitũ perduci contigerit:quid ad uos pecuniarum mitti oporteat:fac ut ſciam. Vale.

.M.Anto.Robabello Antiſtiti.

Vam uetus mihi cõſuetudo intercederet:cum Benedicto Permarino:uiro:quũ
q ſatis erudito:tum quod in amicitia magis ſpectandum puto:moribus :& uita:integerrimo:ex iis litteris:quæ a me nuper ſunt tibi: ut arbitror:redditæ: abunde intelligere potuiſti : eſſem ego omni amicitia indignus:niſi hominis amantiſſimi:meiq; ſtudioſiſſimi: cauſa omnia uellem:quæ honeſta ſint. Miſerat ille libellũ ſupplicationis: Põtifici maxĩo deferendũ rẽ modicã:ut ipſe ait:ac parui ponderis impetraturus:in quo negocio cõficiẽdo tuã operã p lr̃as regſiui:ut ea auctoritate:qua merito in iſta luce hominũ polles:ſiue per te(niſi temerariũ fuit id petere)ſiue p unũ aliquẽ tuoꝝ efficeres:ut res ipſa quã celerrĩe expediret:nobiſq; ſignificãdũ curares:qd actũ iſtic eẽt:aut qd demũ fieri poſſet.Cæteꝝ qa nullas de ea re lr̃as ad hũc diẽ accepimus:nõ poſſum nõ ſollicitus eẽ:pſerti quũ itelligam amicũ d euẽtu rei uehementer eſſe ſollicitũ:nunc quando mea uetus in te obſeruãtia multo maiora de officio:& humanitate tua ſibi pollicetur :ſupereſt ut merito ſuſpicemur litteras(quod ſæpius euenire ſolet) uobis non redditas tabellariorum ignauia : aut illoꝝ incuria intercidiſſe.Quoꝝ alterutrum amici commodum æque impedire potuit.Quod ſi ſic ẽ:iterum abs te peto:ut pro mea in te obſeruantia:quãtũcũq; eſt hoc negocii:uelis mea cauſa ſuſcipere:ſuſceptum tua prudentia: & integritate ex amboꝝ ſententia ad exitum perducere.Deſq; tui Sabellici precibus : quod dat ille amicitiæ:libelli exemplum:cum his litteris:tabellarius iſtuc attulit: illud etiam atq; etiam a te precibus contendo:ut ſi hanc amico operam exhibere:aut nolis:aut ma-

ſoribus curiſ occupatus non poſſis.Id ſaltem tuis litteris mihi ſignificandum cures: ne
diutius uana ſpe tantam fruſtremur neceſſitudinem.Vale.

.M.Anto.Sanctonino ſuo.

c Onueni quem per me conuentum uoluiſti:uſuſq; ſum ea cõmendatione : quæ
ualde diligẽs eẽ potuit.Sed tu qd ſupra modũ ſollicitus es:aut quũ ĩ portũ naui
ges:cur auram requiris:res tibi in tuto eſt:idq; ita exploratum habeo:ut nullã in te ſol-
licitudinem ſim amplius laturus.Verum audi:quid acciderit:ego ad officium admiſſus:
ubi quoſdam adeſſe ſenſi:qui tuæ rei minus fortaſſis conſultum uoluiſſent : paululum
dubitaui petere ne deberem ſecretum:an aperta uti cõmendatiõe. Cæterum multo ſati
us uiſum eſt:his audientibus antiſtitis animũ periclitari:qui ſi qd aduerſus te antea di-
xiſſent:eorum fides noſtra prædicatione leuior fieret:ſin dicturi ueniſſent : quo minus id
facerent:illis pudor imponeretur.Quiduis nihil dici potuit:quod ad tuam laudem per
tineret:quod non tam patienter illi audierint:quam ego libenter dixi.Eſt & ipſe præſul
optimus clementer:ut aſſoler:meum in te teſtimonium complexus:uetuit me deinceps
de tuo cõmodo:& dignitate laborare:quando tua uirtute:& mea commendatione ſatis
eſſes ſibi commẽdatus:nullum fore tempus pollicitus:quo nõ libenter de tuis ſit cõmo
dis cogitaturus:enixeq; facturus:ut omnes intelligant:nihil te uno eẽ ſibi charius: ſic il
le plæriſq;:qui officii gratia aderant audientibus.Sis bono animo : negociumq; tibi ex
ſententia confectum puta.Compellaui ĩ ueſtibulo domus antiſtitis ſcribam:eius aium
exploraturus:cui cum multa de tua humanitate:& eruditione:prædicaſſem:non ſolum
aſcenſus eſt:ſed teſtatus etiam omnes in te ſpem collocaſſe ſuam:utpote in eo : per quẽ
ſciat ſe:& ſcribendo:& agendo:haud mediocriter profecturum.Vale.

.M.Anto.Barzizio Brixienſi.

Mpie ne magis an improbe fecerit:qui Fabiũ Quintilianũ accuſauit:alii Bar-
i zizi uidebũt.Ego nefaria iſtius accuſationis capita:adeo ab initio contempſi:
ut ne Leontinus qdẽ Gorgias:qui accuſatoris ipſius:aut ciuis:aut cõterraneus
fuit:me iudice dãnare potuerit.Sed quã ille improbus:tã Bõfacius municeps tuus frugi
& officioſus:qui alterum Romanæ eloquẽtiæ lumen a calumnia uindicare eſt conatus:
tenuiſſetq; fortaſſis ꝓpoſitum:ſi meliore uſus eẽt ſtomacho:cui dũ ſuæ nimium cauſæ
ſtudet:tẽperare nõ potuit.Vellẽ ꝑterea Fabiũ defenſum:Ciceronẽ in crimẽ deuocatum
nollem:quanquam ſic quoq; ampliãdus magis erat Fabius:quam abſoluẽdus:niſi Brixia
ĩ hoc uno generẽ laudis Vicentiæ æmula.Cæterũ in aliis nulla clariſſimarum urbiũ ĩferior
te:noſtri tpis Palemonẽ tuliſſet:q duorum eloquentiæ antiſtitũ arbiter factus: Gordii no
dum ſolueris:gratulor itaq; tibi:cũ iſtud ingenii acumen:tum ſingularẽ eruditionẽ: ha-
beo:& ago tibi nõ uulgares gratias:non meo magis noĩe q̃ oium:qui Fabii nomẽ colũt:
quod litem magis inuidioſam q̃ utilẽ e medio ſuſtuleris:supereſt: ut quẽadmodum cœ-
piſti:pergas bonarum artium ſtudia:& tueri:& augere.Sabellicũ tui ingenii fautorem uel
ob hoc ipſum:qđ res tuas ei cognoſcendas tã familiariter tradidiſti:hẽbis oi tpe.Vale.

.M.Anto.Barbauaro ſuo.

Cio ego me tibi uel negligentiæ uel ſuperbiæ crimine:ſatis eẽ ſuſpectum : ſed
s multo ſuſpectior eram Barbauare futurus:niſi tempus appeteret : quo xpiana
pietas ſuadet:de cõfeſſione cogitare:per quã opus eſt errata confiteri: confeſſa
corrigere:correcta in melius mutare.Videbar(fateor)mihi inhumane nimis: ne impie
dicam:feciſſe:quod te uirũ officioſum:mei cupidum:ſtudiorum fautorem:tam lõga:&
indigna mora torſerim:uanaq; mearum litterarum ſim expectatione fruſtratus : ſcelus
piaculari hoſtia dignũ.Quapp merito habeã ĩfeſtos oẽs:qbus curæ ſunt iura amicitiæ:
qui humanitati:& officio ſtudent.Sed audi:quanto maiore inuidia quam culpa: hoc ti-
bi ſim nomine ſuſpectus.Primum enim quantũ hic negocium ſuſtineam: ut puto non
ignoras.Difficile eſt publice profiteri:ſed publica ſcribere multo difficilius : accedit ad
hoc aliud opus:longũ uarium:perq; omnia uetuſtatis ſpacia diffuſum: inexhauſtum &
quod maiore ambitione quam officio:ſuſceptum merito uideri poſſit : id adeo me ſibi

rotũ uendicat:adeo exercet:ut non modo quid deceat:non uideã:ſed quis ſim:etiam uix ſatis intelligam: Quod ſi uoluntate non euentu homines peccare creduntur: tam longe abeſt Sabellicus a crimine: quam quis alius inuitus peccans longiſſime: debes igitur huic noſtro ſilentio dare ueniã:tã enim inhumanũ eſt:ut arbitror:exigere ab amico offi cium:quod præſtari non poſſit:quam quod debeatur:non reddi. Cæterũ in hac curarũ fluctuatione quoties tuæ litteræ ad me perferuntur: non ſolũ non iniucũdæ ſunt:ſed leuamento etiam maximo accedunt:adeo:ut uix credas quãto ab illaꝝ lectione fortior alacriorq;:ad inſtitutũ opus fiat reditus:uel quia tam uiriles: & robuſtæ ſin: ut ad laborem perferendum animum uehementer confirment:uel quia adeo ſuaues: & iucundæ ut mens illis demulcta non ſentiat laſſitudinem. Vale.

.M.Anto.Mauro ſuo.

g Ratulor tibi & academiæ:quod unius ueterani induſtria tot ciues poſtliminio ſint:uno tẽpore:recepti:quos uel ex eo fortiſſimos eſſe uiros iudico:quod eoꝝ pleriq;:ut index ad nos miſſus demonſtrat: & tu diſerte ad me ſcribis: optimi ſunt agricolæ:ſed uide ne longa iſta nomenclatura Chalcidenſis ſit hoſpitis cœna:quod nefas ſit credere:quum in re tã ſeria comicũ ſim teſtẽ nactus: ſupereſt igitur:ut tu:& cæteri ſtudioꝝ fautores enitamini:ut illi uniuerſæ ciuitati nõ uni reſtituti uideãtur. Sint in foro:frequentent hominum cœtus:ſint quamplurimis adiumento. Cauete ne in his reſtituendis uerſuta quædam:non aſſertio facta uideatur. Satius fuiſſet tales uiros non reſtitui:quam ſi ad hoc ipſum reſtituti ſint:ut uni:aut alteri ſeruiant. Sed quid ego hoc abs te contendo:qui utinam tam poſſes in medium cõſulere:quam uelles:at poteſt Barbauarus noſter:poſſunt alii:quos ſcio tibi tua minerua ad hunc diem conciliatos: cum his agas:hos hortare:precibus fatiga:ut ſi fieri poteſt tantorum ciuium nomina in albo referantur. Sed quid referantur dixi:immo impreſſoriæ potius officinæ inferantur: quod æque erit:& aliis gratiſſimum:& iis:qui auctores fuerint laudi & ornamento:ſcripſeram ego ad te hæc:& obſignaueram:quum de Georgii alexandrini:uiri clariſſimi:obitu ex tuis litteris cognoui. Non potui non dolere cõmunem uicem:quod ueteranũ celebrem:atq; omnium cõſenſu ſæpius donatum: amiſerit Academia:præſertim:quod iam ſenio confectus frequens adhuc circa ſigna eſſet:uel quia militaria munera obire poterat:uel quia poſſe uideri uolebat. Sed mortalis erat:eaq; lege natus:ut fatali pareret neceſſitati. Vale.

.M.Anto.Harmonio ſuo ſalutem.

q Vod ita demum euenerit:ut ego:& tu:ut ambo uolebamus:gratulor tibi.ut debeo:mihi gaudeo:& ſic ita uiuam: ut eo de quo ad me ſcribis incolumi uellẽ te omnia conſecutum. Tu mi Harmoni fac is ſis:qui in rebus tuis non minori tibi præſidio fuiſſe uidearis:quam fortuna eſſe poſſit: quæ eſt prudentiæ comes:& pediſequa:ea tecum cogita:ea meditare:quæ tibi:quæ Meſtrenſibus tuis cõmodo ſint: & honori:me quidẽ ſemper habebis: cui omni tẽpore æque charus ſis:ac patri. Sed hæc melius:quum una erimus:erimus autem:ut ſpero: ſæpiſſime: iamdudum enim cogito ſucciſiuis temporibus iſtuc aduolare:tu:rogo ſiquid uales gratia iſtic cõpara mihi:& tibi locum aliquẽ ſuburbanum:ubi feſtis diebus recentẽ captemus aurã:ac ſub umbra cũ domeſticis cœnitemus:manebunt omnia cultoribus ipſis mea cura: & diligentia: intacta:adero heſperius ſerpens:umbra:coelo: & aqua contentus:nec te interea rei cuiuſpiã ſatagere oportebit:tua cõtentus ꝓſentia:& comitate ſatis mihi laute epulatus uidebor: quum te conuiuam fuero ſortitus. Vrbana eſculenta iſtuc mecum aduecta: inſtruent ſatis abunde cœnam. Vale.

.M.Anto.Harmonio.

t Vi agelli primitiæ fuerunt mihi quam gratiſſimæ:non quia miſſas uellem: ſatis enim ſuperq; abs te habeo:quod noſtri memoriã tenes. Sed quod a magno animo:gratoq; ſunt profectæ: Tu ſcito eas multo maiore gratioreq; animo quã miſſæ ſint a ſabellico eſſe acceptas; Qui unus omnium amicorum officia plus æquo &

celebrare ſolet & illuſtrare.Sed hæc non eo tendunt:ut uelim te poſt hac ad me qppiam
mittere: niſi forte mercenarium amicum iudicas:Quod ſi hoc nomine me tibi ſuſpectũ
ſenſero. Valebis.Venetiis. Tertio nonas Aprilis.

.M.Anto.P.Marſo ſuo.

Vo meo fato hoc fieri dicam?aut qua mea potius culpa? quod ex iſto tuo ſuc-
q ceſſu:phama:celebritate :nullus ad me fructus:ad hunc diẽ:peruenerit.Cur nõ
omnia amicorum cõmunia:aut ſi comunia cur non omnibus?ſæpius ad te ſcri
pſi:ut negociũ hominis mihi amiciſſimi ſuſciperes:nec res multi fuit laboris:quæ cũ te
nuis erat:tum meo iudicio ualde æqua:& ob id fortaſſe impetratu nõ difficilis.Cæterũ
incuria ne tabellariorum litteræ illæ interciderint:an iſtuc perlatæ nullius apud te pon
deris fuerit:parum compertum habeo:tantum affirmare poſſum expectaſſe me diutiſſi-
me:ut ex tuis litteris cognoſcerem i quid mea cauſa facturus eſſes.fuitq; mora illa lõga
quidem:ſed non magis longa:quam irrita .Experiri conſtitui quãti i iſta fortuna ueterẽ
facias amicitiam:qua fræ tus peto a te ut ſi unquam aliquid mea cauſa uoluiſti:hoc ma
xime uelis:ut per te:aut per amicorum aliquem:a pontifice maximo impetretur:ut ſeba
ſtianus Bonus iuuenis optim9:qui nõ nihil dedit mihi operam:nũc demũ ſacris initiat9
ad ſacerdotium promoueri poſſit:eſt is:ut mihi dicitur: & ipſe ſua prædicatiõe affirmat
primum & uigeſimum uitæ ãnum ingreſſus:qua plærisq; ætate id nuperrie impetraſſe di
cuntur. Quare mi Marſe da operã:ut per te nos quoq; iſtic aliquid potuiſſe uideamur:
nihil magis cupio:quam ut hoc negociũ ipſi adoleſcenti optimo: meiq; ſtudioſiſſimo:ex
utriuſq; ſentẽtia conficiatur:ex omni ueneta iuuentute nemo eſt:qui me diligentius ob
ſeruet:quo fit:ut de eius cõmodis & ornamentis nõ poſſim non uehementer eſſe ſolici-
tus.Tu ſi me amas:& hoc ſuſcipe negociũ:ac ſuſceptũ ita cõficito :ut cũ Sebaſtianus ip-
ſe: tum cæteri intelligãt me nemini ſcribere potuiſſe:qui mei aut amantior eſſet aut a-
micorum ſtudioſior.Fac rogo ut ex tuis litteris intelligã:quid fieri poſſit:& ſi quod ſpe-
ro rem nobis cofeceris:gratiſſimum erit: ſi & impendii rationẽ habueris:eſt enim adole
ſcens non minus pauper quam bonus:Verum quoquo modo res conficietur:dabit is ſe
dulo operam:ut ad quãcunq;uolueris menſam uobis iſtic pecuniæ repræſentẽtur.Inclu
ſi his litteris libellum:quem mihi dedit:eo in ſupplicatione formanda uti poteris.Com
mendo tibi totum hoc negocium ita:ut magis cõmendare nõ poſſim.Pomponium no
ſtrum ſaluto.

.M.Anto.Harmonio ſuo

h Abes Harmoni exemplum litterarum :quas iam antea ad te dedi:teſtimonium
mei in te ꝑpetui amoris.uel comico locupletius:nũc quod ad iſtud celebre ſpe
ctaculũ inuitas:& habeo:& ago tibi gratias:ueniã credo:niſi maius aliquod negociũ: no
ſtrũ ad te curſum remorabitur:tu nobis interea:& i urbe podiũ:& hortis ſtibadiũ para.

.M.Anto.Antonio Tubicini.

Ommẽdaui tibi:hoc anno:ꝑ lr̃as:Fœlicem Vlmiciũ:qui eo cõſilio Venetias ue
c nit:ut mihi daret operã:reſcripſiſti ad me non minus clementer q̃ ab initio opi
natus ſum:eſtq; tua pietate:horumq; patrũ permiſſu:qui hunc minoritanũ lo
cum Venetiis curant:Vlmicus conſecutus:ut ſuis ſumptibus in hoc cætu fuerit:ad hũc
diem:ſtudioq; lr̃aꝝ ſatis cõmode operam impẽdit.Nunc:ut audio nouo decreto excludi
tur:nõ ſuo aliquo flagitio:nec quia moleſtus ſit cuiquã . Sed quod in id conſpirauerint
omnes:ne contra præſcriptũ ſit hic aliquis:qui priuatis uiuat ſumptibus.Ego non quæ
ſtum qui nullus ſane ex ea re expetitur:ſed officiũ & pietatem ſecutus:& hoc anno iuue
nem ipſum tibi uir pientiſſime cõmendaui:& nunc cum maxime opus eſt:maiorem im
modum commendo:oroq;:& obteſtor:ut ſi mea cauſa ab initio fœlix tuæ fuit præſtan
tiæ comendatus:poſthac quam commendatiſſimũ habeas: ut ſi ſalua religione:ueſtraq;
dignitate incolumi:fieri poſſit:ſit ille hic bona omnium uenia ea conditione:qua fuit
antea:uel ſi id dari non poteſt:quia decretũ mutari non poſſit:ſit ſaltẽ is honeſto aliquo
loco:hic Venetiis tuo permiſſu:ut per ocium ſtudiis litterarum:quorum mira cupidita

te tenetur operam impendat:erit mihi id non minus gratum: quam ſi id beneficium in
me ipſum conferretur. Vale.

.M.Anto.,Guliolæ ſuo.

Iſtyllus:qui has meas tibi attulit litteras:meus eſt contubernalis:immo ut ueri
m us dicam famulus:ſi famulus dici poteſt:qui totá procurat domum.nam quod
ad me attinet:tam hercules ab omni domeſtica cura abſum: quam ſi res ad me
nihil attineret.Ille regit cúctos:illi ſunt omnia curæ: agnoſcis credo tui tibulli carmen:
& ſi paululú inflexum .Venit is Hunnium litem incohaturus:quá prius abſolutá:quam
incohatam uterq; noſtrum uelit.Commendo itaq; tibi:tradoq; totum hominem. Tu ſi
me amas:& ſi te amari a me non ignoras:fac rogo:ut quamprimum ille ad me reuerta-
tur.Totam rem ipſe corá melius exponet:affert tibi:ni fallor:cauſam non modo æquá:
ſed ualde etiam probabilem:& quæ:ſi fauor adſit facilem ſit exitum habitura. Moceni-
cus prætor uir omnium optimus:ita ſe facturum recepit:ut quam breuiſſime audiam
in alterutram partem iudicatum:quod ut rite fiat te oro plurimum:& obteſtor:ex om-
nibus commodis:quæ ex tua iſta celebritate:& eruditione in me aliquando redundare
poterunt:hoc erit maximum:longeq; gratiſſimum. Vale.

.M.Anto. Petro Sabino.

Itteras quas ad me dediſti libenter legi:multoq; libentius operam meam adole
l ſcenti:qui eas attulit:accomodaſſem:ſi quid fuiſſet: in quo ille a me iuuari po-
tuiſſet.Sed neſcio quoná modo hic domeſtici præceptores hodie uulgo ſorde
ſcút:quod haud dubie ipſoꝝ culpa fit:qui alienam domum ingreſſi primum omnium
illud obliuiſcuntur γνῶθι σαυτόν:non quid deceat uident: non quid præſtari oporte-
at:faciuntq;:ut & ipſi digni odio ſint:& quorum teſtimonio uſi ſunt: leuior fiat auctori
tas:tales quidem multi reperti ſunt.Is uero:quem ad me miſiſti:neq; improbus eſt(ut ui
deo)neq; ſibi defuiſſet:ſi honeſta aliqua quæri potuiſſet conditio. Sed mutata eſt: crede
mihi:illa aucupii ratio:quæ te cum multis fecit diuitem:Verum extraria illa multo me
lior quam urbica:& ut breuiter dicá:nõ litteræ faſtidiútur:ſed mores:quare ſi me amas:
deſine aliquando tuos farfaricolas:uelut turdellas uoconiana olіueta depaſtas:tam'pro
cul ablegare:qui longo itinere:multaq; maris iactatione huc delati me ſollicitudine: &
anxietate:conficiunt:quum eorum deſideria nequeo explere.Expecto epigrámata: quæ
mihi ultro detuliſti:cupio:& opto amicos inexhauſti huius laboris portionem aliquam
ſortiri:ut ſi qua laus inde expectáda eſt:ſit ea mihi cú illis cõmunis . Vltimus ſextæ en
neadis liber nunc in manibus eſt:& iá tertio Ianum clauſimus: Andreas adoleſcens(niſi
me frons fallit)optimus erit apud te noſtræ lucubrationis teſtis:ipſe quid hic agat me-
lius coram dicet:quá ego in tanto negocio:per ociú:ſignificare poſſim. Vale. Venetiis.

.M.Anto.Fœlici Montopolitano.

Dmonitus noſtræ ueteris amicitiæ inhumane nimis:ne impie dicá: feciſſem:ſi
a Andream municipé tuum ſine meis ad te litteris dimiſiſſem:eú uenientem tua
cauſa ſum ſuauiſſime cõplexus.Fuitq; hic mecum totú triduum nõ iniucun-
de: & enim quoties illú uidebá ſubibat animum Fœlicis mei fœlix memoria:tanto qui
dé iucundior:quanto ex lõgo noſtræ conſuetudinis interuallo deſideratior. Nunc tantú
habeto eſſe te uno nihil mihi charius:pſtariq; a me tibi ppetuú noſtræ ueteris cõſuetu
dinis affectú:quod tu quoq;:ut facias te uehemẽter oro:& obteſtor:qs hic ſim : & i quo
ſtatu ſint res nſæ:Andreas qui has meas tibi attulit litteras:abúde docere poterit. Vale.

.M.Anto. Nicolao Sauorgnano equiti.

Etiiſti a me hoc anno: poſtridie ni fallor eius diei: quo ad gemellorú ædé pu-
p blicæ orauerá:ut funebris illiꝰ orationis exéplú tibi cognoſcendú traderé : erá
ego túc ita morbo affectus:ut quis eſſem qdue peteret parú omnino intellige
ré:pollicitus tamé fui foré:ut quamprimum a febre conualuiſſem:actionem illam car-
ſio noſtro a manu dictaré:ná ex ſcripto ad dicendú procedo fere nunquá : pſtitiſſemq;
ego qd fuerá pollicitꝰ paucis diebꝰ:qbꝰ meliuſcule habere cœpi:ſcripſeratq; iá actuarius

typum: quum patricius quidam iuuenis mearum rerum:ut ipſe præ ſe fert:non medio-
criter cupidus:mihi adhuc cubanti forte aſſidens libellum:qui in proximo erat:intuit⁹
familiariter ut debuit legẽdũ arripuit:petiitq; i duas horas ſibi copiã fieri totius rei per
ocium cognoſcendæ : futurum pollicitus:ut continuo per domeſticum puerum illũ ad
me remitteret.Sed audi qd acciderit:domum reuerſus ſubitis a patre nũciis excitus i pa
tauinum agrum conceſſit:fluxerunt itaq; plures dies mihi eius reditum expectanti.Inte
rim totius rei argumentum excidit animo:adhuc ægro:recentiq; morbo uacillãti:adẽ
ptaq; per hæc iterum dictandi facultate neceſſe fuit hominem expectare :libelloq; du-
os poſt menſes recepto:dedi operã ut confeſtim tibi exemplũ inde exciperetur . Quod
ſi tardius quam uolebas:& ego deſtinarã ad te deferẽ: nõ mihi:qui ſemper tuæ uolunta
ti ſatiſfactum uolui.Sed neceſſitati aſcripſeris:cui nemo ſapiẽs repugnat.Eſt apud Mo-
cenicum prætorem Daniel Cremonenſis : uir græce & latine egregie doctus:& quod in
paucis ſit reperire non minore modeſtia quam eruditiõe:is celebritate tui nominis:mea
q; prædicatione :adductus te aliquãto prius colere cœpit:quam uiderit:facies quod tui
moris eſt:ſi in eo uiro ſtudia bonarum artium:quarum ſemper fautor fuiſti :eximiam-
que humanitatem complexus:hominem ipſum in tuorum numerum receperis : rece-
ptum & amare & fouere perſeueraueris:eſt certe dignus tua amicitia:dignus quem tu &
omnes: qui bonis artibus fauent : ſtudio : & beniuolentia proſequantur : contende-
rem ego id abs te pluribus:niſi certo ſcirem hũc:de quo hæc ſcripſi:iam inde ex quo Vti
num uenit cœpiſſe tibi eſſe non iniucundum:quum propter ſtudia litterarũ:quæ in om
nibus æque fouiſti ſemp:tum quia mocenico: uiro clariſſimo:cuius uirtutes omnes me
rito mirantur:ſit non ingratus. Vale.

.M.Anto.Andreæ Mocenico.

ſ I uales bene eſt.Academia quam eleganti carmine hinc profecturus ſalutaſti
pulchre ualet:eſtq; hodie frequens ut ſi quando alias : ſæpeq;:ut mihi dicitur
urbaniſſimus ille tuorum æqualium cœtus de te ſuauiſſime loquitur :tuamq;
ſuſpirat abſentiam.Sed tu potius uiue in iſta locorum amœnitate. Caietaniq; diſertiſſi-
mi muſa fruere:me abſentem habes:cui æque ſis atq; illi omni tempore periucũdus Ma
rius mihi prædicare non deſinit:quam humanæ abs te:& fratre tuo:adoleſcente ornatiſ
ſimo:fuerit illic acceptus:quo fit ut niſi ingratus ſim tantũ ambobus debere uelim quã
tum Venetæ iuuentutis nemini . Vtinam is ſim:quem omni tempore & gratum uirum
experiamini:& eorum:quæ in me & filium contuliſtis:non immemorem. Vale.

.M.Anto.Caietano ſuo.

q Vod de miſtylli noſtri negocio non minus laboras:quam ſi res tua eſſet: tuum
in me ſtudium & humanitatem intelligo:eſtq; id mihi:quod non iniucundum
tibi fore arbitror:æque gratum:ac ſi per te cauſam abſens tenuiſſet.Sed tu opti
mos artifices imitatus:qui caput cæteraq; deliniaſti καὶ τοῦς πόδας ποιήσαι ac quan
tum potes enitere:ut miſtyllus mihi rectus & ſartus aliquando reſtituatur:commendarẽ
tibi iterum hominem:adderem & preces :niſi noſtræ amicitiæ fieret iniuria:fieret & fi-
dei iſti qua tu tua ſponte me & meos omnes colendos & ornandos ſuſcepiſti:Quod Ma
rium meum iſtuc uenientem:& tu & Mocenici fratres:adoleſcentes ornatiſſimi:tam hu
mane accepiſtis:non reperio(quod uix futurum putaſſem) quibus uerbis agã uobis gra
tias.difficile eſt dictu quantum ea res me uobis deuinxerit:& nunc quod poſſum præ-
ſto uobis non ingratam eorum :quæ feciſtis:memoriam : utinam is demum ſim:in quo
ueſtrum ſtudium optime collocaſſe uideamini. Ambroſius:qui has tibi attulit litteras:
eſt mihi ueteri familiaritate coniũctus . Trado tibi totum hominem : eumque ſi tua
aliquando uolet uti opera:habeas rogo quam commendatiſſimum.Si in ſcribendo non
ſum tam frequens quam uelles:meis id occupationibus dato. Tu quam ſæpiſſime:quod
tuo commodo fiat:ad me ſcribas uolo.Nihil tuis litteris libentius uideo:quæ quo lon-
giores ſunt eo quidem ſuauiores:uix credas quantum illarum:quas dediſti:breuitas legẽ
tẽ offenderit.Quippe quæ ſubito hauſtu non mõ non extinxerũt tuar; rer; ſiti:ſed ma

ſorē etiam multoq; ardētiorem excitarunt. Vale:& me ea cōmendatione:quæ ualde ſit
diligens:clariſſimo prætori ueſtro:cōmuniq; domino:etiá atq; etiam cōmenda : cui ab
ſenti abſens gratulor quod una omnium uoce:conſtantiq; prædicatione: tam ſapienter
& moderate prouinciam iſtam hodie adminiſtret: ut non mortalis homo:ſed e cœlo de
us quidam miſſus uideatur. Vale.

.M.Anto. Conſtantino Ciringiochio ſuo.

T ſi de ſingulari tuo in me ſtudio nunquam dubitaui:pergratum tamen te mi
e hi feciſſe ſcias:quod per litteras mihi ſignificaſti:illud nobis integrum manere
atq; id eſſe:quod neq; abſentia:neq; conſuetudinis noſtræ intermiſſio ulla la-
befactare poſſit . Feciſti me hercule quod te facere uolebá: tu Conſtátine mi fac quod
facis:cuſtodi ac tecum ſerua hominis tui amantiſſimi memoriam:a quo non amari tan
tum:ſed ſuauiſſimi quoq; fratris loco haberi te non ignoras . Cæterum quod ad ſtudiū
tuum attinet non eſt cur hæc:quæ ſemel damnaſti:ſtudia reſpiciens horridulum iſtud
propoſiti ſtudii tyrocinium formides . Maluiſſem te nō initiari:quam illico uelut dam
natis ſacris in prophanum recurrere:quamquam dii boni:quid in iſtius ſcientiæ cultu
eſt:tam arduum:aut tam difficile:ut animus in ueſtibulo ipſo hærens: ad ſecretiora de-
mitti recuſet:immo age illudq; tecum cogita:uirtutem ubiq; in arduo eſſe:difficilemq;
eſſe uiam:quæ ad illam ducit.Non ſit magnum facinus:noſti cætera. Zenophontius il
le Hercules non per ignauiam & deſidiam:ſed per labores & induſtriam ad uirtutem ſi-
bi fecit aditum:quanquam ne labor quidem ullus in iſtius ſcientiæ acquiſitione tam
arduus eſſe poteſt:qui te a tam pulchro inſtituto debeat auertere:adde quod nil eſt tam
durum & arduum quod induſtria:ſtudio: & diligentia:non molleſcat . Etenim uel hoc
nomine naturæ nō parū debemus qđ nihil humanæ induſtriæ negatū uoluit.Quod cū
ita ſit turpiter deſperatur quis neſcit quod fieri poſſit:illud etiá non nihil eſt:quod licet
uirtus per ſe ſit expetenda:neſcio tamen quonam modo ad illam libētius properamus.
Si qua ſpes præmii in arduum nitentibus proponatur:quæ quo maior eſt eo magis nos
ad illam anhelare inuitat.Illud etiam conſideres uolo ſi tibi non defueris ad quantam
te laudem compares:quam tibi tuiſq; profuturus ſis:quam etiá uniuerſæ patriæ: quan-
ta demq; cum laude & celebritate in iſta forenſi luce uicturus ſis,: ſi eam quá de te con-
citaſti opinionem non fefelleris:an ignoras quantum ſibi placeat uicinus tuus ille(ſcis
quem dico)quum nobilium clientum comitatu ex foro reducitur. Pulchrum eſt(crede
mihi)domum ſuam ex priuata publicam feciſſe:ex ignobili illuſtrem:ex inopi diuitem:
& breui:quid præclarius uideri poteſt:in bene inſtituta ciuitate iuriſconſulti domo: un-
de uelut ex oraculo quodam omnes ciues conſilium expetant . Sed quorſum hæc tam
multa:quia uiſus es his litteris:quas ad me dediſti:incredibilem quandam animi imbe-
cillitatem præ te ferre: atq; in ipſo ſtudiorū limine hæſitare : ſed quid hæſites: quin age
teq; ipſum ad cultum ſapientiæ hortare:adiuua:extolle:atq; ad laudem iſtam iacentem
animum erige.Nihil:ut aiunt:uolenti difficile:uincit omnia labor improbus:ut poetæ
eminentiſſimi carmen teſtatur:& ne longior ſim hoc habeto nihil eſſe tam difficile &
arduum:quod induſtria:& diligentia:quum uolueris non facile ſis cōſecuturus:quod ut
facias ego & tui omnes:quibus chariſſimus es abs te magnopere cōtendimus. Vale.

.M.Anto.Guliolæ.

Rat adoleſcens de quo ad me ſcribis ſatis mihi commendatus:quum patris ſui
e tum patrui cauſa:nunc tua diligens comendatio fecit:ut hodie ſit mihi quam
commendatiſſimus:tu quádo in rebus tuis nullus mei uſus eſt:in amicis: quid
tua cauſa uelit ſabellicus quandoq; experiare. Nam quod ad ipſum adoleſcentem atti-
net:dabo operam:ut in dies magis intelligat nullius commendationem apud me maio-
ri ſibi adiumento eſſe potuiſſe:quam eam quæ ſit a meo Guliola profecta.Qui ſi plane
perſpicit ſe a me amari:ſi coli potius hoc unum rogo mei in ſe amoris reddat hoſtimen-
tum:ut Miſtylli noſtri aquileienſis cauſam:quam maximo poteſt ſtudio:& diligentia ni-
tatur ad exitum perducere:erit id mihi tam gratum:ut gratius nihil eſſe poſſit. Vale.

.M.Anto.Caietano ſuo.

Go Miſtyllum abſentem uehementer deſidero: ac dum illum in diē:& horam
e expecto:annus eſt.Sed tu φιλῆτοτε hoc mihi des:rogo : ut in alterutrā partem
eius negocium ad exitum perducatur : auderem ego id per litteras petere : & a
prætorio legato:uiro integerrimo:qui quum hic eſſet perhumane me complexus eſt:ac
ſua ſponte pollicitus fore:ut omnia iſtic eſſet:mea cauſa:facturus. Sed quum nō me late
at:quid in iſto foro Caietanus meus poſſit:immo quid uelit: ſui Sabellici cauſa : ſuper-
uacuum duxi alterius patrocinium implorare. Tu pro noſtra mutua beniuolentia quan
tum potes enitere: ut Miſtyllus mihi quandoq; reſtituatur. Vale: & quid actum ſit:aut
quid fieri poſſit:ſi tuo cōmodo fieri poteſt:fac ex tuis litteris intelligam. Vale.

.M.ANT.SABELLICI.EPISTOLARVM FAMILIARIVM. LIBER Q.VINTVS:

.M.Anto.Iacobo Porperano.

Vid ego tecum excuſem domicilii huius anguſtiam:quæ non
minus tibi nota eſt:quā mihi ipſi:qui eā iam ſextū annū ſtoma
chari non deſino.Sed quum ſemper alias: tum hodie tam arcte
q & anguſte habito: ut iam cœnatio ſit in cubiculū uerſa: quod
mihi accidit: dum uni atq; alteri amicoꝝ(nā mercenarius eſſe
nolo)cupio ſatiſfacere. Id in cauſa ē cur adoleſcens:quē ad me
cū tuis litteris miſiſti:nō ſit a me in contuberniū acceptus: pol
licitus ſum tamen ſi aliquando poterit id dari:futurū:ut quum
tua:tū matris tuæ:fœminæ nobiliſſimæ:cauſa:quæ de eadē re ad me pluribus ſcripſit:
nemo ſit mihi ipſi adoleſcēti præferendus:quod ſi nūc uel minima occaſio adeſſet:abun
de exptus eſſet nullius cōmendationē: apud me:plus ſibi ꝓdeſſe potuiſſe: quā eā quæ a
meo eſſet Porpetano profecta: cuius cauſa: niſi ingratus ſim:omnia uelle debeo. Vale.

.M.Anto.Bodegano ſuo.

Arum prudenter facis:quod precario impetratū uelis:quod tuo potes iure exi-
p gere:nam niſi omnia tua cauſa uelim:aut inhumanus ſim:aut ſuauiſſimæ ami-
citiæ immemor:quin & potes quidem:& debes tuo iure mecum agere : ſi quid
ſit:in quo mea opera tibi:aut tuis utilis eſſe poſſit:excepiſſem ego adoleſcentem:de quo
ad me ſcribis:fuiſſetq; Bodegani mei cauſa:tā mihi cōmendatus:ut nullius litteris plus
eſſe potuerit:niſi oſtreatim cōferti: & ut ſic dicam caſtellatim : ego & qui pauci hodie
mecum ſunt habitaremus:noſti domicilii huius anguſtiam:ſed ſi aliquando leuabor hu
iuſmodi tedio:habiliorem domum ſortitus:dabo operam : ut ille apud me ſitan cuius
uita ornanda ſpero futurum:ut & fidem tui Sabellici & operam ſis:ut ſi quando alias
probaturus. Vale.

.M.Anto.Guliolæ ſuo:

Cœpiſſem libenter adoleſcentē:qui cū tuis ad me litteris uenit : fuiſſetq; nihil
a grauate a me domeſticorum numero:te id petente:aſcriptus: niſi tam incōmo-
de habitarem:ut uix iis paucis:qui mecum ſunt:uacet locus . Quod potui igi-
tur detuli:ut ſi quādo acciderit:ut apud me cōmodius eſſe poſſit:tū fore:ut neminē ſim
illi prælaturus.Interea:ſi quid eſt:quod noſtra opera tibi utilis eſſe poſſit:utere tuo Sa-
bellico.Miſtylli noſtri cauſam tibi etiam:atq; etiam: commendo:de cuius euentu non
poſſum non uehemēter eſſe ſollicitus. Gratiſſimum mihi feceris: ſi in uniuerſum quid
de tota cauſa ſentias: perpaucis ad me ſcripſeris:nam quicquid te in ea cauſa ſentire co-
gnouero:id ueriſſimum putabo. Vale.

.M.Anto. Guliolæ ſuo.

Ccidit propemodum mihi: quod & ſeni illi comico:qui apud Ariſtophanem
a gloriatur tenaci ſe eſſe memoria:in iis quæ ſibi deberentur: cætera facile obli
uiſci:& enim quod ad eorum alterum attinet:quid tibi deberem iam propemo

dum oblitus eram : quod uero ad domeſticum uſum pertinebat : ſatis memoria tene-
bam : atq; circũſpicere cœperam:ut unum aliquem in cõtubernium cooptarem:qui in
Miſtylli defuncti locum a me ſurrogaretur. Tercentini interim iſtius:de quo ad me ſcri
bis:ſane immemor factus:non quia non illi:tuo nomine:conſultum uellem : Sed quod
curarum fluctibus pene obrutus:minus interdum:minuſq; mihi conſto:At ſatis fœlici
ter ceſſit:quod re adhuc integra tuis ſim litteris admonitus : quando igitur adoleſcens
iſte tantopere optat mecum eſſe:Guliolæ meo:& cæteris amicis libens hoc damus:de-
ferimuſq; illi conditionem : ut Miſtylli demortui loco rem domeſticam diligenter cu
ret. Me publice & priuate audiet: noſtra bibliotheca: & ſi permodica:ſuo poterit arbi
trio uti. Et quia hic omnia cum precio tantum πὶνιαγορικῶς in medium conferet:
Quantum Guliola meus conferendum duxerit : De eius inſtitutione nihil polliceor:
malo tibi officium meum:re quam uerbis probare. De fide illius: & ĩtegritate:ut nihil
ultra quærerem: tuarum litterarum fecit teſtimonium:quod apud me: uel ſponſoris
craſſi habet inſtar. Bene Vale.

M.Anto.Porpetano ſuo.

Ram ego quæſiturus alium quendam in Miſtylli nuper defuncti locum: quũ
e tuæ ad me litteræ redditæ ſunt:& quia nihil eſt:quod non tuo iure a me impe-
trare poſſis : quemadmodum & Guliolæ ſcripſi: defero conditionem: quam
tantopere optaſtis:Paulonio iſti Tercentino:de quo ad me ſcribitis: ſed ea lege defero:
ut omni domeſtico miniſterio eam mihi nauet operam:quam ille qui nuper eſt mihi
neſcio fato ne dicam:an occulta quadam potius fortunæ inuidia:ademptus:uix Porpe-
tanus meus credat:quam omnia fortuita in eius morte euenerint:locus:tempus: medi-
corum inſcitia:crus ueteri cicatrice uiolatum:quæ res:effecit: ut de eius ſalute ab initio:
medici cœperint dubitare. Sed ille periit:quãdo:ut uideo: periturꝰ erat:hic qui ad me ẽ
uẽturus fœlicius:ut ſpero:& opto:multoq; auſpicatius:det operam:ut paucis diebus mi
hi adſit:maturato opus eſt:ſi mecum uult eſſe:nã & alii id quæritant. Fac quæſo ex tuis
litteris intelligam an ſit uenturus. Si uenerit curabo:ut tua & aliorum commendatione
ſentiat ſe non fruſtra huc ueniſſe. Nos dei benignitate recte hic ualemus:cupimus uos
quoq; ſaluos eſſe:matrem tuam & domeſticos ſaluto. Venetiis.

M.Anto.Bodegano:& Sãctonino ſuis.

Vid a me precibus contenditis : quod ueſtro iure exigere potuiſtis. Satis erat:
q intelligere uos uacare hic locum:cæterum de eo non magis meum erat:quam
ueſtrum ſtatuere. Scripſerãt de eodem adoleſcente ad me nuper Porpetanus:&
Guliola:quibus reſcripſi me amborum cauſa eſſe omnia facturum : ſecutus non mi-
nus tuã quam illorum uoluntatem. Nunc curate : ut is qui ad me uenturus eſt: primo
quoq; tempore huc nauiget. Qualis ſim in eum futurus:quem mihi commendatis:di-
ligens inſtitutio declarabit. Valete.

M.Anto.Io.Campegio.

Vguſtinus ſanctonini mei filius:qui has meas tibi attulit litteras:aliquandiu
a mihi operam dedit:probauiq; in eo:adhuc puero:non minus mores:quam in-
genium:quo contigit:ut iã inde filii locũ ſit apud me propemodũ adeptus:ac
cedit huic neceſſitudini altera quidem maior:quod ego:& Paulus ſanctoninus eius pa-
ter uir omniũ optimus:& qui Sabinã probitatẽ:in qua ortus eſt:ſanctiſſimo uitæ inſti
tuto i ſe: & liberis mirifice refert. tã a prima ætate fuimus inter nos amici:ut nulli ho
minũ unquã amiciores iter ſe fuerint:nũc adoleſcens ipſe Patauinũ uenit:ut fratri quẽ
minorẽ natu ſecũ iſtuc duxit : honeſtũ contuberniũ:honeſta mercede:cõparet:rẽ mihi
gratiſſimã facies:ſi per te:quod tuo cõmodo fiat:aut tuorũ aliquẽ dabis operã:ut locus
puero quæratur:apud unũ aliquẽ ex iuriſicientiæ aſſectatoribus iſtis:qui ex celebritate
tui nominis pẽdẽt:de mercede tuo arbitrio adoleſcẽtes cõuentũ uolent:modo q̃ſquis
ille eſt futuri cõtubernii magiſter : is ſit: qui moribus pueri ſciẽtiæq; Tyrocinio cõſul-
tũ uelit:erit id mihi:ut dixi:uehemẽter gratũ:ac tale:ut ego:qui ſemp tuæ amplitudini

multum debui poſthac: plurimum debere uelim. Vale.

.M.Anto.Io.Campegio.

Vltos tibi commendem:neceſſe eſt;quando non pauci ſunt: qui me totum tui
m nominis eſſe ſciũt:præſtoq; ego id omnibus eo libẽtius:quo magis noſtra hæc
cõmendatio tuæ conducit dignitati. Bartholomeus Soardus:qui has meas tibi
reddidit litteras:iam annum & amplius dedit mihi operam: fuitq; per id tempus omni-
no mecum:ut ex contubernalibus unus:eſtq; adoleſcens ipſe cum ſingulari modeſtia:
tum egregia in me obſeruantia:hoc conſecutus: ut tantum illius ſtudiis hodie faueam:
quantum eorum:qui mecum uixerunt:nemini. Venit ipſe nuper Patauium:tibi operam
daturus: fuitq; ſub primum iſtuc acceſſum:abs te humaniſſime appellatus:ut ex ipſo po
ſtea cognoui:nunc uero:quum ſatis charus tibi ſit:cupiatq;:in dies charior eſſe: mecum
egit:ut aliquid de ſe ad te uirum amiciſſimum ſcriberem:quod quum ita ſit:acta ago:&
quem tua præſtantia ſua ſponte ſatis commendatum habet : ut quam commendatiſſi-
mum mea cauſa habere uelit:oro:& obteſtor. Vale.

.M.Anto.Nouellino ſuo.

Ram:fateor:tecum omnino aliqua de filio:quẽ tuæ fidei credidi:acturus:quũ
e ingens curarum æſtus me iſthinc pene præcipitem egit:nunc tantũ abs te pe-
to:uir humaniſſime:ut ſi me dignum tua amicitia exiſtimas. Marium ita apud
te habeas:ut ipſe intelligat:ſe Patauii non uoluptatis cauſa:a patre:conſtitutum. Sed ut
per labores quærat ſibi reditum:unde ſua culpa nuper excidit:quod ſpero eum facturũ:
ſi tua auctoritas:fideliſſimæq; adhortatiões fluctuãté adhuc animũ ad bonaꝝ artiũ cul
tũ erexerint: nã quod ad me attinet:utinam tam libenter illi per uirtutem ſibi gradũ fa
ciat:ad priſtinam patris beniuolentiam recuperandam: quam facilis ipſe ero in filium:
paratuſq; omni tempore cum eo redire in gratiam. Quid de ratione ſtudiorum ſcribã:
nihil eſt:niſi:ut te auctore creticum græce audiat:ſcribatq; ſibi lectiones: ut facilius ſti-
lo aſſueſcat. in quo ſcio ego:quantum tua opera poſſit pueri profectum iuuare:hortan
do:monendo: caſtigando errata:quod ſi a tua humanitate impetro:ut id laboris uelit
mea cauſa ſuſcipere : quoad uixero:tantum tibi uir optime debebo:quantum illorum
nulli:quibus plurimum debeo:dabit:& Tyriacæ communi amico operam. in qua lectio
ne recognoſcẽda iuuabitur:haud mediocriter:ab eo adoleſcente:qué domi habes:quiq;
ut audio iam biennium eſt dialecticæ diſciplinæ aſſuetus:& ut breuiter dicam : tota iſta
domus:dei optimi prouidentia:mihi oblata eſt;ad filii profectum. Vtinam tam ipſe ſibi
adſit;quam cætera ad uſum ſtudiorũ affutura confido:dedi quattuor aureos nummos
huic:qui has meas tibi attulit litteras. Dabo operam:ut ſingulis menſibus:aut quibus
tibi libitum fuerit penſionibus: reliqua tibi pecunia repræſentetur. Vale.

.M.Anto.Mario ſuo.

Go multa animi ægritudine uix mihi conſtabam:quum Patauii nuper una fui
e mus:pauciſq; tecũ egi:quũ multo pluribus agere debuiſſem. Sed omniũ maxi-
me illud erã abs te petiturus:ut die:noctuq; cõſiderares : quãtũ te niti oporte-
at:ut eo:unde tua culpa excidiſti:p uirtuté redeas. Quod ut facias:nõ tm̃ tua cauſa ela-
borabis:ſed ut patrem: qui paratus eſt tecũ redire in gratiam: præſenti ſollicitudine le-
ues:quare te fili rogo:& hortor:per omnia iura:quæ filios parentibus obſtringunt: ut
totis uiribus enitaris:efficiaſq;:ut omnes intelligant:Sabellicum nõ peiorem filium ge-
nuiſſe:quam ipſe uir fuit:aut certe uideri uoluit. Quare excita te ipſum:atq; alacri ani-
mo omnem mentem:& cogitationem tuam in bonarum artium ſtudiis defige:ad quo-
rum profectum:illud etiam:atq; etiã:monebo:ne incerta pro certis habeas: memoriam
ad hæc quantum potes exerce:poteris enim quantum uoles. Græce ſcribas: latine legas:
utrunq; ſtudium æque procedat. Nec cuiuſquam conſuetudini te credas : nullius dico
præterquã domeſticoꝝ. Venit Patauiũ Sanctonini filius:ueniẽt alii plærіq;: fac quæſo:
ne ſis illis ludibrio:nec uidearis tantum ad tuam:& patris:ignominiã natus: quin ſciant
omnes te poſſe:& uelle tuos æquales uirtute :& cõſtantia:ſuperare. Quod ſi:ut ſpero:fe-

ceris facile conſequeris:ut ſis mihi non minus charus quam antea fuiſti. Vale:

M.Anto.Mario ſuo.

i Am quis ſim:& quem te eſſe oporteat non ignoras:ut arbitror:ego quod poſ-
ſum tibi præſto:nec:quod ad tuorum ſtudiorum rationẽ attinet:ſum tibi defu
turus:modo tu ipſe tibi nõ deſis. Quod mihi quum una fuimus:pollicitus es:
caue obliuiſcaris:ſanctiſſimum iuſiurandũ ſerua:niſi deum uis iratum habere: & patrẽ:
Attulit tibi Carſius uiginti argenteos nũmos:ſi qua re idiges:quæ ad ueſtitum & calcia
tum attineat:fac ut ſciam.Satis humane ne pie dicam:feceris:ſi ſæpius ad me ſcripſeris:
ut ex tuis litteris intelligã:quid demum de tuo profectu me ſperare oporteat. Vale.

.M.Anto.Nouellino ſuo.

c Arſius:quem cum his litteris ad te miſi:ſeptẽ tibi aureos attulit nummos:pro
Marii contubernio:tulit & cadillum unum delmaticis ficis refertum:rem:niſi
opinione fallor:muſicen exercentibus nõ inutilem: affert:& munuſculi huius
corollarium citrea : & medica mala : numero pauca quidem : atq; eo fortaſſe gratio-
ra.Sed Nouellinus:quæ eius eſt humanitas hæc:quæ haud dubie parua ſunt:multo ma
iora faciet:faciet ſane:ſi Sabellici ſui animũ non id:quod mittitur:metietur. Quid iſtic
agatur:& quid me de Marii profectu ſperare oporteat:cupio ex tuis litteris cognoſcere:
qui niſi is eſt:qui eſſe debet:faxim:ut ipſe ſibi deſipiat. Vale:& puerum quantum aucto
ritate polles:ab omni improborum conſuetudine:per noſtram amicitiam rogatus:uin-
dica. Venetiis.

:M.Anto.Hieronymo Georgio:

c Onfundor præ nimio pudore:quod toties ſim tibi moleſtus:ſed ſpes huius ne
gocii conficiundi:quæ tota ex tua pendet auctoritate:id facit : faciunt & per-
pauci latrunculi:qui mecum dolo malo agunt:coguntq; me uſq; ad impuden-
tiam tuum patrocinium ſollicitare:rati credo non poſſe fieri:ut res iſtic aliquo modo
conficiatur.Senenſis Antiſtes:ad quem de hac re longiorem dedi epiſtolam: uelit ne id
negotium ſuſcipere:iterũq; Pontificis animum periclitari:incertum habeo:quod ſi no-
luerit:aut uolẽs nihil impetrauerit:tum per quencũq; uelim id negocium tranſigi . Sed
qui præter te utilis mihi:in ea re componenda eſſe poſſit:habeo neminem.Quare per
omnem pietatem;quæ parentes de ſalute filiorum cogit eſſe ſollicitos: rogatus;uir ma
gnifice hoc meæ in te obſeruantiæ dato:ut ſi recentior hic conatus nobis irritus fluxe
rit:quod paucis diebus omnino ſciri poterit:tuo ſapienti conſilio:& auctoritate ea:qua
poſſit uia:quando qua uolumus nequit:totum hoc negocium ad exitũ perducatur. Q d
ſi maioribus curis diſtrictus id præſtare nõ poſſis: ſaltem p litteras fiam certior : cuius
potiſſimũ opera iſtic uti poſſim:ut me quandoq; huiuſmodi moleſtia leuem. Sed expe-
ctandus eſt:ut dixi conatus huius recentioris exitus. Interim me:& fortunas meas tuæ
commendo:tradoq; fidei. Venetiis.

.M.Anto.Dauantio ſuo:

p Eriucundæ fuerunt litteræ: quas ad me nuper dediſti:ſed multo iucundiores
futuræ erant:ſi latiore conſcriptæ fuiſſent argumẽto:nũc: quod ad officiũ at-
tinet:pgratũ fuit mihi ex illis cognoſcere noſtræ amicitiæ iura: mihi integra
manere:atq; ea eſſe:quæ nullo locorũ aut tẽporũ interuallo: labæfactari poſſint : præ-
ſtatq; hoc mihi in primis tua cõſtantia: quæ nihil patitur ex ea beniuolentia interlabi:
qua decimo ab hinc anno uterq; alterum amauimus : mutuiſq; celebrauimus officiis:
ſed tu perhumane:ne pie dicam:facis: qui quum iamdiu procul abſis:noſtri tamen me
moriã tua ſpõte tuearis.Ego quoq; Dauanti mi: quod poſſũ tibi præſto:teq; abſẽtem:
abſens amo: nec ex noſtra amicitia quicquã apud me deperit:quod ſciã. Spero itaq; &
opto fore:ut mutua hæc gratia:altis iã nixa radicibus:nullo ſit tẽpore iteritura. Quod
de prodigioſo Tyberis auctu ad me ſcribis:& ſi pmoleſtũ fuit id audire:ob eã cladẽ:qua
ciuitas iſta affecta eſt:pſoluiſti tam & amico officiũ:& hiſtoriæ cõſuluiſti.Omia enim:
quæ ex te cognoui;uerilliſima eſſe puto.Nec erat cuius teſtimonio libentius uſurus eſ-

ſem quam Dauantii mei:cuius immortalitati:niſi quantum in me eſt:conſultum uelim: ſim ego odio:& non tali amico dignus. Vale.

.M.Anto.M.Anto. Antimachi filio.

T ſi ab ineunte ætate ſemper mihi uiſus es:incredibili quodam bonarum arti-
e um ſtudio flagrare:ut nulla ſit tam grauis adhortatio ad uirtuté quæ non mul
to frigidior ſit tuo iſto ardore: & ſolertia:quá i græciá nauigaturus:tibi comiré deſtinaſti:meus tamen in te amor:beniuolentiaq; ſingularis efficit: ut te tua ſpõte ſatis incitatum. & ad metam pleniore gradu tendentem:uoce & clamore iuuem:& uelut ſpectator aliquis tuis faueam ſucceſſibus : Ego: & ſi de tuo profectu nunq̃ dubitaui:ut aliquanto tamen plenior ſequatur:uelim tecum ſæpius cogites:ad quid in Corcyram nauigaris:& cui uiro operam daturus:ne ſi quod nolim huic expectationi: quam de te concitaſti:minus reſpondiſſe uideberis:omnia:per quæ proficere potueris:præter uoluntaré tibi affuiſſe credantur:de qua:ſi aliquo modo dubitarem:multo longiore uſus eſſem epiſtola:nunc quando cætera tibi conſtant ; ſiſq; ipſe talis:ut niſi opinione fallor: nulla indigeas hortatione:tantum abs te precibus contendo:ut abſentem Sabellicum ames: ac quantum potes enitare:ut ita moribus & ſtudiis ad nos confirmatus redeas: ut non ſolum præſenrem de te opinionem ſuſtinere poſſis:ſed ut Antimacho etiam patre:uiro clariſſimo:non indignus habearis. Vale.

.M.Anto.Antimacho.

Iraris:ſcio quid ſit:quod quum bis mecum hoc anno tam munifice egeris: ni
'm hil ad te ſcripſerim: ut ex noſtris ſaltem litteris cognoſceres : quá grato ob ea:
quæ feciſti;eſſem in te animo.Sed tu quid miraris:defuerunt:ſi neſcis:mihi uerba:quibus tibi meritas agerem gratias:atq; hodie deſunt: præſtat tibi animus:quod poteſt gratam omnium tuorum in me beneficiorum memoriam:uultq; tibi debere quam maxime:uiuamus:ſcio & ſpondeo ita fore:ut tam gratum omni tempore tibi Sabellicũ experiaris:quam eorum quélibet:quos tua tibi liberalitate deuinxiſti: ad.M. Antonium noſtrum ſcripſi:ſumq; eum per litteras ad græcarum litterarum ſtudium uehementer hortatus:faciamq; id ſæpius:potius ut tuæ morem geram uoluntati:quã quod ulla ſit opus hortatione.Noui adoleſcétis ingenium;non calcaribus: ſed freno indiget: táta bonarum artium flagrat cupiditate. Vale.

.M.Anto.Nouellino ſuo.

Va fide & induſtria frætus:neq; Marium ad ſtudium hortor:neq; eum tibi per
t litteras cõmendo:non poſſum tamen nõ mirari:quid ſit:quod ad me nihil ſcri
bit:admoui fateor illum dialecticæ ſtudiis non inuitus:ſed eo conſilio id feci:ut non infans ex facundo fieret:ex uocali mutus.Iam integrum menſem hinc abeſt:nec ullæ eius litteræ ad nos perferuntur.Sed tu uir optime age nũc:& mihi iacenté filiũ excita:corripe:obiurga:fac illi aſſiduum conuicium:torporem iſtum:immo ueternum potius:exprobra : deſinat aliquando ineptire: & quod ſua ſponte præſtare debuit : præſtet rubore uictus:pareatq; alieno imperio:qui nunq̃ paternæ uolũtati paruit: aut quia nũq̃ didicit id facere:aut quia noluit:cupio ex tuis litteris cognoſcere: q̃d me ſperare oporteat:quicquid ad me de eius ſtudii rationibus ſcripſeris:id ueriſſimum putabo.Interim cõmendatum habeas quæſo:nec illum patiaris ocio & deſidia torpeſcere:Quod ad contubernii mercedem attinet uelim:ſic ipſe ex patris ſententia iſtic proficiat : quemadmodum pater tibi:& omnibus de eo benemeritis: cumulatiſſimam eſt gratiam relaturus: Vale.

.M.Anto.Mario ſuo.

Eus tu quid agis.dormis? aut ſi uigilas tibi ſoli uigilas ? Ego iamdudum tuas
h expecto litteras : eſtq; expectatio hæc non minus uana: ut uideo quam lon-
ga:expergiſcere fili:& aliquando incipias huic morem gerere:cui debes omnia: quæ deſidia eſt hæc:aut q̃ potius ignauia:huic & piũ & debitũ abnegare officiũ: ad qué omnia tua defers deſideria:delataque expleri ſentias : fac:ſi potes: ut tuæ demum litte-

ræ ad me perſerãtur:quæ me erudiant:quid iſtic agas:& i qua ſpe nos eſſe oporteat:pro
ficias ne aliquid:an omnino in ueſtigio hæſites:& breui fac ſciam:ſis ne ille:quem te fu
turum toties es mihi pollicitus;an te ipſum:& patrem prodas. Tantum habeto me iſtã
philoſophiam non probare:quæ ineptum te facit & elinguem. Da operã:ut te:quẽ nõ
infacundum hinc dimiſi multo:ſi fieri poteſt:facundiorem recipiam. Vale.

.M.Anto.Tyriacæ ſuo:

Go tibi Marium commendare non deſino : nec id facio:quod uerear ne non
e fit tibi ſatis commendatus : ſed tam negligens eſt:ut uideo: quod niſi calcaria
adhibeantur: ſit haud dubie omnem meam expectationem fruſtraturus : Tu
ignoſce quæſo:quod toties ſum tibi moleſtus:communiq; parentum uitio id dato: eſt
enim ut uideo ſtultitiæ:& ineptiarum mater:natorum charitas.Sed parendum eſt natu
ræ:cui nefas eſt repugnare.Nec una cauſa eſt:cur tibi ſim ſemper grauis.Carſius noſter:
qui has meas tibi attulit litteras:fratrem habet adoleſcẽtem:probum:& eruditum:quẽ
tuo ductu & auſpiciis uellet philoſophiæ ſtudiis admouere.Sed maior omnino eſt ani-
mus quam facultas:opus itaq; eſt nobis conditione aliqua:ut ille diutius iſtic eſſe poſ-
ſit:nam domeſticæ rei anguſtia ſuis ſumptibus eſſe non poteſt.Gratiſſimum mihi fece
ris:ſi per te adoleſcens ipſe fuerit conſecutus:ut apud unum aliquem patauinorum:ad
pueros domeſticæ inſtituendos præceptoris obtineat locum.Habebit is:quicunq; fue-
rit: adoleſcentem ingenio uerecundo:& eruditione in ea ætate ſingulari:fac rogo:ut in
telligam hanc meam cõmendationẽ:nõ parui apud te ponderis fuiſſe. Vale.

.M.Anto.Nouellino ſuo.

Vid dicam neſcio:nec quem accuſem habeo:præter me ipſum:qui talem fili-
q um genui:ut ad omnia potius natus uideatur:quam ad bonarum artium cul-
tum.Sed tu uir humaniſſime:ne patiaris obſecro illũ tam turpiter iacere. Nũc
minis:nunc illecebra aliqua excita ad græcarum litterarum reſpectum : quod niſi fece-
rit:faciam ego:ut doleat:habeatq; infortunium.Sed quid uelim ab eo fieri longiore ad
illum epiſtola ſcripſi:tu amicorum optime fac:quod facis:ac quantum potes: & monẽ
do:& docendo:uindica mihi filium ab omni deſidia. Et quia ſciunt mei omnes quan-
tum tibi debeam:cupiũt & ipſi tibi plurimum debere: & in his Carſius noſter a manu:
qui tua opera uſurus eſt:in comparanda iſtic fratri ſuo abſenti conditione aliqua.Gra
tiſſimum mihi feceris:ſi dabis operam(quod tuo cõmodo fiat)ut adoleſcens ipſe apud
tuorum ciuium aliquem domeſtici præceptoris locum teneat.Poteris:me auctore:tuo
rum cuiq; egregiam adoleſcentis eruditionem:& ingenium:tum mite:tum ab omni fla
gitio abhorrens:polliceri.Erit officiũ tuum in hac re mihi uæhementer gratum. Vale.

.M.Anto.Mario ſuo.

Vid queris tu: quod tabellarii non tuas ad me litteras dederint: quum te il-
q las dare oportuerit:hos uero reddere:quamquam ne reddere quidem potue-
runt:quum nullas dederis.Sed fac datas.Dic rogo fili:uideris ne tibi recte face
re:quod tam corrupte ad me ſcribis:præſertim quum i ea ſis officina formatus: in qua
uel mediis crepundiis nihil: niſi Romanum: aut ex Latio tranſlatitium audiueris: &
quod dicere liceat ipſa tui tyrocinii rudimenta procul ab omni litteraria ſorde abfue
runt. Sunt hæc:ut ſcis:ueriora ueris.Sed quum ita ſit: quid tibi cum labdaciſmis:& io-
taciſmis.Torquent me hæc coinquinamenta:ſi neſcis : diſcruciant : nec patiuntur me
ſpem ullam alere tui futuri profectus: quid quod uerborum inopia in uernum tem-
pus ueſtem petiturus autumnalem petiiſti. Ego hæc uitia eo moleſtius fero: quo im-
penſius a tua prima inſtitutione elaboraui: ut ab huiuſmodi ſcribendi fœditate quam
longiſſime abeſſes.Nunc niſi omina prius uelis: quam quæ facienda ſunt: enitere fili:
ut emendatiores abs te mihi poſthac perferantur litteræ: dignæ ea inſtitutione:qua in
te erudiendo fui ab initio uſus:quantum præterea me tibi iraſci oporteat:tu ipſe non
ignoras:ſi tecum reputes:quam ſis mihi patri iniurius:qui græcas litteras aſpernaris:ad
cuius diſciplinæ cultum nunquam deſtiti te hortari. Sed quæ inſania hæc eſt: aut quæ

potius impietas:ut omnia libentius cures:quam quæ pater te curare uelit. Sed iam co-
gendus es:agamq; tecum legibus:& imperio:quando hortatiõe & precibus nihil adhuc
proficio.Non eſt igitur:cur a me pecuniarum quicquam expectes amplius: ne obolum
quidem:niſi poſthac dabis operam:ut ſtudiorum curas ex æquo partitus:dimidium tui
ſtudii græcis litteris impendas:ut & audias græce:& ſcribas. Cæterum:quod ad ſcriben
di rationem attinet:cõſtitui tibi in ſingulos Homeri libros: nummos argenteos ſepte-
nos:uerum ea lege:ut ſi quid in apicibus:litteris:ſyllabiſue fuerit erratum:nihil horum
impune feras:ſed quoties icuria peccaueris: marciano argenteolo mulcteris : exigamq;
ego abs te id mulctæ genus acerbius:quam ſi ex ſtipulatu ſint tibi hæc omnia preſtan-
da:mitto in præſentia ad te argenteos nummos decem:facq; ut Carſius uideat:quæ uo
lumina ſint illa:de quorum apparatu tantopere laboras:nam ſi res digna uiſa fuerit:qua
propter noua hæc fiat impenſa : mittam pro his pecuniam:ſed ego: neq; te emacem eſ
ſe uolo:neq; ſumptuoſum: utariſq; uelim potius libris:quam umbilicos & tabulas mi
reris.Fac modo:ut ad me mittas ſingulis menſibus duos Homeri libros:tua manu con
ſcriptos:nec oblucinabundus:ut ſoles eam mihi operam naues:quin omnes tui ingenii
uires intendito:nec te ipſum fruſtreris:nam tantum abeſt:ut pro mendoſis & corruptis
ſim precium daturus: ut exacturus ſim etiam mulctam pro his:niſi quam emendatiſſi-
me ſcripti fuerint.Mitto tibi ueſtem uiolacei coloris:eam nõ ſum paſſus hic recidi: ne
a tui corporis modulo aberraremus.Tu multo melius iſtic ad præſentem uſum accom
modabis.Vale.

.M.Anto.Nouellino ſuo.

Dſunt iam dies dominici aſcenſus:& ego tibi:& Mario hoſpitium parauí:non
a auro & purpura:ſed comitate multa & hilaritate.Cupio & opto: quod tuo cõ
modo fiat:uos hic apud nos his proximis nundinis eſſe:iam uitrarii inſtitores
tabernas in publico ſtatuerunt: expecto utrunq; ueſtrum:aut neutrum.Expecto & Ty
riacam noſtrum:qui ſe uobiſcum uenturũ pollicit⁹ eſt.Sed ille dux ſit nõ comes.Vale.

:M.Anto.Anto.Tubicini Thelogo Inſigni.

Ommendaui tibi ſæpius:ſuperiore anno:Fœlicem Vlmicum minoritani ordi
c nis:& nunc:niſi diligenter eum tibi commendem:inhumanus ſim : præſertim
quum perſuaſum habeat nihil eſſe : quod tu uir pientiſſime non ſis libenter
mea cauſa facturus:quod quũ ita ſit:ſi illum tibi antea ſtudioſe cõmendaui:nũc ſtudio
ſiſſime cõmendo:ut quod tua dignitate icolumi fiat:obtineat Fœlix locũ hic Venetiis:
qui nuprime uacare cœpit ex deceſſu fraterculi cuiuſdã: Qui his paucis diebus Vene-
tiis profectus eſt:nõ rediturus:ut mihi dicit:erit id & Fœlici ad ſtudiũ cõducibile: & Sa
bellico:qui totus eſt tui nominis:uehementer gratum.Venetiis.

:M.Anto.Nouellino ſuo.

Ccœpi litteras tuas triduo:poſtquã eas ad me dediſti:adeo Medoacus his pau-
a cis diebus ſegnius ſolito fluxit:aut lentius enauigatus eſt.Quæ de Mario ſcri-
bis:dolẽs legi: aduolaſſem ego iſtuc:niſi tuæ me litteræ bono eẽ aĩo iuberent:
futurũq; pollicerent:ut ille breui morbo leuaret . Q᷑d in eo curãdo tantũ diligentiæ
adhibueris:quantũ ne ego quidẽ:qui eũ genui:adhibiturus fui: tribuo id humanitati &
beniuolentiæ erga me tuæ:utinã oĩ tẽpore in te:& alios de filio benemeritos is ſim:qui
eſſe cupio.Nunc quia de curationis euentu non poſſum non eſſe ſollicitus : rem gra-
tiſſimam mihi feceris:ſi dabis operam:ut quamprimum ex tuis litteris cognoſcã: remi
ſerit ne lãgor iſte:an ualidius graſſetur. Pro medico & iis:quæ ad curationẽ attinẽt:ex-
pediã uobis pecuniam:modo ſciam:quanta opus ſit ſũma.Miſiſſem cõfeſtim Carſium a
manu:niſi ille maiore hic negocio eſſet implicitus.Venetiis:quarto idus Maias.

:M.Anto.Mario ſuo.

a Vdio te morbo decubuiſſe:ſed neq; morbi cauſam:neq; gen⁹ ĩtelligo.Tu ſi po
tes:de his ad me ſcribito.Interea fac:ut ſciam:q᷑d me facere uelis.Nã ſiue pecu-
nia opus ẽ:ſiue domeſticoꝶ miniſterio:utrũq; tibi p̃ſto erit.Quin & ip̃e iſtuc aduolabo:

ſi mea preſentia tibi utilis eſſe poteſt. Vale:ac quantum potes te ipſum ſuſtenta:

:M.Ant.Donato Aquileienſi antiſtiti.

c Hriſtophorus Porpetanus uetus eſt hoſpes meus: uenit is nuper ad tuam amplitudinem:aut certe non multo poſt uenturus eſt pro negocio Carſii contubernalis:& neceſſarii mei:cuius opera tam grata quã fideli:iam quarto ab hinc anno ita libenter utor:ut nullius alterius utar libentius. Eſt enim mihi ob morum probitatem:ſuaueq; ingenium:uehementer gratus:hæc omnia collegi:ut quicquid ille Carſii nomine a tua amplitudine petierit:ad Sabellicum ſuum id negocium pertinere arbitretur:quid cum tua amplitudine acturus ueniat:ipſe coram melius exponet:quam ego breui epiſtola complecti poſſim . Tantum non ignores uelim omnia Carſii cõmoda & ornamenta tam mihi cordi eſſe:ut ne:ſi mea ſint:magis eſſe poſſint. Vterer ego longiore epiſtola:ut commendatio ipſa ualidior eſſet:niſi ita perſuaſum haberem:apud amplitudinem tuam:nullam meam commendationem tam breuem eſſe poſſe:quæ pro illius in me pietate:& clæmentia:magnum non ſit pondus habitura. Venetiis.

.M.Ant.Barbauaro.

n On ne ego Barbauare dixi : & iã inde ab ipſis noſtræ amicitiæ incunabulis ita uaticinatus fui ſore:ut ſæpius meas litteras deſiderares:nõ qa ego eſſem ad te non libenter ſcripturus:ſed quod ſciebam me id præſtare non poſſe . Iam uero ſatis ſuperq; expertus es:quantum plus ualeat neceſſitas quam uoluntas:& ipſe longioris huius ſilentii ſatis dignum præmium tuli:habetq; pertinacia ſolitudinem quam merita eſt.Nunc uide:quam contumax ſit hominis natura:ubi tuæ ad me litteræ afferri defierunt:incredibile earum ſentire cœpi deſiderium: comicaſq; mulieres imitatus : dum rogor nolo:nolentem rogo.Sed tu uideris an is ſim cũ quo tam cito in gratiã redire uelis. Ego ſolo officio contentus:perbreuem ad te daturus eram epiſtolam : quæ tantum ſignificaret amicitiam noſtram manere tibi hodie incolumẽ : manſuramq; quoad uoles ſemper:modo ita euenire patiaris:ut neutrius ſilentium ſit alteri ſuſpectum ; quod ſi hoc impetro ſpero ita futurum:ut omni tempore tam inter nos amici ſimus:quam quicunq; hominum alii inter ſe amiciſſimi.Eram; ut dixi:breuiore epiſtola uſurus:niſi ueritus eſſem: ne ſcribendo mihi uerſura fieret:ut quam tibi ſilentii nomine ſuſpectus fui tantundem:nec minus:eſſem:& breuitatis præſertim hoc tempore:quo præclarum incidit:in hac urbe ſpectaculum.Rarum mehercule:nec magis rarum quam hilare: & ſuaue.Egreſſus ſuperiore die domo ſacrorum cauſa:tertia fere diei hora:ex eminentiſſima turri:quæ aureæ ædi imminet:Creber campani æris pulſus ex improuiſo redditus: non magis aures:q̃ animũ nouitate rei perculit:conuerſuſq; ego ad Carſium a manu:qui mecum erat:ecquid hoc eſt inquam:inſtat ne feſtus aliquis dies : an mercatoriæ triremes portum ſubeunt.Neutrum eſt horum inquit:præteriens quidam:ſed nouum ẽ fœdus: inter Venetos:ictũ:& plæroſq; chriſtiani nominis reges : ſummoſq; principes:ad Italiæ ſtatum:reſq; ſociorum tuendas:attulit ea res eo maiorem mihi admirationem :quo minus res tanta:ob fidiſſimum curiæ ſilentium:erat hominum ſermonibus celebrata: dicam rem pene incredibilem:ſed quia ſic habet: dicam tamen : multi eo die:qui aliquando in curia ſententiã dixerũt:quia is honos nõ ſit ꝑpetuus:publicam prius lætitiam ex turriũ lætitia q̃ hominũ indicio norũt.Audi ciuitatis inſtitutũ:frequẽtat domũ meã nobilium adoleſcentulorum cœtus ingens:qui dant matutinis horis mihi operam.Suntq; plærique ſenatorum filii.Soleo ego ab his in corona ſtantibus:nõnunq̃ etiam ſolus ſolos agreſſus ſciſcitari:& quæ de hoc Italiæ motu ſit hominum opinio:qui ſermo:quæ expectatio:omniũ una uox ẽ:ſe nihil ſcire:ut uere exiſtimare poſſis:tot hodie Venetiis eſſe cẽſorii Catõis domos:in cuius familia ita liberi & ſerui inſtituti fuiſſe dicũt: quot ſunt ſenatorii ordinis uiri.Triduo itaq; ẽ in ea lætitia ꝑſeueratũ : ut a prima face ad altã noctem urbanæ turres ſint feſtis luminibus: multifariamq; lætitiis operatæ . Poſtremo indicta eſt ſupplicatio uniuerſæ ciuitati ad auream ædem: eſtq; pridie idus aprilis hoc maxime modo ſupplicatum:totũ areæ ſpatiũ:quod foro: marcianæq; ædi obiacet can-

dido pãno procerioribus tignis impoſito:eſt ad tempus coopertum: Ex turri maxima:
quæ foro iminet nauales exuuiæ circa faſtigium pependere: ſupra aureæ ædis ueſtibu-
lum duo in extremis frontibus publica uexilla ex auro:& purpura præfixa:mediaq; in-
tercapedine circa aureas quadrigas:quæ inproceſtrio templi alacri ſtatu prominent ſi-
gna plæraq; publica ex eadem materia : ſed iis data:qui maris imperio aliquando præ-
fuerunt.Longiſſimam columnarũ ſeriem ueſtibulo impoſitam:aureus texit pannus:ab
epiſtiliis ad baſes:nec ædes aureo phano circuniectæ conſueto in eiuſmodi ſpectaculis
ornatu caruerunt:compleuit frequens multitudo patentem arcam: ac quicquid uacui
ſoli uſq; ad Geminiani phanum:& geminas colunnas longe lateq; templo praiacet:nã
plæriq; mortales ex Patauio:& finitimis urbibus huc ſpectandi ſtudio confluxere. Eſt
Barbauare hæc ciuitas una omnium:quæ hodie ſunt in terris(abſit uerbo inuidia)ſacra
rum cerimoniarum ſtudioſiſſima:& ueræ pietatis cultrix: habetq; collegia tot fere nu-
mero:quot ſunt opificum ordines.Sed quinq; omnium celebritate: & opibus præſtan-
tiſſima:horum publicæ charitatis primum omnium pompã intulit:Quinquaginta au
rea candelabra cum cæreis:ex rubenti cæra ordinem præceſſere: mox auricomi pueri:
uerſicoloribꝰ alis:purpureo ſuccin amictu:eoq; aureo circa imũ fibriato:hi aureas phia
las manibus habentes:illi thyrſos in Amalteæ cornu ſpeciem inflexos. Lyricines horũ
ueſtigiis hærebant:& qui himnos ſuauiter canerent:illata inde pegmata duo:quorum
uno Noe:quem Ianum poſtea Italia nuncupauit:& Dauid rex:æquata fronte eodem lo
cati erant throno.Purpureo hic:ille ceruleo pallio amictus:hic plectrum tenens:ille ar
cam:qua fuit cataclyſmo ſeruatus: haud dubio diuinarum:humanarumq; rerum argu
mento:& in horum conſpectu Abigail camelum quadrupedem trahens triticea ſpica:
omnifariamq; delitiis honuſtum. Erantq; in pegmatibus ipſis : uelut modulatus quĩ
dam greſſus:ut cum præcedenti choro pari motu procederent. Maius in alterum fuit
ſchœma.Italia uirginali habitu:cæterum uenerabili ſpecie:aureaq; palla fulgens:& ue-
xillifero ſiſtro hinc ſubnixa:inde leua ciconiam auem tenens: manifeſtarium concor-
diæ uotum.Dextrum illi Venetæ urbis ſimulacrum: leua parte Liguria:tam hæc:q̃ il-
la aureis comis:aureaq; palla inſignis.Hæc anguem. Illa aligerum leonem:aureo ſcuto
fouens:mox a tergo eminentiore throno tres pari habitu uirgines Alexandri Ro.Pon
tificis. Maximiniani:& Hiſpaniæ regum ſigna præ ſe ferentes:nec multum hinc diuer
ſus alter fidicinum chorus ſecutus:inde ordo ingens ad ſex cẽtum raſis ueſtibꝰ amicti:
totidẽ fere numero ſunt ſingulis collegiis aſcripti:multo plures adhuc futuri:niſi cau-
tum eſſet lege:ne maior adhiberetur numerus:ſingulis ſuus erat rubẽs cæreus:eſt enim
collegii huiꝰ peculiaris rubẽtis cæræ color: ut miſericordiæ: quod proxime ſequebat:
uiridis:pegmatibus dumtaxat ademptis:cætera nihilo inferiore apparatu:cõcentus eſt:
& genti plures uirenti palla:aliiſq; cæruleis ſociorũ principũ inſignia ferentes topiariis
operibus inſerta: habuit:& Rocchianum collegium plura relatu digna ; & in his terræ
globum ſocialibus ſignis circunquaq; figuratum:ſed Marciani multo luculentior fuit
pompa: utpote quinis pegmatibus inuecta:quorum ſingula fœderatorũ regũ:principũ
q; ſuas habuere effigies:& cũ his miniſtros:ſignaq; ĩ auro affabre celata.Nec Zebedeiis:
qui omniũ nouiſſime ĩ apertum ꝓceſſerunt: ſuus defuit apparatus. Maior inde religio
oculis admota Gymnopodes primi longo ordine preces ſupplicarũt: mox & Minorita
ni:& ipſi ex aſiſiatis Franciſci familia:hi quoq; uirtutum præ ſe tulerunt ſimulacra quæ
dam cum fœderatorum inſignibus puerorũ choro in altos genios trãſfigurato.Hoc he
remitani.Hoc Carmelitæ:aliæq; ꝑmultæ religionũ ſectæ: quarũ tãtus eſt hic numerus:
ut nullus ſit in terris:tam uetus:aut recens iniciatorum ordo:qui non hodie in hac ur-
be cenſeatur:Mitto quinq; & ſexaginta urbani cleri collegia:quæ totidẽ tẽplis ſub ple
bano antiſtite diuinis opantur. Mitto uaſa ſacra & prophana:præcioſã ueſte:ũbellas &
alia ſacroꝝ ornamẽta lõgo ordine p̃lata:q̃ ſi ꝑ partes ſint mihi explicãda:uoluminis ma
gnitudinẽ iplebit hæc epiſtola:nec oĩa tamẽ fuero cõplexus.Hoc itaq; apparatu a tertia
diei hora ad meridiẽ eſt ad aureã ædẽ ſupplicatũ:traductaq; lõgiſſimo ordine eſt huiuſ-

modi pōpa añ ꝑncipis & legatoꝝ : q̄ ex oī ſere xp̄iano noīe aderát:totiuſq; ſenat⁹ oculos:qui ad multū diei:tēplo egreſſi. Auguſtinus princeps:cū legatis:& magna parte patrū eo:quo cæteri ordines:ſolēni circūactu ad templum reuerſi: ad aram maximam: ad quā Ro. Pont. per diem adeuntibus:plenam conceſſit ueniā: ſolēni more ſupplicarunt. Princeps : & ſenatorum pars non parua in auro conſpecta eſt : cætera multitudo purpura: & cocco uſa : & hæc interdiu . Nox:quæ ſpectaculum proxime ſecuta eſt : luminibus aliiſq; publicæ lætitiæ ſignis maiore ex parte exacta: adeo : ut cum hanc epiſtolam ſemiſomnis clauderem:adhuc ſonitus & clamor:ex turribus:& tota urbe circūſonaret aures. Vale:& da operam:ut tuæ ad me litteræ non multo poſt perſerantur: niſi qui tādiu arpocratē egi:dignus ſim: qui in angeronā inciderim.

.M. ANTONII SABELLICI EPISTOLARVM FAMILIARIVM. LIBER SEXTVS.

.M. Anto. Martino Arbenſi.

e

T ſi officium mitti non debet in quæſtum:nullum tamen eo eſſe quæſtuoſius poteſt:quo amicitia paratur:quale fuit nuper illud:quod tu uir clariſſime in Marii filii mei negocio: mihi præſtitiſti. Vix credas:quam ſit mihi gratum: quod tu uir iſta dignitate:& eruditione:tātum laboris mea cauſa adieris: ut nō ſolum id negocium libēter ſuſcipere dignatus ſis: ſed totis etiā uiribus elaboraris:ut ex ſentētia nobis cōficereť:ſim ego oīno ingratus:niſi tātū tibi omni tēpore debere uelim:quātū homo homini debere poteſt:ſpero amicitiā hāc:tuis auſpiciis initā:perpetuis incremētis auctū iri:id ut fiat:eo plus eſt mihi admittendum:quam tibi:quod uix tam officioſum ſit gratiam conſtituere:quam turpe:& inuidioſum non recipere:aut receptam non tueri : ſed cur non tuear:aut cur non potius is ſim:quem tu tuo officio:& beniuolentia eſſe uoluiſti:quiq; gratiam hanc per te auſpicatiſſime incohatam: non ſolum augere poſſim : ſed ad poſteros etiam illuſtrare. Vale:& hoc tibi pſuadeas uelim ex oibus amicis: quos tua uirtus tibi cōciliauit:qui plenius Sabellico ſit tibi in amicitia reſpōſurus eſſe neminem.

.M. Anto. Mario ſuo.

m

Itto ad te oloſericū pannum:mitto:& aureū unum:& quattuor argēteos denarios. Tu niſi parcius agas:tua deſideria diutius ferri non poterunt: ſed tantum cupias uelim:quantum patris cōmodo te impetraturū ſperes:nemo niſi improbus ita uoluptati ſtuduit:ut modū obliuiſceretur. Credo te nō ignorare:ad quid iſtuc te miſerim:quod quum ita ſit non poſſum non uæhementer dolere:neminē eſſe:qui nō te deſidiæ accuſet:unoq; ore prædicent amici: & inimici: ſi qui ſunt: non tibi ingeniū deeſſe ad profectū:ſed uoluntatem. I nunc:& ex his collige:quantū intēpeſtiuæ deambulationes tuæ exiſtimationi conferāt. Sed tu fac:ne ſurdis hæc ſcripta uideanť ; ac poſthac tuos paſſus diligētins metire. Nouellini negocium paucis diebus expediam ; quem ſac meo nomine cum tota domo ſalutes. Da operam:ut ex tuis litteris cognoſcā ; hæc:quæ mittimus:fuiſſe ad te perlata. Vale.

.M. Anto. Nouellino.

e

Rā ego de filii inſtitutiōe uehemēter ſollicitus:nūc nō poſſum nō & moribus timere: poſteaquā illi materiā quæſitā audio:uel potius oblatā ad delirium:& inſaniā:multi quidē ſuo ingenio peccant:ſed plures omnino exēplo. Tu pro noſtra mutua beniuolētia uide quæſo:ne uno tempore ꝓfectu:& moribus periclitemur: Quod:ne accidat:tua poterit auctoritas cauere. Cubet mihi filius humi potius quā hic: ubi animus corrūpať:malo eū gallico morbo quā uitiis cōtigi. Sit:quod tuo commodo fiat:ubi uis potius quā ī eo cubiculo:ī quo typū:ut mihi dicit:intueať uoluptatis. Vale.

.M. Anto. Franc. Ferr.

g

Ratulabar nuper Caſtellino meo abſenti : & ſi ſero gratulabar : illi tamen nouumque dumtaxat connubium: & quod puellam eleganti forma ſibi matrimonio iunxiſſet; uolebam id ei fœliciter euenire. Cæterum

ea gratulatiōe:quæ omnium erat maxima: maximeq; neceſſaria totius rei ignarus:neq;
a principio ſum uſus:neq; me uti oportere arbitrabar. Verum poſtea quā ille eſt hic me
cū locutus;longūq; de tuo igenio:& eruditiōe:apud me habuit ſermonē:ſecut⁹ hoīs mi
hi familiariſſimi teſtimonium:gratulatus ſum illi coram quod in noua affinitate tan-
tam ſit nactus indolem. Teſtatuſq; ſum incredibili me tuarum litterarum deſiderio re-
neri. Eramq; ego iam omnem in te moram ægerrime laturus:quum omni noſtra expe-
ctatione celerius: ſororii tui frater:tuas mihi reddidit litteras:in quibus:ut breuiter di-
cam:nihil me præter breuitatem offendit. Cætera mirifice placuerunt:uenuſtas: ſplen-
dor:elegantia:& ut in uniuerſum de tota re dicam: nihil eſt in te: quod non ad lumen
ſpectet eloquentiæ. Sed tu amice enitere:ac quantum potes da operam: ut in hac dicen
di laude:ad quam natura tibi manifeſtum monſtrat iter:quam emendatiſſimus euadas:
Habes iſtic Maturantium:uirum clariſſimum:habes alios:& ad dicendum:& præcipien
dum longe principes:illos audi:illos intuere:illis ſemper hæreas:quoad tui te profectus
non pœniteat:nec prius pœnitere debebit: quam perfectū & ſingulare:ſi fieri poteſt:di-
cendi genus fueris:per eos:conſecutus:me certe habebis ſemper: cui ob caſtellinum me
um:& quia ſupra quā dici poſſit naſcenti laudi faueo:æque ſis ac patri chariſſim⁹. Vale.

M. Anto. Mauritio.

Vantum chriſtianam rem iuuerit Io. Scotus conterraneus tuus:& confirman-
q do noſtra:& aliena refutando:doctiſſimorum hominum conſenſus:ne omni-
um dicam gentium:plane demonſtrat:Mauriti uir pientiſſime : nihil ſane ha-
bent diuinæ litteræ:tam obſcurum:arduum:& difficile:quod uir ille:non ſubtili:& pera
cuta indagine depræhenderit: depræhenſumq; non ita in utranq; partem diſputarit:ut
ignem & aquam ferre dici poſſit: tam preſſus interim:tam grauis: tam denīq; a uulgo
remotus: ut ſæpe delio indigeat natatore. Cæterum tanta ui diſputat: tam ualidis niti
tur rationibus:ut eius ſcripta habere uideantur oraculorum inſtar:ſitq; ipſe per hæc cō
ſecutus:ut Metaphiſicæ diſciplinæ habeatur omnium peritiſſimus. Sed quo clarior Sco
tus:atq; utilior eo minus ferendum fuit:quod illi⁹ theoremata metaphiſicæ quæſtio-
nes:materiaq; de primo principio accuratiſſime diſputata:in occulto iacerent: dubium
incuria hominū neglecta:an quia hæc ita mēdoſe legerētur:ut nulla tā diligēs recogni
tio adhiberi poſſet:ut tuto in apertum ingredi poſſent. Sed quo conſilio alii ab eo nego
cio abſtinuerint:difficile eſt iudicare. Tu quidem ſatis humane: & pie feciſti:qui quum
in hæc Scoti:popularis tui:munimēta incidiſſes:ne diutius in tenebris iacerent:multo
ſtudio:& diligentia recognoueris ; eoq; impenſius id feceris:quod ita ab initio ſtatuiſ-
ſes:ut. P. Barotū Patauini antiſtitis nomine in publicum exirent. Iuuabit:ut ſpero:non
nihil tuam iſtam operam ; Octauianus Scotus : uir impræſſoriæ artis ſcientiſſimus:
uel quia eruditioni libenter fauet:aut quod eius gerat nomen:cuius ſcripta ab omni la-
be uindicantur. Vale.

M. Anto. Caietano.

Oleo pro noſtra neceſſitudine:quod in iſtam hominum intemperiem incide-
d ris. Sed tu quid amabo te in tam moleſtum certamen coniicis:in quo plus ua
let pertinacia quam ueritas:quin das te potius lenitati pueriles iſtas altercatio
nes aſpernatus ſeruiens muſis:& Apollini:nec id moneo quod uerear ne non par fu-
turus ſis inuidorum cōſpirationi : ſed quod huiuſmodi ineptis contentionibus nolim
te auferri:quæ:& ſi eiuſmodi ſunt: ut præferocem animum irritent potius quam fran-
gant ; ſollicitum tamen habere poſſunt : & ab intentiore ſtudiorum cura longius ab-
ducere. Addo conuicia:fœdamq; illam altercantium uelitationem : factu dictuq; pu-
dendā:ut merito ſtulti habeantur:qui tumultuoſis:iſtis cōgreſſibus ſint dediti:qui quū
agere ſe putant:ſatagunt:ſtrepitu pro aſſeueratione utentes:pro ratione conuicio:& cla
more:quo fit:ut quum maxime ſapientes haberi cupiunt:tum maxime rideantur. Sed
tu hæc multo melius uidebis:quum quietiore eris animo:nūc tantū dignitatē pſonæ
quā ſuſtines:fac tuearis; tueberis enim quā honeſtiſſime:ſi omnē maleuolorū obtrecta-

tionem riſeris : memineriſq; illud Sophoclis πρὸς ἔχοντα ο φθόνος ἕρπει ad Guliolam quam diligentiſſime de re ſcripſi:ſcribam & ad reliquos: quum uoles: de academia tibi aſtipulor:& ſi aduerſariorum opinioni ob ea:quæ a ſuida ſcribuntur : repugnare nõ auſim. Vale: & me quod facis ama. Venetiis.

.M.Anto.Guliolæ.

s

I idem uelle debent amici : atq; idem nolle:ut una credatur anima duobus corporibus ineſſe:haud dubium eſt:quin per te intelligas:quo te animo eſſe oporteat in eos qui ſint tuo Sabellico gratia:& beniuolentia:coniunctiſſimi.Daniel Cremonẽſis: qui Hunnii græce & latine docet:quãdiu Venetiis fuit:fuit autẽ totum ferе triennium:me officioſiſſime coluit:acceſſiq; ego haud inuitus ad eum amandũ:quũ propter ſingularem ipſius eruditionem:tum quia perurbano uiſus ẽ mihi ingenio: & ad promerendam gratiam accommodato.Nunc inuidorum quorundam conſpiratione indigne:ut audio:iſtic uexatur:ut iam propemodum impar ſit maleuolorum factioni:non litteris quibus abunde pollet:ſed πονηρία ut ſic dicam: quod eo magis miror:quo minus unquam euenturum putaſſem:ut in iſta ciuitate:quam perhumanam ſemper:& hoſpitalem expertus fui:plus liuor & obtrectatio paucorum: quam ratio & officium ualeret.Cæterum:utcunq; res habet:dignus eſt Caietanus:uel quia mihi amiciſſimus ſit:uel quia docti doctos ament :quem tu tuo patrocinio tuearis,: quod ut facias te moneo & hortor:ac ſi pateris: precor etiam:& obteſtor:uerum hæc ita poſtulo ut primariæ illius legis in amicitia non ſim oblitus.Scio enim & fateor: quod honeſtum ſit ab amico peti oportere.Defendes itaq;:ſi me amas:hominis dignitatẽ:ſed ita defendes:ut necui noceas:præſertim amicorum:alioqui uerſura fiat non lucrum in amicitia . Nam quod ad academiæ uoculationem attinet:unde primæ contentionis huius ſcintillæ exiluerunt: utrorumq; opinio auctoritate:& ratione:defenditur. Vale.

.M.Anto. Nicolao Sauorgnano.

f

Ormulam deſtinatæ dedicationis:non prius ad te miſi : plurium dierum morbo implicitus:nunc mihi paululum reſtitutus:& ſi oblucinanti ſimilis : pauca quædam commentus ſum in eam ſententiam:quæ tripartito modicæ pagellæ aſtruxi:ut ſententia:quæ omnium maxime placuiſſet:tuo arbitrioutereris.Ego:ut ingenue dicam:in nulla earũ mihi placui:ſed ea:quæ in extrema pagina eſt:minus offendor: ſi tuæ expectationi:in re tam parua:non reſpondi : id aduerſæ ualitudini dato:nõ uoluntati:Nicolaum noſtrum Patauii malim eſſe quam alibi:ut in horã ſciri poſſit:quid proficiat:eſt præterea ibi Calphurnius homo:moribus & litteris inſignis:cũ quo ſi eſſe non poterit:poterit tamen audire:quanquam:ſi maioribus eſt ſtudiis admouendus:tuto iam admoueri poteſt:puta me de eo ſcribere:quæ ſentio:ſed de ſtudii ratione:& loco:in quo eſſe oporteat:tu & eius pater:& cæteri domeſtici maturius uidebitis. Vale.

.M.Anto.Nouellino.

p

Oſt Marii reditũ nihil ad te ſcripſi aſſidua febre conflictatus: nunc paululum leuatus ſignificandum tibi exiſtimaui: ſtatuiſſe me: quod tuo commodo fiat: Marium ſequenti anno iſtic eſſe. Vix enim credas quantum in tua fide:& probitate:ſit mihi ſpei repoſitum:ut non minus tua ſit ille induſtria:& diligentia profecturus:quam eorum ductu:quibus eſt operam daturus. Quare uelim de tua uoluntate me certiorem facias:de qua:& ſi non dubito:tamen quum certior factus fuero:dabo operã ut circa idus ſeptembres ad te redeat:quin & ipſe ueniam:ut te uideam:ac de toto negocio tecum loquar. Vale.

.:M.Anto. Vergitio Rhithymneo

I

Egi uno ſpiritu Oreſtem:quem mihi cognoſcendum dediſti:uix credas quam ridicule me ea lectio ſuſpenderit:nam dum tuum ſequor teſtimonium:ac quodammodo te auctore ꝑſuaſum habeo:ſexageſimo ab hinc anno fabulam:in dacia repertam:inter uetuſtiſſima quædam Romanorum ſcripta:dum præterea lumina ibi haud pauca intercurrunt:meræ uetuſtatis æmula:propemodum adducor:ut credam

quod uis me credere eſſe id carmen haud noſtri temporis.Sed multo plura ſunt:quæ nõ
patiuntur:me temere tuæ de uetuſtate opinioni accedere:nec potui in aſſidua ſcribendi
occupatione totum carmen: per ocium:rimari.Verum quia poſtulas : ut de ea tota illiꝰ
figura in uniuerſum loquar: quod ſentio:tantum affirmare poſſum:aut ex recentioribꝰ
aliquem extitiſſe aliquando:qui multo ſimilior ueteribus fuerit quam iis:cum quibꝰ ui
xit:aut ſi priſcorum unus fuit:is certe habendus eſt:qui ex ipſo ſit carmine poeticẽ auſpi
catus.Vale.

.M.Anto.Doimo Decano Aquileienſi.

Go ꝓ mea in uos obſeruãtia:ſæpius te:uniuerſumq́ꝫ iſtum cleꝝ nouo antiſtiti
e cõmendaui.Nunc pietatis officio adductus:Ioannẽ Odorici editui ueſtri filiũ:
tibi diligenter cõmendo.Quanta is ꝓmatur egeſtate ſatis perſpicue intelligis:
rem mihi proinde gratam feceris:& a tua pietate non alienã:ſi eius recipies operam in li
bellis cõſcribendis:quæ ſub paſchales dies dabuntur iis:qui iſtic de more confeſſionem
fecerint:res quidẽ parua ẽ:ſed illi magnũ cõmodum allatura.Vale.

.M.Anto.Io.Carſio.

Vdio Nicolaum patruum tuum nuper uita deceſſiſſe.O triſtem nunciũ:o mor
a tem flebilem & calamitoſam:obiit ergo uir ille quo neq́ꝫ meliorem ullũ genu
it Valeria:neq́ꝫ dochorẽ:heu q̃ta periit ꝓbitas:q̃ta eruditio:religio:humanitas:
plus i uno amiſimꝰ q̃:aut dici:aut æſtimari poſſit:nullũ fuit ſanctioris diſcipliæ genus:q
uir ille omnium optimus non aliquo modo attigerit:nihil tam arduũ & difficile:de quo
non ſubtiliter & accurate diſputarit:qualis illi ſermo:quam cultus & ſuauis:quanta diui
norum eruditio.Hieronymi admirator.Auguſtini fautor : omnis theologicæ facultatis
æmulus & aſſertor diligens:Age uero:& qua pietate decrepitos fouit parentes:qua chari
tate propinquos.Quid patriæ commodis & ornamentis non ille dedit?Quid non hoſpi
tibus & amicis datum uoluit?Quam ſuauiter & ſancte domeſticorum conuiuiis intereſ
ſe:ut ad omnia quæ fierent non doctus:ſed natus uideretur:ſolebam ego admodũ ado-
leſcens illum officii cauſa quottidie adire:ac fere matutinis horis: nũq̃ nõ diuinis ope
rantem inuẽni:aut intentius ſtudentem:deambulabat inde per horam:& amplius inuiſe-
req́ꝫ paterna prædia oppido propinqua:nec ullus interim in itu aut reditu:niſi de diuinis
rebus erat illi ſermo.Quid æquanimitas homini ingenita: Quid ſingularis innocentia:
neminem ſciens læſit unquam:ut dicere ſolebat:nulli hominum inuidit:homo nil male
cogitans:nihil qđ non ſanctum & honeſtum eſſet appetens: dignus qui nõ modo Ciſter
cienſis ferret abbatis nomẽ:ad Victoriæ quæ in Marſis ante fucinum iacet:qui ſutrinꝰ
deſignatus eſſet antiſtes:ſed qui multo maiore fortuna uſus eſſet.At ſatis habuit:q præ-
ſenti ſorte contentus uixit:homo natus ad pietatis cultum:non ad opes & diuitias poſ-
ſidendas:Gratus patriæ:iucundus amicis:omnibus uenerabilis : dignus cui longior uita
contigiſſet:ſed ſatis longa contigit:quæ honoris fuit plena:fuit & dignitatis.Vale:

.M.Anto.Sanctonino.ſuo.

Etrus Faſeolus qui has tibi attulit litteras:uetus eſt hoſpes meꝰ:ac præter ho
p ſpitium religioſa quædam itercedit mihi cum ipſo homine:neceſſitudo:& eni
quid mihi coniunctius eſſe poteſt:aut debet hoc homine:cũ quo uiginti & am
plius annos tam coniuncte uixi:ut fortunæ etiam propemodum indiſcretæ ambobꝰ fu
erint:hæc ego omnia collegi:ut non ignorares quam oporteat me de commodis Faſeoli
compatris mei eſſe ſollicitum:& ſi ſuperuacuum uideri poſſit: ad te de his ſcribere : qui
omni tempore tam amicus utriq́ꝫ noſtrum fuiſti:quam nos ipſi iter nos fuimus. Quod
quum ita ſit breuẽ eſt:quod pro noſtra amicitia a te peto:ac ſi pateris:ſũmis etiam preci
bus contendo:ut Faſeolum noſtrum:qui ob prædia:quæ in ueronenſi poſſidet:multa &
uaria habet in iſto foro negocia:in omnibus tueare:ac ſi quid ille ab humanitate tua ali-
quando petierit:petet enim nihil:ut eſt homo uerecundus:ac pudoris plenus : quod nõ
idem æquum ſit:tuæq́ꝫ dignitati conducibile:ita commendatum habeas:ut nihil obſcuꝛ
intelligat:ſecundum eam conſuetudinem:quæ tecum ſibi intercedit:nullius comẽdatio-

nem apud te plus ualere potuiſſe:quam eam:quæ a tuo ſit ſabellico profecta .Ex omni-
bus officiis: quæ & multa:& magna mihi præſtitiſti:erit hoc certe maximum : ſi tantũ
homini accommodaris ac deferes:quantum noſtræ amicitiæ ſemper delatum uoluiſti:
Scriberem ego de hac re plura:niſi certo ſcirem te tua ſponte omnia ipſius Faſeoli cau-
ſa eſſe facturum.Sed utcũq; res habet:pergratum mihi erit intelligere :tantum apud te
hanc meam commendationem ualuiſſe:quantum & ipſe credidit:& ego ualituram pro
miſi.Vale.

.M.Anto.Bonomio Tergeſtino.

T quod præſens antea me multum amaris:& nunc abſens:quod tuæ mihi lit-
e terae ſignificant:uehementer ames:deſq; ſedulo operam:ut ex ueteri amicitia
noſtra nihil deperèat.Agnoſco Bonomi mi tuam humanitatem:agnoſco & of
ficium tam dulce mihi quam optatum.Nec abs te homine amiciſſimo potuit hoc tem
pore in me aliquid:aut gratius:aut amabilius proficiſci:quã quod ex omnibus:per quos
Antonius neceſſarius & propiquus tuus proficere poſſe uidebatur:me unum uelut alte
rum Iſocratem uulgo exemeris: cui illius inſtitutionem crederes : tuã haud dubie in me
beniuolentiam & amorem:non ſtudiorum meritum ſecutus.Potuit fateor tuum iſtud d
me iudicium:ſi iudicium dici debet:& non immodicus animi affectus : omnia a Sabelli-
co impetrare:niſi neceſſitas:cui nulla uis repugnat:tibi id negaret:cui nihil unquã nega-
tum uolui.Et enim quod adoleſcenti ipſi noſtrum non defero contubernium:non tam
uoluntas deeſt:quam facultas:Exorſus iam quinto ab hinc anno omnium gentium hi-
ſtoriam:longiſſima rerum ſerie:uelut immenſa quadam nauigatione actus:eo demum p
ueni:ut qui antea nihil uidebam præter coelum & aquam:nũc terram ex alto ſpectare i
cipiam:aut certe me ſpectare putem. Sexageſimus rerum humanarum liber nunc eſt in
manibus:ac quantuſcunque ex tam longo opere adhuc eſt labor hauriendus:hunc ipſũ
libens in arctum comicio eoq; intentius id facio:quo noſtræ humanæ fragilitatis quã
cæterarum rerum neſcio quonam modo ſæpius admoneor. Cæterum:quia neq; in ipſo
adoleſcente:neq; in aliis inſtituendis tam quæſtus mihi quærendus fuit quam gratia:rẽ
indignam uiſus eſſem mihi facere & a noſtris ſtudiis ualde alienam:ſi quid de eo reciperẽ
auſus eſſem:quod per maiores curas præſtare non potuiſſem.Viuo itaque ſolus:ut The
banus ille Threſias phœbo & muſis ſeruiens:uiuoq; Bonomii mei ſemper memor.An-
tonius ſiue hic erit ſiue alibi:mihi tua cauſa certe erit ſemper tam charus:quam fili⁹ pa-
tri.Vale.

.M.Anto.Fortunio ſuo.

Vanto me dolere affecerit acerbiſſimus cõiugis tuæ amãtiſſimæ caſus:de quo
q ad me ſcribis:tu Fortuni mi:qui non ignoras quãtum te diligã:multo melius
conſiderabis quam ego queam ſcribere. Doleo ego multũ ac plus fortaſſe quã
æquum ſit defunctæ uicem.Fuit enim mihi propter te non minus:ac tu:dum uixit gra-
ta.Sed quum te contemplor incredibili afficior dolore.Mortalis erat illa : & ſi admodũ
puella:mortalis tamen:atq; ea lege nata:ut aliquando fatali pareret neceſſitati : cui tan-
tum abeſt:ut in morte mali aliquid aut miſeri acidiſſe exiſtimem: ut beatiſſimã ẽt eſſe
putem:quæ tum uitam cum morte commutarit:quum tibi parẽtibus:liberis:omnibuſ
q; domeſticis fuit periucunda:& enim ſi ſupremus eſt dies:qui de omnibus iudicat:non
uideo cũr mors grauis huic eſſe potuerit:cui tum maxime mori contigerit:quum nihil
habuit quapropter mortem optare debuiſſet:& nunc illa humanis ſoluta curis per Eli-
ſium forte errat:non futurorum ſollicita:non quantum uitæ egerit perteſa:quin aman-
tiſſimi potius coniugis memor nihil minus abs te quam lugeri uult : nihil minus optat
quam ut ĩmortalitati:quam nunc demum eſt adepta:dolendo inuideas:tantum precatur
ut chariſſima illa mutui amoris pignora:quæ moriens tibi reliquit:perpetua foueas pie
tate:hæc ames:colas:inſtituas:his utriuſq; uicem parentis tribuas : ſcriberẽ plura in hãc
ſententiam:niſi repens luctus animum occupaſſet:coegiſſetq; me hæc ſcribentem:uel ſo
lo rei admonitu tuis affectibus dare lachrimas:ut qui nuper ad ſcribendum ueneram:ut
te mihi amiciſſimum conſolarer:ipſe iam propemodum conſolandus ſim.Sed quod ad

te attinet:multa quidem erant: quæ & ipſe tibi præcipere poteram : & a ſummis etiam philoſophis iam antea præcepta enumerare:quibus inſtructus haud plus nimio tibi dolendum eſſe ſcires:nec tam immoderate dolorem hunc ferres:ut tempꝰ expectari oporteat:quo uulneris huius cicatrix obducatur:quin ratio potius illi obiicięda:qua niſi in huiuſmodi caſibus utamur: humanæ imbecillitatis haud dubie obliti uideri poſſimus indigni:qui a uulgo credamur aliquid diſtare:ſed ex eorum potius numero eſſe:qui falſa opinione imbuti ſe:& ſua:extra omnem humanitatis aleam eſſe oportere exiſtimant :quo non minus turpe prudenti ſit uiro credere quam ſtultum opinari . Vteret ego longiore adhuc epiſtola:quoad te in ſententiā adducerem:niſi certo ſcirem eum te eſſe:qui non tibi tantum:ſed aliis quoq;:quum opus ſit:poſſis optime conſulere:ſupereſt igitur:ut quātum potes enitare :ut obitum dulciſſimæ coniugis ita te tuliſſe audiam:ut non dearum unam:quæ mori non potuerit:tibi matrimonio iunctam crediđiſſe uidearis. Sed qui cōiuge adempta:tam pulchre eam iacturam ferre poſſes:quam tua uirtus & perſonæ:quā ſuſtines:dignitas poſtulat:Adoleſcentem:qui cum tuis ad me litteris uenit:quum tua:tū Bonomii uiri clariſſimi cauſa libens excepiſſem:niſi ita ſtatutum haberem:procul ab omni negocio eſſe:quoad inexhauſta hæc ſuſceptæ hiſtoriæ ſeries fuerit ad exitum perducta.Et nunc ſexageſimus eſt liber in manibus. Vtinam aliquando portum teneamus. Vale. Venetiis poſtridie idus februarias.

.M.Anto.Palladio Nigro.

q Vod ad te ſcriberem:nihil certe erat:ſed quia me ſcribere uoluiſti:erit omnino aliquid.Amicus ille(ſcis quem dico) deſtitutus deſtituit:multi ad primos eiꝰ perfectionis rumores ſe ex alto candidatos oſtendere:turbaturi haud dubie comitia:ſi in campum deſcenderint:ambire quidam ſine rubore:nō pauci ſabellicum intueri: in quem potiſſimum ſuum inclinaret ſuffragium:& iam appetebat comitiorum tempꝰ: quum ex ſauorgnanis fratribus unus in aurea æde mihi forte oblatus : quærunt Hūniēſes inquit præceptorem:ſed tui ſabellice quam ſimillimum .Iam iſtud reſpondi:in expedito eſt:Palladium accerſite:faxit ille haud dubie:ut aliquando ſabellicum minus deſideretis:tum is.Fac inquit hunc miſſum:& alios loquere:dolui ego non mediocriter:quod parum fœliciter hominis:mihi amiciſſimi:tum primum illata eſſet mentio:ſubieci tamē alios quoſdam:ſed partius a me laudatos:Paucis inde diebꝰ:quum ſauorgnani fratres adhuc Venetiis eſſent ex carnorum ora nobis nuntiatum eſt: Vranium cum filio Hunnium accerſitos:tuliſſem ego eam rem iniquiore animo:non:quia non illis:ut omnibꝰ:uellim bene eſſe.Sunt præterea ambo non uulgari eruditione uiri:& ob eam rem ciuitate illa digniſſimi:ſed quod apud alios(id quod ſane facturus eram)res ad eam diem non mora a me eſſet.Quanquam tute ita uelle conniuebas : qui mihi per litteras ſub id tempus ſignificaſti:nolle ineptire amplius.Sed Cipici antiſtitis auctoritatem ſecutum uelle Romam proficiſci:probo ego uehementer id conſiliū:ac tibi fœliciter euenire uolo:Quod in luce hominum deſtines:non inter pueros:conſeneſcere: Verum ubicunq; fueris:illud tibi perſuadeas uolo: nullum unquam tempus futurum:quo Sabellicus nō ſit de tua dignitate cogitaturus .Nunc quando:quid noſtræ muſæ agant requiris:quadrageſimus rerum humanarum eſt in manibus:ſumuſq; iam eo meliore ſpe:quo propinquius portum annauigamus:portum dico non minus mihi optatum:quam Itacenſi fuit Vlixi. Vale.

.M.Anto.Palladio.

n Ouas in Plinium obſeruationes:nec habeo:nec habere cupio : quippe quæ tantum in me ſtomachi ſecum attulerunt:quantum a nullo inimicorum unquam expectaſſem: & enim dum ea quæ in Plinium ſcripſi:labefactare uult illarū auctor:omnes ſui ingenii uires non ſolum exercuit:ſed perdidit. Tu optimꝰ eris iudex:quā frigide omnia dicantur:quod utinam illi longior uita contigiſſet:ut quæ maiore ſtomacho quam iudicio in nos ſcripſerat: ex noſtra defenſione mutare potuiſſet:miſiſſem ad te defenſionem cum recriminatione plurium locorū:niſi impie uiderer mihi facere:ſi eū laceſcerem:qui in humanis deſiit eſſe:noſti credo illud . τον τεθνικότα μὴ κακολογῖ.

Litteræ iam ſcriptæ:& obſignatæ erant:quum eum uita deceſſiſſe:nunciatum eſt:quan-
quam nihil in ea defenſione fuit:quod non prudenter & officioſe ſcriberetur. Volumi-
na eius lucubrationis:quam pauciſſima ſunt Venetias delata : labor ingens : ſed in quo
multi iudicium deſiderant.Quod Romam peſtilentia laborantem hoc anno adire nolis:
recte facis:atque ego ne accederes iam tibi per litteras ſuaſiſſem : niſi ueritus eſſem : ne
omen facerem:perge igitur:iſtic eſſe:quoad peſtilentia remiſerit ; ne quod cæteri fugi-
unt:ſequi uidearis. Vale.

.M. Anto.Nouellino ſuo.

Arius noſter periucunde eſt nobiſcum feriatus:his paucis diebus: nunc Pataui
m um negocii:ſi ſapiens eſt:non ocii gratia repetit. Affertq; tibi nummos aureos
decem:quos priori ſummæ adiicies ; ſunt:niſi opiniõe fallor:aurei triginta:quos
pro contubernio anni huius ad te miſi ; & ſi perpauci argenteoli deſũt:decem credo:aut
duodecim:qui bona fide tibi:ſuo tempore:repreſentabũtur.Mitto præterea ſcorteos ſpe
cierum ſacculos quattuor ad tuam ; & fratris tui:uiri optimi:potius quam filii:culinam
inſtruendam:& enim uero pueri ſatis edax natura eſt : nulliuſq; ientaculi indiga :per ſe
enim ætas illa ſuauiſſime ueſcitur:mitto & medica mala:quorum ut Marius mihi dicit
iſtic penuria laboratis.Sunt hæc fateor admodum parua:nulliuſq; ponderis:ſed rem to-
tam commendabit Nouellini mei humanitas:quæ nihil in amico ſolet ; præter animũ
ſpectare. Vale:& per amicitiam noſtram rogatus; da operam:ne filius quantum tua idu
ſtria & diligentia eius profectus iuuari poteſt:me uana fruſtretur expectatione:quod nõ
magis mihi miſe℞ ſit q̃ tibi:& amicis:qbus eum credidim⁹ inuidioſum.Ite℞ Vale:& fac
quæſo :ut ex tuis litteris intelligam:te pecuniam accepiſſe.

.M.Anto.Guliolæ.

Idiſſem te libẽter:quum nuper Venetiis fuiſti:ſed tua an mea culpa ſit factum:
u qđ neuter alte℞ uiderit:poſtea quærendũ puto.Nũc pro noſtra mutua beniuo
lentia oro te:mi Guliola:& obteſtor plurimum :ut quemadmodum mihi per
litteras amici filium comendaſti:fuiſtiq; auctor:ut contubernium ei deferrem ; pari af-
fectu meam aduerſus illum ſuſcipere uelis cauſam. Abiit hinc bonus adoleſcens me in-
ſcio:quum non paruam deberet mihi pecuniam:pro domeſtica inſtitutione ; quis in eo
erudiendo fuerim:ipſe optimus eſt teſtis.Sunt:& qui cum eo tunc apud me inſtituebā
tur.At pro induſtria:&diligentia:quam illi præſtiti:iam annum propemodum,eſt præ-
ceptorem uana expectatione ludificatus:quem turpe eſt:ne impium dicam:ſua mercede
fraudare.Miſiſſem ad te litteras:quas publice ad prætorem urbis impetraui;ut adoleſcẽ
tis patrem pro poteſtate cogat:ad eam pecuniam :quam mihi ex ſtipulatu debet:perſol
uendam: miſiſſem & chirographum meum ; quo totum tibi permittimus negocium:ſi
quid facturus eſſes:perſpectum habuiſſem. Tu:ſi me amas:& ſi a me amari non ignoras:
caue in re æquiſſima tuo deſis ſabellico.Quod ſi maioribus curis occupatus ; id minus
præſtare potes:gratiſſimum mihi feceris :ſi continuo de tua uoluntate ad me ſcripſeris:
ut tua deſtitutus opera alium mihi quæram patronum. Vale.

.M.Anto.Catalutio Fratri.

Vod ad te diu non ſcripſi:Italiæ ſtatus fuit in cauſa:turbulentaq; temporũ con
q ditio.Nam omnibus bello ardentibus neque ad te ſcribere potui:neque debui.
Nunc quia pacatiora ſunt omnia:reſarciam longum ſilentium frequentia litte
rarum:ſi tu cum omnibus tuis uales:bene eſt:ego dei benignitate recte ualeo: de ſtudiis
noſtris:quia longum ſit:totam illorum rationem tibi litteris explicare: tantum habeto
eſſe nos propemodum adeptos:ut ſi non uirtute orationis:at ſcribendi uoluntate inter
ueterum ſcriptores(abſit uerbo inuidia) habeamur. Et ne magis loqui magnifice:quam
facere uidear:mittam ad te paulopoſt quattuor & ſexaginta humanarum rerum libros:
quos a prima mundi origine ſcribere adortus:magna quidem ſpe:ſed maiore adhuc ſuc
ceſſu:ad Romani imperii inclinationem perpetuo texui hiſtoriæ filo:opus aliorum iu-
dicio inexhauſtum:ſed meo longe laborioſum. Vicit tamen labor:uicit & induſtria tan

tæ rei magnitudinem:ſed tu de tota re poſtea iudicabis. Quod Ariadnam noſtrã ex tua
meaq; ſententia matrimonio locaris:plurimum gaudeo : tibiq; abſenti abſens gratulor:
& quod iſta noua affinitas tibi & aliis bene uertat:cupio uehementer:& opto .Quod co
gites ad me uenire : & quod gener tuus:qui æque ac tibi eſt mihi charus:ſit & ipſe breui
uenturus:ut igenue dicã:nõ placet:præſertim ante meum ad uos reditũ.Statui enim hoc
anno(uiuamus modo)Romam uenire:ut apoſtolorum limina inuiſam: ut te & alios cõ
plectar:iuuemq; uos ambos in perſoluenda filiarum dote: quod octauo ab hinc ãno pol
licitus fui.Interea:neq; tu:neq; alius ad me ueniat uolo:niſi forte uultis omnem meorũ
conſiliorum:deſtinatiq; reditus rationem peruertere .Quod ſi uidendæ urbis huius ſtu-
dio tenemini:poſt meum iſtinc reditum:erit tibi : & omnibus integrum ad me:quum li-
buerit:uenire.Marius pulchre ualet:& iam alterum ãnum Patauii dat philoſophiæ ope
ram:cogito eum quoque mecum ducere:ut tibi & aliis ſit notior.Videbitur ſpero uobis
omnibus noſtra familia non indignus.Vale:& Mariotum noſtrum:Antoniam tuã:Adri
anam: & domeſticos omnes ſaluta.

.M.Anto.Nicolao Cumanico.

Bſeruaui horam:& hominem produxi:de quo ex occurſu locuti fuimus.Sed tu
o maius ſecutus negocium:aut certe negocii oblitus poſtridie non affuiſti:Dixe-
ras Cumanẽſes tuos quærere:qui publice ſuos inſtitueret liberos.Ego tuorum
ciuium tuæq; uoluntatis ſtudioſus hominem frugi: & impenſe doctum me uobis datu-
rum ſum pollicitus.Cæterum:quia te abſente nihil tranſigi potuit:uiſus ſum mihi nihil
inepte facere:ſi per litteras ex te peterem:quid facto opus ſit ; oporteat nos tuum huc re
ditum expectare:an iſtuc publice ſcribere.Nam quod ad præceptorem attinet:ſcio ego:
& affirmo fore:ut tu mihi:tibi ciues tui quandoq; gratias habeant:& agant:quam maxi
mas:quod te auctore publicum ex omnium ſententia ſint præceptorem adepti . Quare
te oro: & obteſtor:ut continuo mihi:per litteras:ſignifices:quid nos facere uelis . Vale.

.M.Anto.Harmonio.

Vibus tibi uerbis agam gratias Harmoni non reperio:qui ſabellicum tuum iã
q octauum annum nil præter cœlum:aquam:& parietes intuentem non patiaris
agreſtibus delitiis fraudari:feciſti id quidem ſæpius:& nunc ſedulo facis:ut ex
tuorum piſanorum Ateſtenſi autunni primitias ad me mitteres. Accepi uuas:quas tuus
puer mihi attulit:Hymetii mellis æmulas : factum eſt tuo munere:ut neque tibi:neque
uillicantium cuiquam:præter umbram & fontes:inuideam. De negocio tuo:quod ad te
ſcribam:nihil eſt.Abeſt rei auctor iam plures dies:nec abſens dedit ad me litterarum ge
quam:quibus ſaltem doceremur:quid oporteat nos ſperare:ſiquid inde fuerit allatum:fa
ciam te continuo certiorem.Impreſſoria ualde feruet officina:proceditq; fœliciter opꝰ.
Nihil eſt Democrito tuo frugalius : dignus eſt:qui ab omnibus ametur.Vale.

.M.Anto.Hieronymo Squarciafico Alexãdrio:

Vdio te ex cypro Italiam repetentẽ a prædonibus captũ :,grandiq; pecunia:quã
a honeſte tibi parauera:ſpoliatum:errareq; nunc Calabriæ urbibus ſeminudũ:
Doleo ego æque ac debeo:quod tibi humana uis omnia ademerit:ut Ithacenſi
olim Vlixi maris ſæuitia.Sed plus omnino dolerem:niſi certo ſcirem habere te:ut illum
Mineruam comitem:cuius ductu ſis breui poſt futurus multis admirationi:non minus
quã Ithacus fuit phæacibus.Quod ſi pertinax fortuna te iſtis quoq; littoribus excludit:
da operam:ut Adriæ ora enauigata:quod multo tutius quam antea facies:Cantabit ua-
cuus:notum eſt tibi carmen:breui poſt Venetum littus teneas:ubi amici te hoſpitio iu-
uabunt:iuuabit & ipſe urbis genius:ut ſi paululum hic commoratus fueris:tam lætꝰ tu
am Alexandriam repetas:quam ex corcyra miſſus Telemachi pater:Ithacam.Vale.

.M.Anto.Hieronymo Adalmario Maroſacenſi.

Aſſanenſem uillam:quam mihi graphicæ delineaſti:ſi cum uoluptate potuiſſẽ
b redire in gratiam:uæhementer hodie deſiderarem ſuſpiraremq; abſens amœni
tatem iſtam: feciſti ſcribens:quod nunquam fieri poſſe arbitrabar:ut animus

iſtiuſmodi illecebris deſuetus:tanquam ad imaginem quandam uoluptatis:per quietem
conceptã ſeſe erexerit:& quod decreto reſpuit:putat optabile.O fõtes:O luci:O irrigua:
floridaq́ Adalmarii mei prata:teſtor uos ego teſtor agreſtes deos & nymphas:ſi quæ iſtis
incrrant locis:ſi amœnitas prædiorũ ulla iacentem animum excitare potuiſſet:fuiſſe me
omnibus uoluptatibus iſtam prælaturum.Cæterum:quia multis diſtrictus curis:& tan
quam adamantinis uinctus cathenis: hic me eſſe oportet:meum rogo Adalmarium mi-
hi:& ſmyrneo uati reſtituite : quo abſente:neq́ graias exerceo muſas:neque ipſæ exerce
ri uolunt.Sed ſatis cum uilla tua iocati ſumus:tu aut ad nos ueni : aut Ἰοῦ σοφ τονιοῦ
πρὸ γυναικοσμάτα και τοῦ ἄλλασ σου μελετάσ:confeſtim ad me mittito:cupio ue
hementer cognoſcere tuam iſtam lucubrationem:non ut te expoſtulem:ſed:ut quale ſit
tuum iſtud graiæ militiæ tyrocinium:intelligam:Vale.

Domicus Palladius Soranus.M.Antonio Sabellico ſuo præceptori:Viro Clariſſimo.

Cio ego:quam me ames ardenter Sabellice Clariſſime:Neq́ ignoro :quanti me
ſ facias ſupra merita:pro ſumma ingenii tui manſuetudine. Itaq́ uereri ipſe non
debeo.Quem totum eſſe tui nominis & celebritatis.Quem exteriorem æque
ac interiorem hominem iamdiu cognoſcis:Aut me amuſoteron:aut parum me ſis litte
ratum habiturus:ſiquid ineſt erroris:quod heri ad te præpropere chirographum ſcripſi:
uel minus quam deceat accurate dictum.Rara enim fœlicitas profecto: ſeu laus ſequit̃
extemporalitatem.Bene Vale linguæ latinæ lumen:& meum decus.

Pomponius.M .Anto.S.

Egi ſæpius:quod nõdũ edidiſti genethliacõ fœliciſſimæ urbis:admiratus ſum:
I genus carmina ſupra uires noſtræ ætatis tam repente creuiſſe.Gratulor ſæcu-
lo noſtro:quod non minus hiſtoricis quam poetis abundet.Placuit ante mihi
ſtilus ille:quem in magno uolumine ſeruaſti:ſcis de quo loquor:es enim in utroq́ con-
ſumatus:ueteres imitaris:ut animaduerto:propoſuiſti tibi optimos : mittam epigram-
mata:in quibus complectar:q uod mereris: ſcilicet:ut fas eſt:eximiam laudem. Munera
tua accepi:nõ pœnitebit te priorem fuiſſe:ſed Diomedes ero.Venetiis degere fortuna-
tius eſt:cæteris in locis profiteri:quale ſit:dicant qui patiuntur. Vale.

Pomponius Lætus.M.Anto.S.

Aepius ad te ſcripſi.Germanorum tabellariis litteras ad te dedi:quorum forte
s. negligentia:quia abeſt:lucrum nõ adcepiſti:doleo equidem:plæraq́ erant in il
lis:quæ te ſũmopere mouiſſent.Dederam tibi optionem eligendi uti ex iis uo
luminibus:quæ apud me ſunt ſeligeres:quæ uelles:in præſentia te exhortor uideas : qd
opus ſit:licet omnia teneas:& quibus præcipue delectaris:nihil eſt domi:quod te præte
rire uelim.Reſcribe ne taciturnitas rei oportunæ obſit.Sed his ꝓ uoto & arbitrio tuo
utere:ipſe me præſtitero:qualem opinaris.Vnum abs te amicorum obſeruãtiſ.peto:qđ
certe ſcio Pomponio minime negabis.Deceſſit ſuperiore æſtate Antonius Quinterius
Laudenſis ex illa Ciſalpina Gallia:forma:ingenio:& moribus egregius:Cardinalis Colũ
næ a cubiculo miniſter:amabatur:diligebatur ab omnibus:tota cecidit:ut ille iquit:do-
lente Roma.In eius laudem multa ſunt epigrãmata edita.Cupio:quoniam ſcio mihi in
amore reſpondes:ut eum tuis immortalibus carminibus celebres:ſiue epigrãmate : ſiue
longa deploratione ingenio tuo copioſiſſimo digna.Sed uideo id de.M.Antonio poſſe
polliceri:iam expecto auidiſſime monimentum pro adoleſcente nato annos prope unũ
& uiginti:ad nos tua opera feretur:tantoq́ id charius futurum eſt ; quanto exoptatius
expectatur:& ſi uidebitur:alios:qui ſunt uenetiis: ad hoc munus inuita:erit omnib⁹ gra
tiſſimum:nihilq́ pro tempore & memoria defuncti inſatiabilius legi poterit. Vale.

Pomponius Lætus.M.Anto.S.

I ueteris conſuetudinis memor es(ut ſis nemo ambigit)meminiſſe potes de Põ
s ponii integritate:cuius tu præſertim uerus prædicaris abunde teſtis . Diceres
quorſum hæc.Bernardinus ordinis minorum:Romam quum ſe cõtuliſſet: do
mum:ut inquit Comicus:adiuit meam:uolentem & cupientem ſcribere orauit ; uti ad

te litteras darem:fidemq; facerem:eum quæſiuiſſe tuum germanum in oppido:cui præ
erat:& non inueniſſe:a quo litteras habuiſſet ad te:quũq; id ſecus euenerit:quam ſpera
bat:fidem facio eius obſeruationis:& eſſe planum:quod referet.Eum tibi commendo:
ut te monitore & adiutore uerbis dumtaxat:opes enim non quærit:Hieroſolymas con
tingat:de qua re hactenus reſpondiſſem litteris tuis:ſi ille:qui ad me tulit:rediſſet:eum
nullibi amplius uidi.Me plurimum tuarum rerum ſucceſſu lætari ſcias.Venetam hiſto
riam non uidi.In quirinali habito ſemotus ab hominum frequentia.Doleo:quod quũ
domum petebas:me prætererieris:me totum:& fortunas tibi amice detuliſſem. Vale: &
Bernardinum commendatum nomine meo habeas.Romæ.

Põponius Lætus.M.Anto.S.

Itteræ tuæ mihi gratæ fuerunt:præſertim quum ſint teſtes opinionis meæ: &
tuæ erga me obſeruationis.Voluiſſem:ut a me aliquid petiſſes:celerrime pro
uoto conſecutus eẽs.Verum & is ſum:cui:ſi feceris periculum: non inuenies
parem: nollem inter mortales degere:ſi officioſus non eſſem.Illis potiſſimum: quos ue
hementer amo:nemo eſt Romæ:qui phamæ tuæ detrahat:litterati hic ſunt ſine inui-
dia: & ſi in tanta multitudine aliquis puteſceret:caret fide:caret auctoritate:nullum ha
bet mecum commertium.Viuo integer:ita & de moribus tuis accepi:in quo ualde mi-
hi places.Heri occurrit mihi in itineribus urbis Poladelphus communis amicus: quo
ſemper ſum familiariſſime uſus:ab eo ſtatim quæſiui:quid de Sabellico. Rettulit: quæ
ſummopere audire cupiebam:plura ſimul contulimus:quæ omnia ad tuam laudem per
tinent:uerum & ipſe hoc amplius addidi:nouiſſe me ab ineunte ætate ingenium tuum.
Reſtat:ut aſſidue augeas:quod de te credimus.Vale:& cum Poladelpho Venetis & Eu-
ganeis utere.Romæ.

M.ANT.SABELLICI.EPISTOLARVM FAMILIARIVM. LIBER SEPTIMVS.

M.Anto. M.Barbadico Venetiarum Principi:& Senatui Salutem.

Eſtri ſplendor imperii is eſt Princeps:& patres ampliſſimi:ea ci
uium iuſtitia:ac morum ſanctitas: ut nemo ſit rerum humana
rum tam negligens: qui uenetæ urbis originem & eius incre-
menta:non uehementer cupiat cognoſcere.Noui equidẽ mul-
tos: qui hoc ipſum ſecuti:miro quodam eius rei inueſtigandæ
mihi flagrare uiſi ſunt ſtudio:in quibus:me quoq; iam inde fu
iſſe fateor: ex quo fortunatiſſimis littoribus ueſtris ſuperiori-
bus annis applicui: magnificentiſſimo namq; urbis apparatu
inſpecto:ſtupendo ſitu:rerum opulentia:& in his diuina quadã
reipublicæ adminiſtrãdæ forma:incredibilis cupiditas cõtinuo animum inceſſit cogno
ſcendi: qui tanti imperii conditores fuiſſent: quos uel ex eo ſummos fuiſſe uiros arbi-
trabar:quod urbem tam præclare fundatam poſteris reliquiſſent; nec mihi in eo fuit
diu elaborandum:haud enim multo poſt ipſum appulſum:quod tantopere optabam cõ
ſecutus.in commentarios quoſdam in annalium ſpeciem conſcriptos incidi. Inde alia
quædam ignobilium ſcriptorum monumenta uidendi copia nobis facta ẽ:quæ omnia
(aperte dicam quod ſentio) tam ſqualida:fœdaq; barbarie operta offendi: ut nemo co-
gnoſcẽdæ hiſtoriæ ſit tã cupidus: quem non facile ab inſtituta lectione auertere potuiſ
ſent:Iniquo quidem tuli animo urbem clariſſimam; & quæ omnium una in toto orbe
Romani Imperii uere æmula:& uideri: & dici poterat:nullum ad eam diem uel medio-
crem ſcriptorem fuiſſe ſortitam: iudicauiq; ex eo ueriſſimum eſſe illud Oratii:in hu-
manis nihil ex omni parte beatum fuiſſe unquam. Haud enim parum infœliciter cum
Veneto nomine actum:ad id tempus:arbitrabar: quod ea parte: qua imprimis illuſtra-
ri oportuiſſet: ſcriptorũ:aut defectu:aut ignauia meritiſſima fraudaretur laude.Cõtuliſ

ſem me tum primum(fateor)rei indignitate motus ad ſcribendum:uerũ imbecillitatis conſcientia:tam diu ab eo munere abſtinendum duxi:donec uiribus aſſidua lectione firmatis:rem tantam tutius aggredi liceret . Sperabam ad id fore:ut in præclara hac eruditorum hominum luce :qua hodie uiuitur:aliquis interim exiſteret:qui uenetum uellet nomen ſuo ingenio:& induſtria:demereri.Longa quidem fuit expectatio : ſed non magis longa:quam irrita.Quod cum ita euenturum putarem:ut pro neglecta res tanta in tenebris iaceret:non tam ingenio:quam uoluntate fractus: accinxi me ad opus ſane difficillimum: breuiq; induſtria: & diligentia:tantum profeci:ut omnium ſpe celerius(ſi quidem lucubrationis illius Veronam habeo teſtem)longiſſimam ueſtrarum rerum ſeriem: ab urbe condita ad hæc tempora:duobus & triginta clauſerim uoluminibus:quum interim ob ueterum annalium:& eorum:quos ſequebamur commentariorum perplexitatem:adeo laborioſe:ea nobis conquirenda eſſent:ut nihil minus quam ocium ad ea:quæ inuenirentur:ſermone illuſtranda haberemus:quod ipſum:eo facilius ferebam:quia omnino fore exiſtimabam:ut poſtea ſatis temporis daretur ad hæc: quæ tumultuario ſcripſiſſem ſtilo:per ocium caſtiganda.Verum non ſolum id non cõtigit:ſed pene prius:ab hominibus:patriæ uetuſtatis ſtudioſis:quibus nihil iure a me negari potuit:librarius eſt:ſcædæ adhibitus:quam opus ipſum ad exitum ſpectare cepiſſet.Quod quum omnino abortus nobis faciendus eſſet:nec matura expectaretur editio:non uidebam:qua ratione noſtra hæc lucubratio tutius in lucem uenire poſſet: quam ſi ueſtro nomine princeps:& patres ſanctiſſimi:apparuiſſet.Nam uelut antiquiſſimi uates deorum templis ſua inferre carmina conſueuerunt:ut pia commendatione illa ab omni humana inuidia uindicarent: ita uiſus ſum mihi rite facere : ſi laborem hunc noſtrum uobis dedicaſſem:quos utique certo ſciebam:non ſolum in parte ornatiſſime bibliothecæ ueſtræ reponendum curaturos:ſed ampliſſimi etiam nominis maieſtate: uelut præſenti numine præſtituros:ut ſiquando in publicum exiuiſſet minus: ac minus: obtrectatorum eſſet uocibus obnoxius.Accipite igitur munus hoc : ſi non rei:uoluntatis tamen & fidei certæ plenum:ac ſi quando a terrarum:& pelagi: quorum ueſtrum eſt imperium:cura:& adminiſtratione aliquid dabitur ocii:ne pigeat auſpicatiſſimam ueſtræ urbis originem:eiuſque incrementa cum his:quæ terra : marique domi:ac foris maiores ueſtri:ac nouiſſime:uos ipſi glorioſe geſſiſtis : a peregrino homine recognoſcere:nam: quod ad me attinet:ſi lucubrationem hanc diuino iudicio ueſtro ꝓbari ſenſero:nõ grauabor:& quæ tuo fælicilſſimo pricipatu Dux Sereniſſime:qui utinam:tam diuturnus ſit quam rei publice utilis eſſe poterit:& quæcumq; poſtea domi:foriſq; geſta fuerint:litterarum monumentis commendare.

.M.Anto.Aug.Barbadico Venetiarum principi.S.

b

Ene ac fœliciter tuæ urbi euenit:iucundiſſime princeps:quod his paucis annis in te:& fratre tuo:uiro omnium:qui unquam fuerunt:prudentia: & pietate:ſummo:ſit illa pene idem experta : quod de Caſtore , & Polluce , uetus eſt Græcia fabulata fuiſſe eos deorum munere , inter Sydera relatos: atque alterno ortu omnibus eſſe gentibus: quam ſaluberrimos:tam me hercule ſalutaris: nec minus tuus : tuique fratris: principatus Veneto nomini contigit: iam enim ille continuo:ubi ex adepta dignitate rem publicam adiit:quaſi nouum aliquod Sydus publicæ fortunæ affulſiſſet : incredibilem ſecum rerum omnium ubertatem : & lætitiam : traxit : pax uero : & ocia : quæ per manus acceperat , uti ſanctius: certiuſque manerent , incredibili moderatione effecit. Veteris peſtilentiæ ueſtigia : adhuc ciuibus reſidua : difficile dictu eſt : maiore ne prudentia ſuſtulerit : an religione ita ut ueriſſime dici poſſit:nulli unquam principum:qui a prima origine urbis:ad id tempus fuere fœlicius:quam illi rem publicam adminiſtrare contigiſſe : ſed quo omnibus optatior fuit:illa regiminis forma:eo certe breuior:quippe quæ ne annum quidem impleuerit:ſed quo minus defuncti deſiderium ſequeretur tuus fœliciſſimus principatus: qui illũ cõtinuo exceperat:ꝓcul dubio effecit.Tẽtauit tamen iuida fortũa florẽtiſſimũ

ciuitatis ſtatum ſubito bellorum motu labefactare.Sed quam temere res aliunde mota
eſt:tam profecto celeriter & maieſtate publica incolumi: & imperio aucto:ea es ſollici-
tudie liberatus.Cætera:quum ampliſſimis animi uirtutibus:tum fœlicitate tua tá pro-
ſpere fluxere: ut nemo ſit:qui rem publicam ipſam teque beatiſſimum putet : cui præ-
terquam:quod ex ſucceſſu illo fraternæ adminiſtrationis nihil mutatum uides : plæ
raque etiam in melius aucta:longior etiam tibi uita quam illi contigerit ; quo ſactum
ſit:ut pluribus prodeſſe poſſis:& urbem ipſam operum magnificentia:omniqꝫ rerum ap
paratu in dies ornatiorem inſpicias:longeqꝫ opulentiorem:ſed cum multa & magna cõ-
moda ex ſapientiſſima adminiſtratione tua ſint ad hunc diem in publicum profecta:
haud tamen minora illis expectantur:& in his ducariæ bibliothecæ publicatio nobis
toties ꝓmiſſa:opus oium:quæ te principe:aut inchoari aliqñ:aut confici potuerint:ma
xime memorabile:& unde ſpes certiſſima ſit tibi immortalitatis expectanda:ſed tantiſ-
per dum te ad id opus accinxeris:perlege:princeps iocundiſſime: libellum hunc : quem
de uenetis magiſtratibus tibi inſcripſimus:ex eoqꝫ & uetuſtatem illorum & originem
recognoſce:& cum his originum cauſas.Erit lectio ipſa:ut ſpero:tibi non iniucúda:quũ
propter alia multa:tum quia ex ea perſpicue intelliges:in quam moderata:recteqꝫ inſti-
tuta ciuitate eminentiſſimi ordinis conſenſu:ſummam ſis dignitatem adeptus : gaude-
biſqꝫ non aliter tecum quam prægrandis alicuius nauis rector:qui & ſi medio pelago
omnia ad oportunos uidet caſus tempeſtiue diſpoſita:plus tamen fiduciæ ex ipſo trahit
nautarum miniſterio:quum ſingulos in officio eſſe intelligit. Verum quocunque no-
ſtram hanc lucubrationem animo accipies:ego quaſi operæprecium fuerit id facere:ré
qꝫ ſerenitati tuæ non ingratam exhibuerim:pergam iam hinc aliud maiorum uigiliarũ
opus cudere:cui ſi quandoqꝫ extremam manum impoſuero:tuo inclyte princeps ; unde
rite ſumpſit exordium:non alterius nomine in apertum réferam. Vale.

.M:Anto.Hieronymo Donato.S.

Værebam nuper Hieronyme uir omni litterarum genere præſtantiſſime : cui
q tandem tris hos breuiores libros:quos de Venetæ urbis ſitu:& uetuſtate ſupe-
riore anno accuratiſſime conſcripſi:potiſſimum legendos traderem: nec quum
omnia circumſpicerem:occurrebat mihi te uno dignior quiſquam:uel quia meas aliqd
nugas eſſe:ut lepidiſſimi poetæ utar uerbis:putare ſis ſolitus:uel quod non multo poſt
publicæ legationis nomine te a patriæ & tuorum conſpectu longiſſime abfuturum in-
telligebam:nullaqꝫ ob id lectio ſuauior futura uideretur:quá ea:quæ urbis huius: quæ
te genuit:in qua maiores tui:omnia ſunt cum dignitate adepti:cui mentem omnem:cu
ram:ſtudium:conſilia dedicaſti:tuis poſſet oculis:uel quum longiſſime abeſſes imagi-
nem repreſentare:etenim quæ figurationis ratio tibi hac una:aut utilior:aut gratior ꝓ
poni poſſit:non facile reperio.Nec uideo:quæ perdocta artificis manus:non ſi Euphra
nor ille adſit : qui amorem:iudicium:& ultionem in uno Paride expreſſit:plura in hoc
genere:quam ſtilus quæat explicare.Præſtitit ille:quæ dixi:fuitqꝫ mehercule non pa-
quod non .unus affectus in uno ſentiretur:abditiſſimas tamé templorum aras : aureas
teſtudines:pauimenta & alia:quæ tecto & parietibus continentur:nudare nõ potuiſſet:
addo coeli naturam:ciuitatis mores:commertia:ſermonem:quæ tam multa non magis
opifex ullus coloribus & penicillo expreſſerit:quam iis:quæ effingenda ſunt :animam,
(quod fieri poteſt)aut mentem adiicere.At nos(ni fallor)hæc omnia conſecuti ſumus:
ſperoqꝫ ita futurum:ut quoties hæc noſtra legeris:media patria : mediis neceſſitudini-
bus:quibus poſt uirtutem nihil eſſe poteſt ſapienti uiro charius:tibi cõſtitutus uideare.
Supereſt igitur:ut quádiu domo abſueris ad leuandum eorum:quæ tibi chariſſima ſunt
deſiderium:hæc noſtra intuearis.Erunt fortaſſe & alii:qui in hunc uſum hos noſtros li
bros ſuarum peregrinationum comites habere non recuſabũt.Sed ego omnia: quæ uo
lui:mihi conſecutus uidebor:ſi tibi uiro ſummo:qui ſoles omnia graui iudicio expende
re:non diſplicuero:ſatis enim placuiſſe arbitrabor:ſi quicquid hoc eſt:quod tuo nomi-
ne primum in lucem exiit:cognoſcere non dedignaberis. Vale.

.M·Anto.Guidoni Feltrio.

q Vod aliena legis clementer facis:princeps mitiſſime:at quæ tuorum ſunt:ſi legere non recuſes:& clemens:& pius:merito habearis.Libens nuper:ut mihi dicitur:& tuæ ad me litteræ ſignificant: ueſtras accepiſti Enneades:& nunc ſi uacat inclyte princeps Polydori Vrbinatis: qui tuus eſt ι τὰς παρὰ ιώιοσ accipe: quas uno ille non minus lepide quam breuiter complexus libro tuo nomini inſcripſit.Facies princeps illuſtriſſime nihil a tuo genio alienum: ſi adoleſcentis tyrocinium non aſpernaberis: quin fauebis naſcenti laudi:ſatis enim fauiſſe uideri poteris:ſi rudimẽtum hoc ſtudiorum:quod tuis ille in apertum rettulit auſpiciis:cognoſcere nõ grauaberis. Vale.

Angelus Policianus.M.Antonio.S.D.

ſ Olebat Atlas quondam ſuo mihi nomine redire: tam gratus: ut recepto contentus amico: nullũ ultra officiũ deſiderarem:nunc autem tuarũ nomine litterarum: quas fideliter reddidit:tam mihi iocundus rediit:ut eius plãe præſentiã non requirerem: atq; haberet Atlas quippiam ſecum: quod pene plus quam Atlas expectaretur:nunc idem iſtuc reuertitur cum litteris meis: quas tibi arbitror fore gratas:non tam ſuo,quam tabellarii nomine. Noram equidem antea: quoq;:quantum ingenio & litteratura: quantum etiam ſtilo:facundiaq; polleres.De humanitate: nihil ſane:adhuc audiueram:ſed eam tua mihi nunc epiſtola deliniauit:Atlas penicillo:& coloribus expreſſit.Aucupabar ſane:iampridem occaſionem quampiam: ineundæ abs te gratiæ: quum tu ſcilicet hoc agẽtem præueniſti:nõ ob id:humanior modo:quod prior: ſed quod minore quoq; propoſito premio. Qua re:danda mihi nunc opera eſt:ut quẽadmodum ineunda tecum amicitia poſterioris tuli:ſic eadem tuenda:colẽdaque prioris feram. Vale.

M.Anto.Do. Grimano.S.

ſ Acis quod:& noſtrorum hominum pauci:ac neſcio:an uerius nemo dixerim: dominice eques ſplendidiſſime: qui philoſophiæ ſtudia complexus noſtratia hæc oratoria:quæ ueſtris illis:cum natura:tum conſuetudine coniuncta: olim fuere:ut leuia:& parum ſapienti uiro neceſſaria: quod pleriq; faciunt: non aſpernaris: longaq; per interualla reſpicis.ſed utriuſq; rei curas tecum: ex æquo: partitus: ſedulo das operam:ut tam tibi in hac parte: quam in illa:ſuccedat ſtudiorum profectus: ſiſq; per hæc:iampridem facile conſecutus:ut orator non minus eminens: quam philoſophus habearis. Rara me hercule laus:ac quo rarior:eo certe pulchrior.Cæterũ nihil in præclaro iſto uitæ inſtituto:perinde aiunt te: ac hiſtoria delectari:nec immerito alit illa molli quodam:& dulci ſucco orationem: ſed quum hanc quoque uariæ tractare dicatis:quæ te diutius in ſui admiratione detineat: præ naturali illa:quam Plinius ſex & triginta clauſit uoluminibus:audio eſſe nullam.Verum quo maiori illius ſtudio teneris:eo te iniquius ferre certum habeo.Quod ex uberrima hac recentiorum hominum fruge:nemo adhuc extiterit:qui lectionem ipſam a uitio:partim temporum iniquitate:partim librariorum incuria: contracto ſit uindicare adortus. At fuerunt: qui ſparſim pauciſſima: quædam uelut in tranſcurſu ſubnotarent:fuitque illud: intra hoſtium:uallum iaculari:non ſtatariam conſerere pugnam.Nos uero: non quia plus uirium quam illi haberemus:ſed maiore quadam fiducia fræti: tertio ab hinc anno:Plinium:eo conſilio interpretandum ſuſcepimus: ut non rerum ſolum:ſed quantum uiribus niti poſſem:uerborum omnis explicaretur ratio.Fuit fateor certamen illud longe difficilius:quam ab initio conceperam:ita ut non ubique nobis immota ſteterit acies:ſed turbatus interdum: aut pedem rettuli: aut magnitudine rei deterritus: terga pene dedi.Vici tamen:uicique conſtantia magis:quam uiribus:ex longeque:& uaria obſeruationum:ſerie:locos quoſdam in amicorum conſpectum (conſtanter me hercule:& cum rubore)nonnumquam dedi:ſed adoleſcentes plæriq; : qui tum forte nobis operam dabant immoderatius: id facere: uulgoque talia uelut mancipia bello capta:in aperto proponere. Quæ res effecit: ut amicorum quidam: & in his: An

tonius Moretus homo: ut noſti: noſtratium litterarum perbelle eruditus: ſtudio-
rumq; fautor maximus: nunquam inde a me efflagitare deſtiterunt: ut Plinianas eiuſ-
modi obſeruationes quam preſſiſſime poſſem: in ordinem redigerem: redactas in aper-
tum referrem. Quod ipſum ne magis ſua cauſa noluiſſe me q̃ non potuiſſe crederét ex
oĩ numero: qui ſane ingens fuit: pauca admodum atq; illa ipſa nuda: nulloq; uerborũ ap
paratu breuiter collegi: & in his non nulla: quæ quoniam utrinq; auctoritate laborarét:
cenſui in medio relinquenda: ſed cum duas ferme ex eodem genere cẽturias ſcripſiſſem:
eẽtq; altera adhuc ſemiplena impetus cœpit eam ex extrario quodam: & quaſi euocato-
rum numero ſparſim hinc inde locis accerſitis explere: quod ipſum ex ſententia adeptus
quum iam proſpicere cœpiſſem: cui potiſſimum hác obſeruationis formam cognoſcẽ-
dam traderem: tu unus omnium uir præſtantiſſime dignus mihi uiſus es: quem impri-
mis tali munere impartiremus: ſciebam enim ita fore: ut in tua ornatiſſima bibliothe-
ca emendanda: quáquam nihil ſit illa emendatius noſtram induſtriam non modo non
aſpernareris: ſed etiam daturus eſſes operam: ut duæ hæ noſtræ centuriæ a me tumul-
tuoſe conſcriptæ: ſi non multa ui: apparatu ſaltem aliquanto honeſtiore: per te eſſent in
medium proceſſuræ: quod ipſum: ut præſtes rogo te uehementer: & hortor. Vale.

.M. Anto. Augu. Barbadico: Principi: & Senatui fœlicitatem.

Rat urbs ueſtra Auguſtine Dux inclite: & patres ampliſſimi mille & amplius an
e nos nata: florebatq; Venetum nomen multa celebritate & opulentia: lateq; im
peritabat: neq; adhuc ſcriptorum defectu tantæ rei principium: proſperiq; ſuc
ceſſus externis erant gentibus ſatis noti: multiq; mortales: ut credere par eſt: iniquo fe-
rebant animo: res geſtas eius ciuitatis in obſcuro eẽ: quam ob ſtupendum urbis ſitum:
phamæq; immortalitatem iam ubiq; partam: præter cætera humanæ gentes in terris
mirarentur. Sed quo alii conſilio hanc laudem neglexerint: ſuæq; ipſorum phamæ non
minus quã ueſtræ inuiderint: difficile eſt iudicare. Ego non: quia plus potui quam qui-
uis alius: ſed quod multo plus uolui omnium externorũ: quod dicere liceat primus au-
daci quidem conatu: ſed euentu: ut arbitror: nihil pœnitendo: res ueſtras a primordio ur
bis perſcripſi ad noſtrorum uſq; temporum memoriam: ſumoq; lucubratione illa id aſſe
cutus: ut qui urbem mediis fluctibus natam: magna auctam indole: legibus ſtabilitam:
phama tantum nouerant: litterarum teſtimonio cognoſcerent: & qui rem tantam ani-
mo concipere nequiuerant: uelut ex inſigni tabulæ figuratione oculis intuerentur. Et
multi per hæc priceps: & patres optimi: quum Venetæ fœlicitatis: tum uirtutis ueſtræ:
maiorumq; ueſtrorum haud iniucunda relatione lectitant: quæ uos: quæ illi domi fo-
riſq;: terra ac mari tam ſapienter quam fœliciter geſſiſtis. Cæterum ne non ſemper apud
me aliquid uobis uelut in nũmaria officina cuderetur: ecce dum res ueſtræ alibi legun
tur: domi alterum recens: multoq; maiorum uigiliarum opus eſt uobis natum: ita ab ini
tio deſtinatum: ut ueſtro non alterius nomine in apertum referretur. Sunt quæ núc ue-
ſtro nomini inſcribuntur enneades ſeptem: ſic enim nec temere partiri placuit tris & ſe
xaginta libros: quibus a prima mundi origine ad Ro. imperii inclinationem: in quæ tẽ-
pora auſpicatiſſimus ueſtræ urbis ortus incidit: omnem ſacrarum prophanarumq; rerũ
ſum ſeriem complexus: rem quidem operoſam laboriſq; propemodum inexhauſti: ſed
quæ quum rerum uarietate: multum delectare poſſit: tum optimorum multitudine ex-
emplorum ſupra quam dici queat legentibus prodeſſe. Verum fuerit ne operæpreciũ
id facere: alii æquius iudicabunt: ego ex tam longa lucubratione ſatis mihi conſecutus
uidebor: ſi dum reliqua pars inſtituti operis ad noſtram uſq; texitur ætaté: per hæc me-
um uobis probabitur ſtudium: ut qui res uenetas per me antea legerunt: hæcq; quæ alia-
rum ſunt gentium ueneto nomine legere incipient.

.M. Anto. Democrito.

Vid amici hominis apud amicum ualeat auctoritas: quũ ſæpe alias ſum De-
q mocrite expertus: tum præcipue his diebus in tua amicitia; Certus eram
nolle nunc edere has noſtras Enneades: quibus ſum omnium res gentium

complexus a primordio mundi ad Arcadii:& Honorii tempora:his enim imperantibus
Roma direpta a Gothis : & incenſa:labefactari cœpit Ro. imperiũ: præſtiſſemq; tam
diu has meas uigilias: quoad extrema manus inſtitutæ imponeretur hiſtoriæ: nam eo
conſilio ad ſcribendum uenimus:ut ad noſtrorum temporum memoriam præſens re-
rum extenderetur explicatio:ſi tam diu ſupereſſet uita. Videbam ad hæc fore:ut quo lu
cubratio hæc magis maturuiſſet:eo tutior futura eſſet editio. Sed neq; amicorum plæ-
riq;:neq; tu omnium amiciſſime paſſus es ita euenire:qui Io. Harmonii Marſi:iuuenis
doctiſſimi:& utriuſq; noſtrum familiaris conſilio:ut mihi dicis:uſus:hortando:monen
doq;:niſi per partes opus ederetur:futurum:ut lector eius magnitudinem perteſus: pri-
us faſtidire cœpiſſet:quam lectio:quæ proponeretur:qualis eſſet recte iudicari poſſet:
facile perpuliſti:ut mutato conſilio:quicquid laboris huius inexhauſtum tuo hortatu
pateremur:in apertum exire. Cæterum ne præcipitari uideretur editio: quæ maturari
non potuit:quantum in uariis occupationibus:per quas ne reſpirare quidem datur: effi
cere potui:diligenter curaui:ut quam emendatiſſimæ hæ noſtræ Enneades impreſſori-
am ſubirent officinam: in qua nuper recognitione multum ac ſupra quam dici poſſit:
noſtrũ iuuit laborẽ Bernardinus Cadolus Camalduenſis monachus:uir diuinarũ: huma
narũq; litterarũ:ut ſcis:impenſe doctus:& ex Brixienſi illa ꝓbitate:quã Plinius celebrat
multũ referẽs. Fuit illius opera tã nobis utilis quã iucunda: & in his ꝓcipue: quæ ad ſa-
crã attinẽt hiſtoriã. Sed ſatis ſcio fruſtra utrũq; laboraſſe niſi tua fides:& induſtria:id de
mum mihi præſtabit:ut lucubratio hæc maneat nobis inoffenſa ab omni opificum in
iuria:inſtando:monendo:ſingula penſitãdo dabis operam ut ſartum: & tectũ inde opus:
omniq; ex parte emaculatum:nobis reſtituatur. Nam:quod ad hiſtoriæ fidem attinet:
nullam reformido calumniam:quum omnia:quæ ſcribuntur: uetuſtiſſima ſint: & pro-
cul ab hominum memoria remota:atq; ex iis potiſſimum ſcriptoribus excerpta: qui hi
ſtoriæ legem non ſeruaſſe ſolum:ſed conſtituiſſe etiam uideri poſſunt:quam obtrecta-
tionis anſam adepti alienarum rerum oblatratores:noſtram : ut audio:fidem in Veneta
criminantur hiſtoria:tãquam in ea relatione:quæ in noſtra deſcendit tempora periclita
ri neceſſe fuerit.nec fieri potuerit:ut non gratia aut odium ſtilũ a uero deflexerit : quæ
hominum calumnia:ſi quid habeat põderis Thucidides:Xenophon:Polybius: Ioſephus:
Aegiſippus:& ex noſtris Liuius:Criſpus:Cornelius: & alii:qui permulti ſunt: pro uanis
repudiari poſſunt:qui non res tantum ſuorum temporum in litteras miſere:ſed quibus
etiam gerendis eorum aliqui præfuerũt. Cæterum nullus eſt:quod ad calumniæ uanita
tem attinet:in Veneta hiſtoria locus:ut publice teſtari ſoleo: quem non ſim uel magna
ſponſione paratus in Venetis annalibus ex fide repreſentare:aut in iis certe:qui cõmen-
tarios de ea re ſcriptos reliquere. Quod ſi domeſticis ſcriptoribus eſt fides abroganda.
Liuius fabulam ſcripſit:non hiſtoriam:qui Ro.non punicos ſecutus eſt annales : enim
uero duobus recentiſſimis bellis Othomanico: & Ferrarienſi(quod in rhetico poſtea:&
Gallico feci)quia nulla adhuc de his rebus extabant litterarum monumenta:eorũ ſum
fidem ſecutus: qui hoc uel illud obiuere negocium: nec unius interim ; ſed plurium ſi-
mul commentarios ſequebar: quos de eadem re ad me datos diligenter conferebam:ut
non niſi:quæ plures traderent:ac propiora uero uiderentur:pro ueris haberemus:in qui
bus:ſi quid illi memoriæ lapſu(nam gratis mentiri quid attinuiſſet)a uero laborarunt:
non ſtudium mihi defuit:ueri indagandi:ſed inueniendi fœlicitas. Quamq̃ non uideo
qua alia ueteres illi hiſtoriarum conditores uti potuerint ratione: in ſuorum temporũ
rebus referendis:nam negociis omnibus intereſſe non potuerũt. Sed audi quæſo quam
c eca ſit inuidia:quæ nil aliud nouit quam aliena corrumpere. Domeſtici obtrectato-
res(nam ubi nam hæc peſtis non plus nimio inualuit) quæ ſunt Venetorum ſecunda:
me frigide & uelut inuitum ſcribere criminantur:ſi qua aduerſa: rerum atrocitatẽ uer-
bis augere:contra externi plus æquo Venetæ laudi datum cauillantur:quæ diuerſa ca-
lumniæ ratio plane arguit:hiſtoriæ temperamentum:quod tam hi:quam illi ex caligan
ti inuidiæ ſpecula nequeunt intueri:quod ſi inuidiæ: quid uerum ſit:quid æquum per

ſuaderi poſſet : uel hoc uno nos oī abſoluerent ſuſpitione:qđ pegrinus homo ueni ad
res Venetas ſcribendū:nulli ꝓpemodū notus:proculq; a Venetæ ciuitatis conſpectu to
tam(Verona eſt mihi teſtis)texui hiſtoriam:fui proinde tunc:ego tam procul ab omni
odio & gratia:quum illa commentabar:quanta his me eſſe oportuit:quæ nunc aliarum
gentium eduntur:ſunt.n.ab omni hominum memoria remota.Sed ualeant inuidi:ac ne
non ſemper ſit illis:quod agere poſſint:cœpas mandere iubeo:& flere.Tu mi Democri-
te:quando lucubratio hæc procul abeſt ab eiuſmodi calumnia:da operam:ſi me amas:
ut in hac parte:quæ ad emendationem attinet:nullus relinquať inuidiæ locus : quod ſi
ſedulo:ut ſpero:feceris:amabunt te merito: qui hanc non oderint lectionem.Vale:& ſi
quis de Rapſodiæ uoce nobis litem intenderit:ita occurrito : me unam graii nominis
partem ſecutum:peregrinam maluiſſe uocem uſurpare:quam ex noſtratibus aliquam:
quæ nulla ſatis honeſta fingi potuit:quamquam meminiſſe poterant illi fuiſſe : quod
ad reliquum dictionis attinet canere apud maiores:quod nunc eloqui eſt: ſi Strabo ue
rus eſt auctor:nec quia modulatus ſit poetarum ſermo: minus quadrat nobis ratio: eſt
.n.poeticæ cognata hiſtoria:ac quodammodo ſolutum carmen:ut ſcribit Fabius: idq;
adeo uerum eſt:ut Liuius auctor grauiſſimus ab heroico hemiſtichio ſit hiſtoriā exor-
ſus.Sed qui minus crudo erunt ſtomacho:uidebunt hæc:& boni conſulent.

;M.Anto.Io.Cardinali.S.Angeli.S;

Va inſignis pietas: ſpectataq; uitæ ſanctitas fecit præſtantiſſime pater:ut tuæ
t quāuis ignotus amplitudini nihil impudenter ſim mihi uiſus facere:quod has
noſtras Enneades:quibus omnium res gentium a prima rerū origine ad Ro-
mam uſq; captā a Gethis:ac direptam:ſuo ordine complexus:qua memorabili clade in
clinare cœpit maieſtas Ro.Imperii:priuſquam uulgari cœpiſſent:tuæ amplitudini co-
gnoſcendas dedi.Erit hæc lectio:ni multum opinione fallor:tibi pater pientiſſime non
ingrata:& quod Veneto ſit nomini inſcripta:quo nihil eſt in terris tibi:ut arbitror:cha
rius:tum quia a tuo pientiſſimo ſit genio non aliena:nam in huiuſmodi hiſtoria texen-
da ita diuina humanis iunximus:ut neutrum ſine altero cognoſci poſſit : ut qui unum
legerit:utrumq; legat neceſſe ſit:feciq; id ego eo libentius:quo certius eſſe ſciebā:qui a
ſacra lectione non aliter abhorrerent:quam a re ſordida & obſcœna : non tam materi-
am:quam dicendi figuram auerſati.Experiri uolui:an fieri poſſet:ut dum nimio huma
narum rerum ſtudio feruntur in diuina:quæ ſunt illis inſerta:temere incidentes:melio
ra cognoſcere inciperent:cognita amarent:ut uelut pueri:qui difficilius curantur:dum
dulcia ſequuntur:abſynthium:aut aliud ſalubre pharmacū:incauti bibunt. Cæterum:
fuerit ne operæpreciū id facere: tua amplitudo æquius iudicabit: quum hæc noſtra le
gerit:nūc quod poſſum deſpondeo:& polliceor fore:ut reſidua pars hiſtoriæ huius:quæ
adhuc in manibus eſt:quæq; in noſtra exibit tempora: multo ſit tuæ amplitudini gra-
tior futura:quanto ſcilicet ſibi quiſq;:ſuiſq; charior eſt: quam aliis . Erunt illic fateor
multa aliarum gentium : ſed tuorum uenetorum tam celebris memoria : quam ulli-
us alterius gentis celeberrima : & quod omnium erit tibi precipue gratum : agno-
ſces in his tuorum maiorum decora : agnoſces quæ ad tuam ſolius ſpectent lau-
dem : quæq; tuum queant nomen poſteritati commendare : & ſi ſatis ſuperq; in-
gentes uirtutes tuæ memoriam tui nominis : ab omni uindicant obliuionis iniu-
ria.Vale.

Io.Cardinalis.S.Angeli.M.Anto.S.

Vum diu antea inclytæ Venetiarū urbis originem : clariſſimæq; iſtius reipu
q memorādas:nō minori prudentia:quam fœlicitate res geſtas:elegātiſſimo ſti-
lo abs te cōſcriptas: legiſſemus:ſingulare utiq; ingeniū tuū:doctrinā:eloquen
tiā:grauitatē:rerūq; fere omniū experientiā facile perſpeximus.Nuper uero diuinū : ut
ita dixerimus tuarum enneadum opus : quo omnium res gentium ab ipſius mundi
origine texuiſti: per partes intuiti:non potuimus profecto non ſummopere admira-
ti:quod diuina miro quodam ordine humanis miſcendo: ea elegantia: rerumq; copia

ſis omnia compſexus:ut incredibili nos uoluptate affecerit tam ingenioſa lectio. Ob id igitur gratiſſimum:ornatiſſimumq; munꝰ:quo nos magnificentiſſimo animo donaſti: quanto maiores poſſumus:tibi gratias agimꝰ:hortamurq;:atq; obſecramus:ut reliquũ: quod ſupereſt:operis:qua cœpiſti diligentia perſequi accuratiſſime ſtudeas: quod omni poſteritati ꝑpetuo beneficio:tibiq; immortali cæder gloriæ. Siquid interea erit:in quo noſtra opera tibi honori:beneficioq;:eſſe poſſit :habebis nos ſemper paratiſſimos : ſtudioſiſſimoſq;.Bene Vale.Romæ.

.M.Anto.Franc.Cardinali Senenſi.

p Oteram ego merito tibi ſuſpectus eſſe:pater ampliſſime:ut qui non præſtaturus eſſem amplius:quod per litteras fueram aliquando pollicitus:ſed perdifficilis eſt: noui operis editio:ac ſupra quã credi poſſit ſcriptoribus moleſta: in qua:ſiquid temere offendit : non conſilium ſpectatur:ſed euentus:& ut dicã : quod ſentio:in nulla re minus fœliciter peccatur:q̃ hic:ubi nullus relinquitur pœnitẽtiæ locus. Eſt omne præceps conſilium periculoſum:ſed in his:quæ mutari non poſſunt:periculoſiſſimum.Quod:quum ita ſit:dãda fuit nobis opera:ut hæc editio:quæ mutari nõ potuit:ne præcipitata uideretur:fuitq; harum uigiliarum recognitio: non magis lõga quã laborioſa.Acceſſit huic curæ altera recens nõ minoris ſollicitudinis:ne hæ noſtræ Enneades:quas eram impreſſoriæ officinæ illaturus : librariorũ incuria uitiarentur: quod ne accideret omni cura:& diligentia:fuit mihi elaborandum.Cæterũ:dum per hæc,non una exerceor cura:en alter nobis uix ſentientibus effluxit annus:quæ mora:quo longior fuit eo:ut dixi:potuit eſſe ſuſpectior:magiſq; moleſta:eſt.n.res ipſa ſemper expectantibus grauis:ſed quum deſiderium trahit grauiſſima.Id ego ueritus præſtãtiſſime pater æquo animo tuli:immo propemodum auctor fui:ut quattuor primæ Enneadis libri ex impreſſiora officina ſubtracti nudi:ut nuper nati:ac tamq̃ e nido adhuc calẽtes: ad tuam amplitudinem:quum ſuperiore æſtate ſenis eſſet:defferrentur : nam:& a fide tãdiu laborare permoleſtum erat:& ita futurum uidebã : ut ſi tu pater pientiſſime promiſſi negocii partem probares:eſſes & totum probaturus.Sed ſatis probaſſe uideri potes: qui ea:quæ tum perlata ſunt:dignatus es:ut mihi dicitur:cognoſcere.Quod ego uelut præiudicium ſecutus:en ſine ulla longioris moræ excuſatione : quod debeo:tuæ perſoluo amplitudini.Sero dixerit aliquis:ſero quidem:ſed ſic multo melius q̃ nunquam:quamq̃ ne mora quidem illa:quamuis longa multum accuſari poſſit : uel quia non uoluntaria fuit:aut quod cunctando lucrifecit aliquid:nam quum ſex enneades deberentur:en ſeptem numero mittuntur : perpetuum hiſtoriæ filum complexæ: ab exordio mundi ad Arcadii:& Honorii:principum tempora:qui quum rerum potirentur :Roma a Gethis capta:fœdeq; incẽſa:inclinare cœpit ſumma imperii.Erit lectio hæc tibi pater præſtantiſſime:ut ſpero:non iniucunda:nec ob id ſolum:quod ſua ſponte placere cœperit: fueritq; in fronte blandior uiſa:ſed quo in receſſu omnium memorabilium rerum copia: quas omnis uidit ætas:ſit referta.Sed hæc ſperare licet. Quod ſequitur:nõ tantũ ſpero: ſed confido etiam futurum:ut reliqua pars hiſtoriæ:quæ nunc in manibus eſt: & quæ in noſtra deſcendit tempora:plus omnino ſit gratiæ habitura:ſic enim natura comparatum eſt:ut eorum relatio:quæ noſtra uidit ætas:nunquam ſit audientibus non iucunda:quæ uero proprias ſit laudes ſortita:aut eorum:qui nobis chariſſimi ſunt:longe iucundiſſima.Nec Vergilianus ille Aeneas ulla æque re:ac ſuoꝝ laudibus afficitur:quum apud Pœnos iliacas ex ordine uidet pugnas:neq; animus in aperto rerum diſcrimine:tã diu ex uno pependiſſet obtutu:ſi eorum:quæ ſpectabantur:ad ſe nihil phama pertinuiſſet.Sed en:quæ tum Aeneas uidit:parum gratæ fuerunt memoriæ.Contra: ſi qua in noſtris erunt ſcriptis:quæ ad te clæmentiſſime pater:aut tuos pertineant:erunt enim omnino aliqua:ne multa dicam:nõ poterunt tibi nõ eſſe cognitu ſuauiſſima:uel quia quo a pluribus memorabuntur:eo erunt ad poſteros clariora: uel quod tam proſpere:& ſapienter ſint acta:ut talium recordatio non poſſit non eſſe gratiſſima:qualis memorabilis illa Pii põtificis auunculi tui adminiſtratio:quo nullus hominũ memoria maiorem

ex iſta humanæ pietatis arce laudem reportauit.Sed de eo tum longior erit ſermo:quũ
locus poſtulabit:nec tu interim taceberis:pater pientiſſime:qui in omni genere uirtutis
es illius tam ſimilis:quam qui hominum ſui ipſius ſimillimus.Sed hæc in ſuum tempus
differuntur.Nunc quod damus benigne rogo accipias:& quod tua ſponte legere cœpi-
ſti:ſi per ocium fieri poteſt:perlege:nam:quod ad euẽtum lucubrationis huius attinet;
ſatis noſtra omnibus placitura putabo:ſi tibi uiro in omni genere litterarum eminen-
tiſſimo non diſplicebunt.Vale.Venetiis.

Franciſcus Cardinalis Senenſis.M.Anto.S.

Cœpimus nuper tuas litteras:quibus nec elegantius; nec iucundius uidimus
a quicq̃:non quod illarum argumentum delectarit:id enim tua cauſa moleſtiſſi-
mum nobis fuit:ſed ob excellentem potius:& eximiam quandam: uerborum:
ſententiarumq̨ tuarum copiam:argumentorum uim: exemplorum lumen :tum etiam:
quod uidebamus nobis oblatam eſſe facultatẽ:qua tibi uiro ætate hac rariſſimo (quod
quidem omnibus expoſcendum uotis fuerat)prodeſſe aliqua in re poſſemus:præſertim
quod nihil omni tempore antiquius duxerimus:quam in honeſta cauſa: uel quemcũq̨
infimæ ſortis hominem fouere:ne dum te uirum clariſſimum:doctrina: moribus:om-
niq̨ uirtute conſpicuum:non de uno: alteroue homine:ſed de humano genere uniuer-
ſo benemeritum:extant enim carmina tua:extant hiſtoriæ:aliaq̨ ingenii tui præclariſſi
ma monimenta:quæ:dum homines erunt:ſemper legentur:ſemperq̨ ſummam legenti
bus utilitatem cum uoluptate afferent. Nos uero:ut de nobis ipſis etiam aliquid dica-
mus:fatemur ex tuorum librorum lectione multa didiciſſe:quæ gratiora profecto no-
bis fuerunt purpura & auro.Quid autem de ſtilo dicemus? quid de ſententiis? quid de
concionibus.Sed nos quid hæc ſcribimus:quaſi hoc ſecuti:ad ſcribendum uenerimus;
non ut de tuo negocio certior fieres:id nos Martino Arbenſi Archidiacono familiari
noſtro:tuiq̨ ſtudioſiſſimo:conficiundum dedimus:quod: ut maturius ex tua ſententia
tranſigat:de tota re iterum ad nos ſcribas;neceſſe eſt:ut qualis ſit:& qua ratione tractan
da multo melius ſcire poſſimus : nam quod ad nos attinet:cupimus uehementer: ac ſu-
pra quam dici poſſit:tibi:imo nobis ipſis in hoc negocio ſatiſfacere.Vale:& tibi perſua
de tua omnia eſſe nobis chariſſima.Romæ.

.M.Anto.Oliuerio Cardinali Neapolitano.

Vſus ſum nuper in hiſtoria:præſtantiſſime pater:quod ex noſtris ſcriptoribus;
a græciſue ad hũc diem:quod ſciam:nemo : quippe qui longiſſimam ſacrarum
rerum ſeriem cum iis:quæ humanarum ſunt gentium:a primordio mundi con
nectere adortus:perpetuum traxi hiſtoriæ filum in Arcadii & Honorii tẽpora ; quibus
imperãtibus ob Romã bello a Gethis captam:labefactari cœpit maieſtas Ro.nominis;
iunxiq̨ ego diuina humanis adeo tenaci nexu:ut qui alterum legerit ; utrunq̨ legat ne-
ceſſe ſit.Nec ueritus ſum: ne id mihi noxæ uerteret: quod & Græcorum quibuſdã: qui
ſacram Hebræorum hiſtoriam tractare auſi:in manifeſtã numinis iram incidiſſe dicun-
tur:illi Leucippum fortaſſis:aut alium ſtultitiæ magiſtrum ſecuti:tantum abeſt: ut rite
pieue aliquid tradituri eſſent:de uera mũdi origine:& iis:quæ originib⁹ proxima ſunt;
ut oppugnaturi potius fuerint:q̃ propagaturi tanti myſterii fidem . Nos uero ſanctius
imbuti: quam illi:ac uerius inſtituti:eo ad ſcribendum conſilio uenimus:ut hæc;quæ re
latu digniſſima ſunt:ac ſcitu utiliſſima: aliquando a pluribus amari inciperent:legeren-
turq̨ hæc multo frequentius ſolito:nam quia nullo propemodum ſplendebant oratio-
nis cultu:pleriq̨ hominum uerborum magis quam rerũ ſtudioſi:pro ſordidis & incul-
tis repudiabant.Erit ſacrarum hæc rerum relatio:niſi multum opinione fallor :admo-
dum popularis:uel quia cum iis promiſcue legentur : quibus ob cultum orationis ma-
gnus fuit ab initio fauor conciliatus:aut quia noua uerborum figura:uelut nitida ue-
ſte inducta ſplendeſcere uidebuntur.Fuit id opus ſeptem circiter annorum . Cæterum
Venetiis natum:Veneto nomini libenter inſcripſimus:quod pro publico & priuato ci-
uitatis huius in te ſtudio:& obſeruantia;æque tibi gratum fore arbitror:ac ſi hoc quic-

quid eſt:tuæ eſſet amplitudini datũ.Nec ſum adeo ſpudẽs:qui ſacratiſſimas curas tuas cupiã:per hæc oĩno interpel lari:qd nõ magis ineptũ ſit petere:quã ſtultũ ſperare:quin ſatis mihi datum putabo:ſi cum tua amplitudo pauca in fronte legerit:uel lemmate dumtaxat inſpecto:noſtram probauerit induſtriam:duxeritq; laborem hunc non indignum:qui in parte ſuæ ornatiſſimæ bibliothecæ reponatur:qui honor:ſi his noſtris enneadibus:ut ſpero:contigerit:multo hinc alacrius exequar reliquam inſtitutæ hiſtoriæ partem:quæ in noſtra:pater pientiſſime:exibit tempora:eruntq; in relatione illa:de qua loquor multa:quæ ad alios ſpectabunt:& quæ ad tuam amplitudinem:tuorumq; decus ſpectent:erunt omnino aliqua.Sed dum illa longa ſerie ſcribuntur:hæc maioribus curis uacuus in manus ſumere ne graueris:pater ampliſſime:ac quum hæc legeris: Sabellicum:qui totus eſt tui nominis:foue:ac tuere. Venetiis.

Oliuerius Cardinalis Neapolitanus.M.Anto.

Electarunt nos mirum immodum Sabellice doctiſſime: ac præſtantiſſime:in hoc Neapolitano ſeceſſu: ubi nunc:ualitudinis gratia: parumper a reipu. curis ſemoti ſumus:tuæ omni auro & gemmis precioſiores enneades:quum:quia illæ omnimodæ hiſtoriæ ubertate:& uarietate refertæ:diuinarum:humanarumq; rerum nexu admirabili colligantur:tum quoniam:quæ orationis nitorem reſpuere:plærią; hactenus arbitrati ſunt:tu eo ſplendore: ac dicendi elegãtia illuſtras:ut plane omnibus palam feceris:nihil magnis ingeniis arduum eſſe.Accedit ad hoc:quod in contexenda tot rerum:tamq; diuerſarum congerie:ita te conſiderate explicas:& oculate abſoluis:ut nulla prorſus operis magnitudine:aut uarietate obrut⁹ fœliciſſime emergas ſemper.Tum uero(quod ad rem imprimis attinet)in hoc ſacrarium:non tu ita:ut uidimus:ad ſcribendum ingreſſus es:quaſi Leucippum:ut inquis:ſecutus:aut eorum aliquem:qui dei arcanum ignorarunt:ſed eos magiſtros aſſectatus es: qui diuinis oraculis imbuti originem orbis:& hiſtoriæ ueritatem deriuare:in ſtilum tuum potuerunt.Macte igitur eſto uirtute Sabellice:qui facis:ut noſtris temporibus merito gratulemur: quiue ocium noſtrum oblectare lucubrationis tuæ ſuauitate uoluiſti:cui ea conditione omnia noſtra deberi uolumus:ſiquod ingenue polliceris:huius hiſtoriæ ſeriem ad noſtri temporis memoriam uſq; deduxeris:non quia conſcribi:ut tu innuis:laudes noſtras depoſcamus:qui theatro conſcientiæ abunde contenti:ſi gloriari oportuerit:in domino potius gloriabimur: ſed partim: quia recentiora : quæ uel a maioribus noſtris audiuimus:uel ipſi conſpeximus:quum in ordine redacta perleguntur:magnam afferre ſolent legentium animis uoluptatem:partim etiam:quoniam poſteritatem excoli tuis utilibus monumentis: & illuſtrari exoptamus.Interim uero Sabellice præſtantiſſime:noſtrum ocium tuæ lectionis negocio delectabimus.Viris præterea doctis communicabimus tua ſtudia:denią; egregium:& expolitum opus:in parte bibliothecæ noſtræ præcipue iter clariſſimos rerum ſcriptores collocabimus: perpetuum noſtræ beniuolentiæ monumentum : poſtremo quod ad nos attinet:debere tibi Sabellice maxima quæq; profitemur:cui perſuaſum uolumus ardenti animo cupere nãciſci occaſionem : qua tuæ doctrinæ : ac meritis certiſſima animi noſtri:ac beniuolentiæ: erga te argumenta edere poſſimus. Vale Sabellice doctiſſime.Neapoli.

.M.ANTO.SABELLICI.EPISTOLARVM FAMILIARIVM.LIBER OCTAVVS.

.M.Anto.Ludouico Sfortiæ.

Cripſerũt fortaſſe alii meliore euẽtu hiſtoriã Illu.princeps: quia plus illi potuerunt: ſed qui audaciore conatu : quam ipſe nuper feci:ſit de ea re ſcribere auſus:quod ſciam fuit nemo: Enimuero ſeptimo ab hinc anno:nõ unius populi: nõ gentis:non principis unius:ſed omniũ res gentiũ:eo cõſilio:explicandas ſuſcepi:ut ſi p uirã liceret:ad noſtrorũ tẽporũ memoriã traherẽ hiſtoriæ filũ:& iã nõ minore ſucceſſu q̃ fiducia:pcipua pars erat laboris hui⁹ exhauſta:quũ ueritus:ne magnitudo operis gratiæ obſtaret:ſi tam

longa rerum explicatio:uno ederetur tempore:ſubitus quidam impetus cœpit harum
ſeptem Enneadum in apertum referendarum:quæ non relationem: ſed typum haberēt
rerum omnium memorabilium:quas a primordio mundi ad Ro. imperiū: inclinationē
omnis uidit ætas. Cæterum:dum lectio hæc recens eſt:& ab impreſſorū officina adhuc
calens:nihil inepte:aut ambitioſe ſum mihi uiſus facere:ſi hoc: quicquid eſt prius q̃ uul
garetur tibi princeps illuſtriſſime:cognoſcendū traderem. Nec uereor:quin lectio hæc
ſit tibi non paruæ uoluptati futura:quum propter alia quædam: tum quod Veneto ſit
nomini inſcripta:quo nihil eſt tibi hodie cōiunctius. Accedit huc:quod tu princeps mi
tiſſime:tua ſponte:ut mihi dicitur:dignatus es:quandoq; res noſtras legere:atq; ita lege
ris: ut uehementer etiam probare uiſus ſis. Quod ſi unius ciuitatis res geſtas: & ſi longe
celeberrimæ:cognoſcere non recuſaris:quid uerear ne non ſis hæc: quæ omnium ſunt
gentium:libenter inſpecturus:præſertim quum omnium illuſtrium uirorum:qui omni
memoria fuerunt dicta:factaq; inſignia:complexæ ſint huiuſmodi noſtræ Enneades: in
quibus ritus & mores gentium:clarorum hominum conſilia:uarios rerum ſucceſſus:&
ut breuiter dicam:totum humanæ uitæ exemplar:uelut in tabula figuratū: licet intue-
ri. Verum ſis ne aliquando hæc per partes lecturus (nam rem totam tibi in ampliſſimi
principatus adminiſtratione cognoſcendam:proponere ambitioſi ſit hominis ne teme-
rarii dicam)incertum habeo. Ego tā̄q ita facturus ſis:pergam alacriore animo: reſiduam
hiſtoriæ huius partem ad exitum perducere:cuius relationis pars erit tuarum rerum in
clite princeps:non parua:ubi eo uenerimus:ut illa ſint a nobis referenda: quæ his pau-
cis annis geſta ſunt in Italia:per quæ partum eſt tibi immortale nomen. Erunt:ſcio illa
tuæ amplitudini non iniucunda:non quod deſint tibi:qui melius poſſint: & uelint res
tuas illuſtrare:ſed quia:aut pulchrius ſit a pluribus celebrari:aut ad nominis immortali-
tatem tutius. Vale.

Ludouicus Sfortia Anglus Dux Mediolani. M. Ant. S.

Cœpimus non ſine ingenti uoluptate hiſtoriam & litteras tuas: nec uero hoc
a munus tuum ea una res fecit gratum:quod te ob ſingulares uirtutes tuas:plu-
rimum ſemper dileximus. Letamur uehementer nouo argumento:teſtatum te
eſſe:quanta nos obſeruantia proſequaris:& quam conſtanter memoriam noſtri ſerues:
quæ tua in nos egregia uoluntas:ſicuti plurimum commendationis meretur: ita etiam
noſtrum erga te amorem:non mediocriter auget. Solemus præterea rerum ante nos ge-
ſtarum cognitione: multum oblectari:& proinde hāc quoq; gratiam a nobis iniuiſti:
nihil enim hoc tempore acceptius ad nos mitti potuiſſet. Dolemus autem in re littera-
ria non tantum profeciſſe:ut altius eloquentiam: & cæteras ingenii tui uiriutes:legen-
dis his enneadibus perſpicere poſſimus:nulla alia lectione perinde caperemur. Cæterū:
quando id non licet:iuuabit ſæpiſſime illas in manus ſumere:& ſuperiorum temporum
geſta tuo beneficio cognoſcere. Neq; te opinio tua feſellit:nam uolumen ipſum: quum
per ſe fuit nobis gratum:tum ob id gratiſſimum:quod illuſtriſſimæ iſti rei pu. inſcribi-
tur:qua cum cōiunctiſſime:ſicuti tu ipſe ais:uiuimus:propter quod nullius alterius no-
men ipſum magis commendare potuiſſet. Iam quantopere laudari debet propoſitum tu
um:qui uno uolumine totius orbis res geſtas complecti aggreſſus ſis: in quo:quoniam
res quoq; noſtras te ſcripturum polliceris:gaudemus plurimum:abs te de æternitate no
ſtra cogitari:& quod in animo habes:ut perficere poſſis:optamus. Cæterum ſcribimus
ad oratorem iſtic noſtrum:ut noſtro nomine quandam certam aureorum ſummam ti-
bi numeret: non quod non maiora promerearis: ſed ut aliquod uoluntatis in te no-
ſtræ pignus habeas:tuum autem erit in ipſo munere:non tam illius paruitatem: quam
noſtram beniuolentiam penſitare. Mediolani.

M. Anto. Ludouico Sfortiæ Med. Duci. S.

Radidi nuper meas tibi Enneades legendas eo conſilio:princeps illuſtriſſime:
e ut gratiam inde: non premium: reportarem. Sed officium mihi: ut uideo:
beneficium peperit: beneficium non mea fortuna:quæ humilis & obſcura

eſt:ſed tua quæ eſt oium ampliſſima:dignum:nam & qui cū libro Mediolanum uenit:
ſuo donatus munere ad nos rediit:& oloſerici pāni magnū mihi inuolucrum attulit do
no ab tua excellentia:attulit & aureos nummos quinquagenos: quos mihi Glandaten-
ſis Antiſtes tuus:hic orator ſūma fide repræſentauit:pro qua ſingulari beneficētia:quas
nūc tibi agā gratias:haud facile reperio:princeps Illuſtriſſime:certe quā maximas debe
ri ſcio:ſed quando(quod uix futurum putaſſem)deſunt ad hoc ipſum mihi uerba:deum
optimum maxi.precor: ut incolumi principatu ſis diu ſuperſtes : mihiq; ea. mens con-
tingat :ut perpetuo cultu:& obſeruātia:nec obſcura animi gratitudine:tali credar bene
ficio:non indignus. Vale.

Ludouicus Sfortia Dux Med.M.Anto.S:

Iber:quem ad nos miſiſti:nō id ſolū meritus eſt:qđ fecimus:ſed multo etiā ma
l ioribus fuit dignus muneribus. Tu uero:ut doctus:ita etiā gratus aīo: dum no
ſtrum animū pluris quā rē æſtimas:mediocrē rē pro maxia accepiſti:laudibuſ-
q; impenſius extollis. Duplici igitur es dignus gratia:noſq; uirtuti tuæ:in poſterum dua
bus de cauſis debere uolumus: & quod ſcribendo dignū te feciſti: qui cognoſci debeas:
& diligi:& quod dum doctrinæ animi facilitatem iungis:aſſecutus es : ut doctrina ſit
etiam in te:multo amabilior. Vale.

.M.Anto.Triuiſano ſuo.

Exui Triuiſane uir clariſſime longiſſimam hiſtoriæ ſeriē:a prima rege origi-
t ne ad Ro.imperii inclinationē:in quæ tēpora icidit auſpicatiſſimus ueſtræ ur
bis ortus:ſumq; opus partitus in ſeptē enneades:quas Auguſtino Principi in-
clyto:& Senatui inſcripſi. Cæterū: quia ad Veneti nominis decus pertinere arbitror:ut
quā plurimi:atq; iidē optimi intelligant induſtrios homines: non ſolū Venetiis naſci:
ſed alibi quoq; natos hic benigne ali & foueri. Miſi has noſtras enneades nuperrime im
preſſas:priuſquā uulgari cœpiſſent:Ludouico Sfortiæ principi illuſtriſſimo:cognoſcen
das:idq; libērius feci:& quod Veneti ſit nominis hodie amiciſſimus : ſitq; aliquādo ſua
ſponte:ut mihi dicit:res noſtras legere ſolitus. Facies uir clariſſime rē mihi gratiſſimā:
ſi dabis operā:ut hic adoleſcens:qui librū iſtuc attulit:facilē ad ipſū principē impetret
acceſſum. Erit id mihi tā gratum:ut nihil poſſit eſſe gratius. Vale.

.M.Anto.Barbauaro ſuo.

Oſtra ſcribendi conſuetudo non tā uoluntate itermiſſa eſt:quā tēporū iniqui-
n tate. Manet hodie:manebitq; ſemper:quoad uixero noſtra tibi amicitia incolu
mis:ſed de meo in te perpetuo amore:quū plus ocii nactus fuero:longiores ad
te dabo litteras. Nunc Barbauare mi: ſi me amas:& ſi a me amari nō ignoras:da queſo
operam:ut per te huic:qui meas tibi attulit litteras:ſiat ad tuū principē acceſſus:ad quē
noſtras hiſtoriarū Enneades miſimus: ex impreſſoria officina nuperrime receptas. Inui
tauit me ad id officium:quum principis ſapientia ſingularis:tum quod ſua ſponte: ut
quidam mihi dicunt:res noſtras legit aliquando:uehementerq; probauit. Vale.

.M.Anto.Herculi Eſtenſi.S.

Iraberis(ſcio)illuſtriſſime Princeps:quid ſit:quod nouus homo:nec ulla:ut ar-
m bitror:phama:adhuc tibi notus ultro ad te ſcribere ſit auſus. Sed ſcribendi cau
ſam multo magis mirari poſſis: ni ſapientiam tuam : & pietatem reſpexeris:
quæ duæ in te uirtutes tantum omnium prædicatione eminent : quantum in eorum
nullo:qui ſunt hodie in ampliſſimi principatus faſtigio collocati. Has nunc: ego ſecu-
tus nihil temere me facturum putaui:ſi has noſtras hiſtoriarum enneades nuper im-
preſſas:quas Veneto nomini inſcripſi: priuſquam uulgari cœpiſſent: tibi cognoſcen-
das traderem:nam quia promiſcua in his relatio continetur:diuinarum:humanarumq;
rerum:futurum uidebam : ut tuam prudentiam: quamuis ſingularem:pars hæc : illa
pietatem aliquid iuuare poſſet : Proderunt hæc omnino aliquid : ſed nec minor ſeque-
tur uoluptas ex iis:quæ Enneadum continet lectio . Nullum eſt enim uirtutis exem-
plum: quod in illuſtri ſit loco poſitum ; nullum dictum:factumue memorabile a pri-

mordio mundi:ad primam Ro.imperii inclinationem:nulli gẽtium ritus: leges:mores:
nulla demum humanæ uitæ præclara exempla:quæ non hic uelut in albo ſpectare lice
at.Intueberis hic omnem uetuſtatis faciem:omnis rerum geſtarum memoria uno eſt
loco contemplanda.Erit itaqꝫ:quum talis ſit explicatio hæc rerum:ut ſpero:tibi non in
iucunda:ſi eam maioribus curis uacuus aliquando cognoſcere non aſpernaberis:perci-
pieſqꝫ ex eo:ut arbitror:uoluptatem non mediocrem:quod dum alias in aliis uirtutes
miraberis:quæ plurium fuerunt:cum iis:quæ in te ſunt collatæ:uix ſint æquilibrium
facturæ.Quod ſi hæc placebunt:quæ aliena ſunt: & ab omni hominum memoria re-
mota:haud dubium:quin multo magis placitura ſint:quæ reliqua pars huius contine
bit hiſtoriæ:quæ nunc in manibus eſt : in noſtraqꝫ excurrit tempora . Erunt ſcio & in
his non pauca:quæ:quum aliorum: tum clariſſimam nominis tui memoriam: queant
ad poſteros tueri.Vale.

Hercules Eſtenſis.M.Anto.S.

Ccepimus epiſtolam tuam: accepimus & tuarum enneadum opus nuper im-
a preſſum:quod pro tuo in nos amore cognoſcendum nobis tradidiſti:Arbitra-
tus es profecto: id quod res habet:nos incredibili recognoſcendæ uetuſtatis
ſtudio teneri:quippe quæ in ciuitatibus:& populis regundis: plurimum adiumẽti affe-
rant: melioreſqꝫ ſemper:ac prudentiores in ſecundis : & aduerſis rebus:reddat illorum
moderatores.Et nos hoc nomine tibi plurimum debere uolumus:quod multorum die
rum lectionem ad nos miſeris:iucundam ſimul: & utilem:& ex qua uoluptatem iam fe
re percepimus incredibilem.Pergemus uſqꝫ ad calcem tuam hiſtoriam cognoſcere: ne-
quid nobis incognitum relinquatur. Vnum tamẽ eſt: in quo multum nos demereri po
teris:ſi ab inclinatione rerum Ro.ad hæc uſqꝫ tempora:quod reliquum eſt hiſtoriæ:te-
xueris:neſcio enim:quo nam modo recentium rerum:ac noſtratium lectio plus ſecum
affert dulcedinis & iucunditatis.Proſequere igitur: ut cœpiſti:tuo iſto graui ſtilo:& fa-
cundo:reliquam hiſtoriæ partem abſoluere : quam ſi ad exitum:perductam ad nos ali-
quando miſeris:rem nobis gratiſſimam efficies : maioreque tibi munere deuinxeris.
Vale.Ferrariæ.

.M.Anto.Ioanni Bentiuolo.S.

I uitæ magiſtra eſt hiſtoria:ueramqꝫ:ut Polybius ait:ſecum affert ciuilium re-
ſ rum diſciplinam:digna quidem res eſt:Bentiuole:uir clariſſime:quæ ab omni
bus ſummo legatur ſtudio:& ab eo præcipue:qui magnæ alicuius ſit ciuitatis
Princeps : nã haud una huic opus eſt uirtute: qui uult multis prodeſſe:& ad quem uni
uerſa ciuitas ſua defert deſideria : ſed is ſit neceſſe eſt : a quo ſenatores prudentiam di-
ſcant:iudices æquitatem:negociatores fidem:milites fortitudinem:ciues omnes iuſtiti-
am:quarum uirtutum: quum permagnus ſit numerus:nulla in te:uiro ſummo: ut mi-
hi dicitur: ex earum genere deſideratur: quæ ad ciuilem adminiſtrationem accomoda-
ri poſſunt:quippe qui in ampliſſima familia:in ciuitate celeberrima inſtitutus:tantum
domeſtica diſciplina:naturæqꝫ beneficio:in omni uirtutum genere profeceris:ut digni
tatem a maioribus acceptam:non ſolum tuearis:ſed maiorem etiam imodum auctam:
atqꝫ imperpetuum ſtabilitam:ſis poſteris relicturus.Cæterum tanta eſt humanarum re
rum uarietas: ratioqꝫ inexplicabilis : ut rerum omnium ſcientiam teneat:neceſſe ſit is:
qui in ſummo dignitatis faſtigio ſit collocatus:ut alterutram fortunam non ſolum fer
re poſſit:ſed omnes illius impetus fortiter infrigere.Inſtruunt in hoc uitam ſatis com-
mode philoſophorũ præcepta:ſed multo cõmodius: efficaciuſqꝫ hiſtoriarũ lectio.Mo-
uent illa:haud aliter quam ſi in maligna luce caligantiue aliquo receſſu ſpeciem aliquã
intueamur:Exempla autem rerum:quæ celebrat hiſtoria: uel quia in illuſtri ſit loco il-
lorũ laus ſita:q ea geſſerũt:uel quod multo ſignificãtius explicentur: hypotypoſim: ha
bent quãdã:ut nõ ſcribi illa:ſed geri uideant:quo ſit:ut multo tenacius hæreãt aĩo faci
liorqꝫ ſequatur ꝓfectus.Sed quũ multũ oĩs ꝓdeſſe poſſit hiſtoria:hæc quã tibi:uir ꝑſtã

tiſſime nũc cognoſcendã mittimus oĩum:qđ ſine ĩuidia ſit dictũ:eſt maxĩe ꝓfutura: nec
enim ſolius gentis: populiue unius geſta:neq; paucorum memoriam annorum hæ con
tinent Enneades:ſed res omnium gentium a prima mundi origine:ad urbem Romam
Gethico bello captam:ac direptam:qua inſigni clade minor facta eſt Ro.imperii maie-
ſtas:continenturq; longiſſimo hiſtoriæ tractu plures propemodũ ætates: quam in qui-
buſdam aliis rerum ſcriptoribus numerentur anni. Nec eo conſilio hæc tibi miſimus
cognoſcenda:quod ita perſuaſum haberemus:ut multum huiuſmodi lectione indige-
res:ſed quod ita fore putabam:ut quum legenti tibi multa illuſtrium uirorum monu-
menta occurrerent: tuas in illis uirtutes agnoſceres:ita enim natura comparatum eſt:
ut quum omnes uirtutes in omnibus miremur: neſcio quo nam modo iis maiore ſtu-
dio faueamus:impenſiuſq; probamus:quæ in nobis ipſis noſtro:aliorumq; emineant iu-
dicio. Verum quocunq; modo noſtrum a tua amplitudine æſtimabitur officium; per-
gratum mihi erit:ſi nouæ huic lectioni:nuperrimeq; ex impreſſoria officina deprõptæ
adhibebitur. Franciſcus Beroaldus:uir eruditiſſimus:& cui tantum in his noſtris ſtudiis
tribuo:quantum eorum qui phama & celebritate florent:nemini. Vale. Venetiis.

Io. Bentiuolus .M. Ant. S.

Ccepi nuprime litteras tuas plenas officii:teſtes fidei indices tuæ erga me ob-
ſeruantiæ:accepi & munus chartaceum non minus hiſtorica narratione:quam
ſplendido nitore precioſum:cuius elegantia uel ex liminari pagina: ſentim co-
gnoſci poteſt:pro quo gratias tibi uberes ago:gratiam relaturus: cum dabitur occaſio:
quum repoſces:feriatus a negociis:quibus multimagis diſtineor:horiſq; ſucciſiuis faci-
am:quod cupis:& id quidem animo libentiſſimo:quod ſi non perlegam: ſaltem ex inter
uallo:& ſaltuatim legam. Hiſtoriam abs te luculente; graphiceq; perſcriptam: leget &
Beroaldus noſter:cui iam tranſlegendam dedi:qui eam probat:& preconio laudis extol-
lit. Ego te iam in meorum numerum aſcribo:& ſi tibi ulla in re gratificari poſſum:nuſ-
quam deero. Vale. Bononiæ.

.M. Anto. Guidoni Vrbinati. S.

Iſi ueriſſimum eſſe arbitrarer: quod Euripides ſcribit: nunquã has meas En-
neades:quas Veneto nomini inſcripſi:auſus eſſem tibi legendas proponere:il-
luſtriſſime princeps. Sed quia uerius uero eſt:quod ſapiens poeta ait: ex bonis
bonos procreari:nunq̃ dubitaui:quin Fœderici patris tui imperatorum:qui omni homi
num memoria fuerunt:ſapientia:& fortitudine clariſſimi:tam ſimilis eſſes:quã quiuis
optimus filius optimi patris ſimilimus. Fuit ille: quod poſt .C. Cæſarem clariſſimorũ
ducum:nullus:& imperatoriis artibus:& ſtudiis litterarũ p̃ſtantiſſimus: cui adeo utrun
q; affuit:ut hoc plus an illud ad nominis immortalitatem contulerit:difficile ſit iudica-
re. Succeſſiſti tu illi paternæ laudis:non magis hæres:quam æmulus:qui quantus tandẽ
futurus eſſes:duplex in puero tyrocinium oſtẽdit. Puer enim adhuc Odaxio Patauino:
uiro clariſſimo:græcæ:& latinæ:facundiæ præceptore uſus:tam breui utrunq; dicendi
genus:imbibiſſe diceris:ut omnium opinione reminiſci potius crederetis:quam diſcere.
Nec minor in armis indoles; quorum præclarum rudimentum apud patrem primo
depoſuiſti:magiſtrum in eo genere laudis minime pœnitendum. Secuta ſunt inde exi-
mia militiæ decora. Enimuero patre adempto:& ſi admodum adoleſcens; quia tamen
ad uirtutem natus:non niſi fortia & alta ſemper petiiſti. Poſſem ego non pauca referre:
quæ de præmatura ſapientia tua:inuictaq; animi magnitudine: celebri phama ferunt:
ſed non eo conſilio ad ſcribendum ueni:ut nunc de tuis rebus dicerem ſatis: ſuperq; ad
illas illuſtrandas ſupererit locus in reliqua parte Rapſodiæ huius: quæ nunc in manib9
eſt:quæ in noſtros excurrit annos: Illud reticere nõ poſſum:ſtetiſſe nuper uirtutẽ iſtã in
ea acie inuictam:unde multi uiri fortes exceſſerant:neſciuiſſeq;:immo noluiſſe ſæuien-
ti fortunæ cædere:ſed rebus iam perditis:eo conſilio locum tenuiſſe: ut aut uictoriam
ex hoſtium manibus extorqueret:aut in ueſtigio caderet. Verũ hæc in aliud:ut dixi tem

pus conſulto differuntur.Nunc :quando mihi diceris:uacuo maioribus curis animo ſo
lere libens litterarum ſtudia interuiſere:nec ulla interim lectione:magis quam hiſtori-
ca delectari:nihil inepte ſum mihi uiſus facere: quod hanc noſtram Rapſodiam : quæ
omnium res gentium complexa eſt:ab orbe cōdito:ad primum Ro.imperii lapſum:pri
uſquam publicum ſortiretur:tibi legendam tradidi:nec ueritus ſum:ne quum Veneto-
rum cauſa:quibus inſcribitur:tum quia complexa ſit omnem uetuſtatis faciem:non ali
quid hæc ſit lectio tibi uoluptatis allatura:dignaq; exiſtimetur : cui in tua ornatiſſima
bibliotheca:aliquis omnino uacet locus.Cæterū:ſiue ſic erit:ſiue aliter eueniet:ego:tan
quam omnia probaturus ſis:irrequieto pergam ſtilo:reſiduam huius hiſtoriæ partem:
in noſtrorum temporum memoriam extendere. Erunt:certo ſcio:illic omnia cognitu
iucundiora:uel quod illuſtrium uirorum:qui tecum hodie florent res præclare geſtas:
uelut in tabula quadam intueri:pergratum erit : aut quia non pauca ad tuam princeps
iucundiſſime:tuorumq; pertinebunt laudem:gratiſſimum. Vale.

Guido Vbaldus:Vrbini Dux.M.Anto.S.

El ex litteris tuis:uel ex libro Enneadum tuarum: quas ad me legēdas dediſti:
u duplicem percipio iucunditatem:alteram: quod animaduerto non uulgarem
tuam erga me beniuolentiam: quam plurimifacio : quom aliis de cauſis: tum
quod ab homine eruditiſſimo:ac in litterarum ſtudiis eminentiſſimo proficiſcit:qua-
lem te eſſe : & omnes prædicant: & ipſe mihi perſuadeo. Alteram: quod in hac hiſto-
ria tua lectitanda:mirum immodum delector:ea eſt enim uis ingenii: & uerborum ele-
gantia:& omnimodarum prope hiſtoriarum ſeries:abs te in unum conſerta : & coacer
uata : ut facile quem uis ad legendum allicere debeat: uel utilitatis: uel oblectationis
gratia.Itaq; amabam te ante:hac ſola nominis tui celebritate compulſus: nunc autem:
& amare:& admirari incipio:tibiq; gratias habeo:quod lectionis tam luculente compo
tē me & participem feceris:nam præterquam:quod me delectabunt enneades tuæ:pri-
marium etiam locum in bibliotheca mea conſequentur.Ego ſane ſiquid interea con-
tinget:quod tibi ex me:aut uſui:aut dignitati ſit futurum:in eo:& ſtudium: & amorem
meum polliceor. Vale.

Ludouicus Odaxius.M.Anto.

Dolescens:qui librum Enneadum tuarum attulit:a principe meo benigne ſu-
a ſceptus eſt.Ipſe uero Enneades ita lætanter:ut nihil ſupra: quemadmodum ex
ipſius ad te litteris intelligere poteris.Feciſti rem profecto gratiſſimam : & li-
beraliſſimam principi meo:qui ſane dici non poteſt:quantum tibi afficiatur:quantum
ingenio:quantum elegātiæ:quantum eruditioni tuæ:nam præterq̄:quod ex celebri ho
minum ſermone perceperat:ipſe etiam nuper adiecit iudicium:& ſententiam ſuam:ne-
quaquam aſpernandam. Quod ad me attinet:ego is ſum : qui te multis ab hinc annis:
non amandum modo te mihi: ſed etiam obſeruandum ſuſcepi. Itaq; & celebritati no-
minis tui:& immortalitati plurimum fauco, Vale: & Odaxium tuum tibi deditiſſimū:
memineris.Eugubii.

.M.Anto.Odaxio.

Ccepiſſem ego comiter hominem:de quo iam tertio ad me ſcripſiſti:nec id fe
a ciſſem ſolum:ſed quam familiariſſime etiam tua eram cauſa amplexurus : niſi
ille tuis mihi litteris ex occurſu redditis:ita prorſus euanuiſſet:ut iam inde nuſ
quam ſit factus mihi obuius:aut ſi factus eſt:adeo quidem ignobilis eſt mihi oblatus:
ut dubium ſit:noluerit agnoſci:an in hac urbica frequentia non potuerit. Verum:ſi no-
ſtra aliquando opera uti uolet:curabo libenter:ut re ipſa intelligat nullam commen-
dationem plus Odaxiana:apud me ſibi prodeſſe potuiſſe.Quod noſtras litteras tardius
quam tua fuit expectatio: acceperis:doleo uehementer : ſcripſiſſem ad te multo prius:
nec paſſus eſſem ita euenire : ſi quibus litteras dare potuiſſem : non omnino defuiſ-
ſent.Sed nihil Odaxio eſt mihi iucundius:nihil charius. Vale:& quum plus ocii nactus
fuero:plura expecta.

:M.Ant.Do.Cardinali Grimano:

Ratulor tibi pater ampliſſime recentem dignitatem: gratulor & ſacerdotium:
g eoq; impenſius id facio:quo maius fuit huius ſapientiſſimi ordinis in te ornan
do ſtudium:& conſenſus.Et ſi omnium prædicatione ſic habet : ut nullæ tam
amplæ fieri poſſint in tua dignitate acceſſiones:quod non maiores adhuc ampliſſimæ
uirtutes tuæ mereátur. Spero itaq;:& opto húc tuoꝝ ſucceſſuũ tenoré eo ꝓceſſurũ: ut
q̄ nũc ampliſſima tibi gratulor dignitate:multo adhuc ampliore:& qua nulla poſſit ma
ior ĩ uita cõtingere:aliquãdo gratulaturus ſim:qui núc:ut ĩ ꝑclaro & eminẽti cõſpiceris
loco:in ſublimi demum conſpiciare.Cæterum nulli dubium eſt:quin Philoſophia dum
taxat excepta:in qua inter uiros tui ſæculi locum obtines eminentiſſimum:enixe in cæ
teris daturus ſis operam:ut in Aquileienſi Eccleſia adminiſtranda:optimã.M.Barbi Car
dinalis:Eccleſiæq; illius olim antiſtitis memoriam imitatus uidearis.Cupiaſq; ita eueni
re:ut omnes intelligant:te quantum eruditione cæteris mortalibus præſtes:tãtum ſan-
ctitate uelis:& innocentia præſtare:ſed quum nihil ſit:pater pientiſſime:per quod facili
us poſſis id conſequi:quam ſi per eoꝝ tuæ eccleſiæ negocia adminiſtraris: quorum ope-
ram Antiſtes ille optimus probauit:probatam repudiauit nunquam . Ex iis hodie(pam
perpauci reſtãt)reliquus ẽ Paulus ſanctoninus;uir optimus:& imprimis eruditus: & qui
triginta circiter annos in ueſtro illo Aquileienſis eccleſiæ foro ſcribæ functus eſt mu-
nere:tanta induſtria & integritate:ut dubium ſit:maiorem inde prudentiæ laudẽ:an con
tinentiæ reportarit.Nemo unquam tribunal illud adiit:quem comitate & manſuetudi
ne non ſibi deuinxerit.Adiicio illud:quod uel longa experientia uel prudentia ſingulari
nemo eſt:qui melius iura illius eccleſiæ norit:qui nota prudentius diſponat : diſpoſita
utilius tractet.Nec uereor:ne ambitioſe uideat facere:qui de homine mihi amiciſſimo
ita ſcribo.Aſtipulatur huic meo teſtimonio tota Aquileienſis patria: Germani: lapides:
& quæcunq; gentes ex eo foro iura ſibi petũt. Quod quum ſanctoninus meus ſit talis:
ut nulli hominum poſſit id negocium:aut utilius credi:aut tutius delegari:ut ſi non ad-
ſit omni ſtudio:ſit ad id munus requirẽdus:tuæ erit ſapiẽtiæ pater ampliſſime:tuæq; pie
tatis:ſi eccleſiæ rebus:ſi foro:ſi totius cleri commodis: cõſultum uoles ipſum: homi-
nem complecti : perpetuoq; fauore:& gratia tueri . Erit id:quũ multis aliis gratũ: tum
mihi:qui totus ex tua pendeo amplitudine:gratiſſimum. Vale.

.D.Cardinalis Grimanus.M. Ant:

On miramur te nobis recentem gratulari dignitatem: qui noſtrum in te affe-
n ctum:ſtudiumq; penſantes amari abs te nunquam ueriti ſumus:quod quidem
non ſolum animi erga te noſtri conſcientia:ita ſe habere nos monet & ſuadet:
uerum etiam diſciplinarum:quaſi pignus aliquod:uel potius quædam:ut ſic dixerim:ne
ceſſitudo uirtutis ſolidiſſimum amoris noſtri teſtimonium perhibet : ut conſiſtere ani-
mus tuus:ac contineri in re tam graui & perdifficili nequeat:niſi etiam ſublimiora no-
bis ominetur:auguſtioraq; concipiat.Qualia:ſi ſapimus:ſi uirium noſtratũ modum:im-
becillitatemq; metimur:non affectare modo nõ debemus:ſed ne irretiri quidem ſpe ali
qua:aut meditari conuenit:nam dum eas ipſas animo contuemur: demandati plærunq;
muneris molem reformidamus:ne ſimiles eorũ:quos carpit Hieronymus: efficiamur:
qui inquit intumeſcentes putant ſe:non chriſti diſpenſationem:ſed imperium conſecu-
tos:itaq; non tam(ut uera fateamur)grata fuit nobis eccleſiæ amplitudo ac dignitas:
quippe quæ non parum negocii ac ponderis ſecum afferat:quam fuerunt ea in re utri-
uſq; ſenatus ſtudia iucunda:quibus perſpicere licet : quæ iam hominum de nobis ſit
opinio:quam uel fruſtrari uel imminui:a nobis accurate cauendum eſt.De Sanctonino
tuo:quem ad ſcribæ officium tam ſtudioſe commendas:ut de plæriſq; fere omnibus de
cernere quicquam non poſſumus:priuſquam reddamur per eum certiores : qui noſtra
iuriſdictione illic uicario eſt nomine functurus:qui iamdudum ad iter arripiendum ac
cingitur.Demum mi Sabellice id uelim ſcias: ſiqua tibi grata per nos præſtari queũt:ſu
turum:ut omnia facile conſequaris. Vale.

M.Anto.Do.Cardinali Grimano.

l Ongiore opus eſſet excuſatione:ſi cauſam dicturus ſim:cur in tua iſta dignitatis acceſſione:quæ in te:pater ampliſſime: hoc biennio facta eſt : nullo adhuc ſim uſus gratulationis officio: quod & ſi obſcurum erat futurum in tanta amicorum celebritate : officiorumque frequentia : quanta de tuo ſucceſſu & incrementis ubiq; fuit:quamuis ignobile:aliquod tamen potius eſſe debuit:quam nullum. Nunc:ut omnia in arctū colligā:ego ad primum de tua dignitate nunciū :perinde ac debui: lætatus gaudiū:quod ex ea re percepi tuis omnibus corā:& uultu:& uoce teſtatus ſum: nec his contentus:in animo habui confeſtim ad tuā amplitudinem ſcribere. Cæterum:perſuaſum mihi fuit:ab initio oportere me ea gratulatione uti:quæ præſenti eſſet lætitiæ accomodata:quæ nō ſolum ab homine tuæ amplitudinis ſtudioſiſſimo:ſed ex ea quoq; officina profecta uideretur:in qua illuſtrium uirorum aſſidue cudūtur laudes:ſed dum tempus expecto:meditorq; præſentes curas abrumpere:aliis ſe negociis ſuper alia ingerentibus:annus mihi unus atq; alter per irritū conatum defluxit: ad poſtremū uictus: quia quod maxime cupiebā non dabat:Comici adoleſcētis uſus conſilio:id uolui:quod potui:quicquid enim uno erā uolumine complexurus: ſcribendarum rerū ſerie ductus: publicis patriæ monumētis intuli:quod niſi opinione fallor:tuæ ſit amplitudini æque gratum.Nunc quando nulla gratulatio ſera eſt:quæ nō ſit negligentia prætermiſſa:gratulor tibi pater præſtantiſſime præſentem dignitatem:& ſi multo antea præuiſam:longe mihi tamen:ut tuis omnibus optatiſſimam:gratulor:& quod pater tuus uir clariſſimus eōdem temporis interuallo:omnia ſit uitæ ornamenta conſecutus : quæ optimus quiſq; in libera ciuitate optare poteſt:& debet:qđq; ex rei maritimæ impio ſibi: & ſuis laude non mediocrem reportauit.Deum uolo præſentes uobis ſucceſſus fortunare : ut tu foris:ille domi ſitis omni tempore:& patriæ:& amicis:quā chariſſimi: digniq; habeamini:quibus hæc:& maiora bona merito contigiſſe uideantur:fœlix ſis:& fauſtus pater ampliſſime:cui me etiam:atq; etiam:commendo. Venetiis.

Do.Cardinalis Grimanus.M.Ant.

n On diffitemur ꝑgratas fuiſſe nobis litteras tuas:quippe quæ ab homine:quū facundo:tum amico proficiſcerentur:non tamen neceſſarias eas perinde ac tu putas cenſuimus:quibus uoluptatem tuam ex illuſtriſſimi ordinis huius acceſſione conceptam depromeres:quod eo facilius in animum induxeris:quo te ſponte iam pridem doctrinæ tuæ:ac morum ornamētis amauimus.Sic natura fert:ut amici in amore reſpondeant:neq;.n.aliud quicq̄:ut noſti:certius eſſe amoris pignus poteſt:quā communia litterarum & uirtutis ſtudia:quibus amicitiæ iura ſolido ueluti fundamēto ſubnixa conſtare diu queant: etiam ſi nulla citro ultroq; officia interceſſerint:nam & ſi cōſcii nobis plane ſumus deum benignius ac liberalius nobiſcum egiſſe:non fallimur tamen exiſtimare te:tua : ac reliquorū eruditorū hominū intereſſe:eo facultatis nos prouehi:qua(id quod cordi nobis eſt)litterariæ rei commodo:dignitatiq; conſulamus. Nulla igitur tua eſſe potuit ad nos ſera gratulatio: quādo quidē exploratum ſit nobis: te & abſentem & ſilētem illico gratulari.Quod ſi amor in nos tuus ullo eguiſſet litteraꝝ teſtimonio:nō tamen ſumus tā anxio:importunoq; :ingenio:qui litteras ab amicis: quaſi ex ſtipulatu debitas exigamus:& ab iis præſertim:q̄bus nūc ꝓſitēdo: nunc ſcribendo diſtrictis:nullus ferme temporis numerus iners:& ocioſus:effluat.At uero iam tibi longe plura nos debere:quam cæteris intelligimus : qui impenſius: munificentiuſq; præſtare officium contendas:atq; etiam cum fœnore:ut dum memoriam noſtri publicis patriæ monumentis intuleris:epiſtolæ moram:quæ nulla prorſus fuit:purgare uelle uidearis: Sed genio tuo indulgeas licet:modo te quaſi cenſore iuſte uiris patriæ illuſtribus adnumeremur.Numina fœliciter tibi:poſteriſq;:incohata ſecundent.Nos proinde:& abſolutam:quam ordiris:lectitare hiſtoriā cupimus:& ſiquid præſtare licuerit:quod tuo uſui: aut dignitati futurum eſſe noueris:operam tibi noſtram:multoq; tua opinione propenſiorem pollicemur.Vale.Romæ.

.M.Anto.Cardinali Grimano Patriarchæ Aquileien.

I nulla maior mihi cā fuiſſet:has nſas tibi Enneades mittēdi priuſquā uulgo
ſ legerenť: ea certe pmagna uideri potuit: ꝑſtātiſſime pr̄: quod i Veneta urbe:
res ipſa nata eſt: Venetoq; nomini iſcripta:quibꝰ nihil eſt: ut arbitror:tibi cha
rius in terris.Cæterum:nihil æque præſens mouit officium:ac tua ſingularis pietas:hu
manitaſq;:quum omnibus nota:tum mihi iam antea perſpecta.Scilicet dubium fuit:ne
non hæc libenter legeres:quæ:& ſtilo:& materia meliora ſunt: qui noſtrarum obſerua
tionum librum:quem tuo nomini iam quinto ab hinc anno inſcripſi: non ſolum lege
re non recuſaſti:ſed auctor propemodum fuiſti:ut in apertum referretur.Quod quum
hæc mittendi non una mihi fuerit cauſa:nec a pietate tua & ſtudiis alienum : ſatis ſcio
ita fore:ut citra omnem ambitiōis ſuſpitionem: noſtrum hoc ſis officium excepturus:
ac ſi quandoq; a maioribus erit curis ocium:nō grauaberis:hoc quicquid eſt:quod mit
titur:aliqua ex parte cognoſcere:nam quod ad rem attinet:non uideo:cur lectio hæc nō
grata ſit tuæ amplitudini futura:quippe quæ uarietate ſit incredibili referta:utiliumq;
exemplorum copia adeo ſingulari:ut nihil in diuinis humaniſq; rebus inſigniter ſit ali
quid actum:ab orbe condito ad primum Ro.imperii lapſum: qui in Arcadii & Hono
rii tēpora incidit:quod non hic uelut ex tabula quadam uno poſſit obtutu perſpici:ſed
qualis ſit noſtra hæc hiſtoriarum lucubratio:tu pater pientiſſime per ocium iudicabis:
quæ ſi:ut ſpero:abs te probabitur:aliquid certe ſumus:ſi minus uulgari utar conſolatio
ne:accuſaboq; non conſilium:ſed fortunam:quod in audaciſſimo conatu non induſtria
mihi defuerit:ſed euentus. Vale.

.M.Anto.Hieronymo Donato.S.

Va perſpecta in me humanitas:meaq; in te obſeruantia faciunt:uir clariſſime:
t ut tam libens:quā audacter tua:quum opus eſt:utar opera. Recepi ego nuper
has meas hiſtoriarum Enneades ex impreſſorum officina(eas Barbadico prin
cipi:& ſenatui inſcripſi)Nunc credidi nihil a me inepte fieri:ſi priuſquam uulgari cœpiſ
ſent:darem operam: ut a uiris illuſtribus : Venetiq; nominis amiciſſimis: legerentur:
quod non tam mea quam tuorum Venetorum intereſſe arbitrabar : ut plures ſcirent
hanc urbem:quæ te genuit:inſtituit:educauit:non ſolum eruditoꝝ eſſe matrem:ſed ex
terna etiam:& alere:& fouere ingenia.Quod quū ita eſſe exiſtimarē niſi ego: uno tem
pore:& aliis Italiæ principibus has noſtras uigilias cognoſcendas:& tribus nunc mitto
Antiſtitibus:Senenſi:Neapolitano:& Michaeli Veneti ſanguinis.Miſiſſem & Grimano
Cardinali:niſi mihi diceretur:intra paucos dies Venetias uenturus:ita ut:quum hæc da
bam:uulgo ex urbe profectus crederetur:aut certe mox paulo profecturus:ſeruo itaq;
illi ſuum munus in optatiſſimum eius acceſſum. Cæterum: quia docti omnia ſtudio
rum cauſa uolunt:non multis a te precibus contendam:quod ne me quidem petente:
tua eras ſponte facturus:ut tria hæc noſtrarum enneadum uolumina cum litteris:quas
ad eos dedimus:tribus illis:per tuorum aliquem:cures:perferenda.Erit id mihi tam gra
tum:ut uel hoc nomine uelim omni tempore tuæ debere amplitudini: cui me etiam:
atq; etiam:commendo. Vale.

.M.Anto.Hieronymo Georgio.S.

Vnquam futurum putaſſem:ut omnino mihi uerba deeſſent:ſed nunc: ut ui
n deo:deſunt: nec facile reperio:uir clariſſime:qua uerborum forma tibi expli
cem:quantum tibi debere uelim:quando tu uir iſta auctoritate: & præſtantia
tantum laboris adieris:mea cauſa.Nunc:quod reliquum eſt:des operam rogo:ut totum
hoc negocium per te nobis conficiatur : imitareq; uir optime optimos opifices:qui
non contenti caput & brachia imaginis affabre effinxiſſe:niſi crura & pedes optime ef
fingant.Sed:ut res facilius tranſigi poſſit:mitto exemplum litterarum: quod maxime
deſiderabatur: ſupereſt:ut excellentia tua uel ſuæ conſtantiæ cauſa:uel quia me : ut ui
deo:non mediocriter amat:det operam : ut totum hoc negocium ex ſententia nobis
conficiatur:quod ſi: ut ſpero:contigerit : præſtabo illi quoad uixero gratiſſimam be

neficii huiꝰ memoriam:illud etiam: atq; etiam oro: ut quantum auctoritate tua potes: potes enim:ut arbitror:plurimum:id cures : ut quam minimo poteſt ſumptu:res nobis ad exitum perducatur. Vale.

.M.Anto.Hieronymo Georgio.

VIlum Hieronyme uir clariſſime uberiorem percipio ex omni re litteraria fru
n ctum:quam cum noſtra ſtudia audio a probatiſſimis uiris probari: nam ea de-
mum uera laus eſt:quæ a laudato uiro proficiſcitur:& nunc ſi ſemper mihi diſ
plicuiſſem merito placere incipiam:quod tu uir iſta eruditione & grauitate: non ſolum non negligis:quæ ſcribimus:ſed ſi qua ſunt:quæ non uideris:ſtudioſiſſime reqris. Eſſem uere ſtultus:ſi tanti uiri non mouerer iudicio:ſed multo adhuc ſtultior:ſi mea culpa acci diſſet:ut hi noſti libelli ſerius quam tua fuit expectatio:ad te delati eſſent: quum præſer tim mora ſit ſemper expectantibus moleſta . Cæterum non uoluntas præſenti obſtitit officio:ſed neceſſitas.Liber apud me non erat:foris parari neceſſe fuit:dum itaq; omnia librariorum uaſaria excutio:dum liber ſegnius ornatur:fruſtraq; opificis caſtigo inerti-am:plures & mihi ſollicito:& tibi pollicita requirenti fluxerunt dies . Sed tu uir huma-niſſime non moram ſpectabis: ſed moræ cauſam:penſabiſq; noſtrum officium a conſi lio non ab euentu:quamquam mora hæc aliquid tibi lucrata eſt: tantum ſquam ut ſor-ti par ſit uſura:pollicitus eram opuſcula duo:quattuor mittimus: de magiſtratibus unū: quod sereniſſimo principi inſcripſimus : alterum de ſitu urbis Hieronymo donato:uiro clariſſimo:inſcriptum:duo reliqua ſunt: quorum hoc de prætoris officio Antonio Cor-nelio inſcribitur:uiro philoſophiæ ſtudiis eminentiſſimo:illud de reparatione latinæ li-guæ:Marco Antonio Mauroceno equiti:quo nemo caſtius colit hæc ſtudia :nec impen ſius ſtudioſis fauet. Tu hæc quæ mittimus ita legito Hieronyme uir doctiſſime :ut non noſtra magis quā patriæ cauſa:quæ tibi chariſſima eſt:legiſſe uidearis. Vale.

.M.Anto.Antonio Bonfini.S.

Eroportune affuit mihi Bonfinis tuus ad.*xv*.calendas maias : quo die noſtras
p hiſtoriarum Enneades barbadico principi & Veneto ſenatui: quibus opus in
ſcribitur:frequenti legarorum & patrum cœtu : cognoſcendas obtuli . Adhi-
bui eodem die optatiſſimum hoſpitem cœnæ:petiiq; ab eo:ut quādo noſtræ hiuius Ra pſodiæ ſeries eo proceſſit:ut iam recētiora omnia mihi texenda ſint:tecum ageret:ut de pannonicis rebus : in quibus es diutiſſime uerſatus commentarium(quod tuo commo-do fiat) ad me dares:idq; ad fidem:magis quam ad eloquentiæ oſtētationem: ſcriptum: ſed uideo quam impudenter faciam:qui ſcribendi legem tibi conſtituam.Tu Bonſinis mi ſi me amas:& ſi a me amari nō ignoras:hoc da tuo ſabellico:& ab eo expecta:quæ ab homine gratiſſimo expectari poſſunt. Vale:uir doctiſſime : & quid facturus ſis fac:ut ex tuis litteris intelligam. Venetiis.

.M.Anto.Petro Medio.

Electarunt me mirifice litteræ tuæ:quas de rebus circa urbem geſtis ad Vola
d teranum Antiſtitem:tui principis oratorem:dediſti.Libēs ille:quando ita eue
nire uoluiſti:tuam mihi epiſtolam legendam obtulit:& ego oblatam multo li-
bentius legi:Placuit rei argumētum:placuit figura :quæ Typum habet:& quod me præ cipue delectauit:ad fidem ſcribuntur omnia.Iuuiſti hiſtoriam ; quæ in manibus eſt:pro uirili parte:& ut ſæpius ſcribēdo id facias:te uehementer oro: & obteſtor.Id age:& a me gratiam uel cumulatiſſimam expecta. Vale.

.M.Anto.Rhodiæ militiæ magiſtro:

Erdifficilis uideri ſolebat mihi ſtoicorum ſententia:præſtantiſſime pater:ac q-
p dem talis:cui nemo temere accederet:ut omnes in eo uirtutes eſſe crederētur:
a quo una aliqua earum poſſideretur.Nunc ſi uera ſunt: quæ ad me de tua am-
plitudine:conſtanti phama: perferuntur: nil eſt pater pientiſſime cur de ea re quiſquam ſtoico litem intendat : ſatis enim tua unius uita ueteri ſtoicorum aſtipulatur opinioni: Enimuero præter ſingularem animi tui magnitudinem : qua nihil poſt Rhodum inſu-

Iam abs te grauiſſimo bello defenſam:fuit chriſtiano nomini:aut notius:aut clari⁹.Nullum eſt:ut mihi dicitur:uirtutis genus:in quo tu pater ampliſſime non eminens habearis.Multi quidem multa: ac ſupra quam ſcribi poſſit magna:de tua pietate:ſapientia:& liberalitate:prædicant:multa de cæteris uirtutibus tuis:quæ per omnes uitæ partes adeo late pateant:ut nihil ſit hodie in humanis te uno amabilius:nihil maiore ueneratione dignũ: qua ego phama impulſus:iam pridem tuam amplitudinem colo:uehemẽter & obſeruo:& nunc licet ignotus præſentem animi affectum ſecutus:ſatis officioſe ſum mihi uiſus facere:ſi has noſtras Enneades :quæ tris & ſexaginta continent libros:tibi cognoſcendas traderem : eoq; audacius id feci: quo minus dubitabam ita fore:ut non mediocrem inde perciperes uoluptatem:quum tota facies uetuſtatis a prima rerum origine:ad Romam uſq; captam:a Gothis & incenſam:longa ſit in his ſerie agnoſcenda.Erunt:quũ cætera:ut ſpero:tibi non ingrata:tum rerum a tuis Rhodiis olim geſtarum per partes relatio longe gratiſſima:atq; eo fortaſſe gratior:quo magis uaria :monumentiſq; plurimarum gentium inſerta.Reliqua hiſtoriæ huius explicatio:quæ in noſtra excurrit tempora:tãto:ni fallor:erit tibi ſuauior pater ampliſſime:q̃to quiſq; ſuas liben tius:quam alienas legit laudes:eaſq; præcipue tã q̃ graui:quam uero feruntur teſtimonio.Continebũt Enneades illæ:quæ his proxime ſubiicientur:omnium gẽtium res geſtas a milleſimo & amplius hinc anno:quarum omnino pars aliqua pertinebit ad tui nominis immortalitatem:quum in ea tempora inciderimus:quibus tu pater ampliſſime nobiliſſimam inſulã ab impiis Turcorum armis defendiſti:defenſam publice:& priuatim:omni rerum opulẽtia excoluiſti:muniuiſtiq; tam ualide:ut nullam uim externam formidet amplius.Sed illa tum multo latius dicentur:quum ſuo erunt loco memoranda.Nunc hæc:quæ mittimus:legito præſtantiſſime pater:maioribus dico curis uacuus:alioqui ſtultus ſim:ſi in laborioſa rerum adminiſtratione tam longam auſim tuæ amplitudini lectionem proponere:ex iis enim:quæ nunc ad tuam amplitudinem mittuntur:& quid deinceps a nobis exſpectari poſſit:facile perſpicies :& animus præſenti lectione imbutus multo ad ea:quæ poſtmodum ſequuntur:cognoſcenda fiet aptior. Vale.

Rambertus Malateſta Sogliani Comes.M.Anto.S.

c Ontraxi dudum affectuoſam beniuolentiam cũ immortalis tuæ uirtutis præſtantia:quæ non ſolum apud nos inclaruit:uerũ etiam penetrauit ad extremas:abditaſq; nationes:atq; ut mihi ſatiſfacerem:iuſſi ſuperioribus annis:cum mitterem Venetias ſecretarium noſtrum:ut officii cauſa tuam adiret præſtãtiam:meoq; nomine fortunas illi noſtras deferret:quod feciſſe ſe ait:& in Riuo alto & ubicunq; ex occurſu licuit.Rettulit is mihi:quam grate:quam humaniter:quam iucunde ſalutatiõem noſtram admiſeris:demum tuum animum & uoluntatem erga nos aperuit:quo fit:ut iã ide omnia Sabellici mihi polliceri:ut hominis amiciſſimi nihil ſim ueritus:atq; ut beniuolentiæ huius argumentum aliquod extaret:fretus humanitate tua:qua plurimũ præſtas:oro te Sabellice:ut in coemũdis libris quibuſdam:ad noſtræ bibliothecæ uſum:tuã mihi præſtes operam.Pecuniam enumerabit is:qui cum his litteris ad te uenit. Vale:& ſiquid tibi gratificari poſſumus:præſto ſemper erimus.Siquid nuper impreſſum ẽ in philoſophia:ſiquid nunc in ſabelliana cuditur officina:fac rogo:ut ex tuis litteris intelligã: Iterum Vale.

.M.Anto.Ramberto Malateſtæ.

p Ergratũ mihi fuit humaniſſime priceps:quod his paucis annis ſim hic tuo nomine non nunquam:& amice:& familiariter appellatus:ſed illud multo grati⁹:quod tã humane & officioſe nuper ad me ſcripſiſti:atq; ea ſcripſeris:quæ & tua iſta fortuna: qua polles:maxime digna eſſent:& ab iis ſtudiis:quæ magna ex parte ſunt mihi tecum cõmunia:nihil aliena: & enim quæ per deum prouincia mihi optabilior delegari potuit:quam ut eruditiſſimi principis negocium in re litteraria obirem: cuius cõficiẽdi cupidus: comfeſtim:& tempus:& locum:cum eo:quem ad me miſeras:conſtitui: ut una omnes urbis huius librarias tabernas tibi diligenter excuteremus.Cæterum plu

uio die:neq; ille tempus ſeruare potuit : neq; ipſe lutulentus per urbem diutius uagari.
Conueni:quod potui:Antonium Moretum bibliopolam hic longe principem:mihiq; fa
miliariſſimum.Is librorum indice inſpecto:paucorum nominibus excluſis: qui in urbe
uenales:ut ipſe aiebat:nõ eſſent:cæteros:ſiqui erant:quos ipſe non haberet:erant enim
quam pauciſſimi:ex proximo conquiſiuit:hos una inſpectos:atq; uelut in faſcem unum
compoſitos:in ſequentem diem aſſeruari iuſſi:ut rem totam tuo tabellario adhibito lici
taremur.Poſtridie ex annua curatione potionatus:quum ob eandem cœli intemperiem
me domi tenerem:uenit ad me tuus ille:cui excuſata præſenti curatiõe duos ex meis do
meſticis comites dedi:per quos Moretum:& monitum:& rogatum uolui:ut ſi unquam
in re aliqua ſe mihi obſequẽtiſſimum exhibuiſſet:in hoc ſe negocio maxime exhiberet:
ut tuæ amplitudini omnia rite tranſigerentur:quod ſi fecit:debeo ei non parum hoc no
mine:ſi minus non mihi:ſed neceſſitati:cui ne deus quidem immortalis repugnat :aſcri-
bas:rogo princeps humaniſſime. Nos quando id quoq; per litteras petiiſti:ut tibi ſignifi
caremus:quid in hac frigida cudatur officina :hiſtoriã omnium gentium ab mundi ori-
gine quarto ab hinc anno ſcribere exorſi:ad Auguſti principis tempora : longam rerum
ſeriem traximus:ad Ianum dico tertio clauſum: ſumq; ingentem alioqui hiſtoriæ molẽ
quattuor & quinquaginta uoluminibus complexus: quæ in ſex Enneades partiti ſum⁹.
Nunc cogito filum explicationis huius ad noſtra tempora extendere:quod ſi per uitam
contigerit:dabo operam:ut tua amplitudo:& omnes intelligant :quanti apud me fuerit
illud:quod tu adoleſcens iſta indole:& eruditiõe:tua ſponte Sabellicum amare cœperis:
qui:& ſi tuis uirtutibus ampliſſimis:domeſticoq; ſplendore:is ſis : qui fulgore tui nomi-
nis:non modo te & tuos:ſed uniuerſam italiã:illuſtres:ſiſq; propterea noſtræ: aut alienæ
laudationis minime indigus: præſtabimus nos tamen :quod & minora ſydera :ut tuum
lumen:uelut repercuſſu quodam auxiſſe uideamur. Vale: Venetiis.Idibus Maiis.

.M.Anto.Ramberto Malateſtæ.

I nimis audax tibi uideor tuæ hũanitati aſcribas Malateſta:prīceps clariſſime:
ſ nam & tu ad me quandoq; ſcripſiſti:ſignificaſtiq; te noſtra uehementer cupere.
Ego quando non parum eſt bonis placere:ad meum officium:immo laudem p
tinere exiſtimaui:nihil in uulgus edere:quod tu princeps ſapiẽtiſſime non prius delibaſ
ſes:ſum itaq; id ſæpius facturus:& nunc quidem libens facio: qui magnarum hoc uigi-
liarum opus:quod Veneto nomini inſcripſi:editurus: non prius ex impreſſorum offici
na exire permiſi:quam ad tuam excellentiam deferretur : habes uolumine uno ſeptem
hiſtoriarum Enneades: quibus omnium ſum res gentium complexus:a protoplaſto ad
primum Romani imperii declinium.Lege:& Sabellicum: qui tui ſtudioſiſſimus eſt no-
minis:quod tua ſponte facis:ama. Vale.

.M.Anto.Guidoni Feltrio.

Vod aliena legis clementer facis: princeps mitiſſime:at quæ tuorum ſunt:ſi le
q gere non recuſes:& clemens:& pius merito habearis. Libens nuper:ut mihi di-
citur:& tuæ ad me litteræ ſignificant:noſtras accepiſti enneades :& nunc:ſi ua-
cat:inclite prīceps:Polydori Vrbinatis:qui tu⁹ ē τας παροιμιας accipe:quas uno ille nõ
minus lepide:quam breuiter complexus libro tuo:nomini inſcripſit.Facies:princeps il-
luſtriſſime:nihil a tuo genio alienum : ſi adoleſcentis tyrocinium non aſpernaberis:qui
fauebis naſcenti laudi:ſatis enim fauiſſe uideri poteris : ſi rudimẽtum hoc ſtudiorũ:qđ
tuis ille in apertum rettulit auſpiciis:cognoſcere non grauaberis. Vale.

.M.Anto.Politiano

Ram ego aliunde noſtram auſpicaturus amicitiam:ni ſubitus Atlantis:conter
e ranei tui hinc digreſſus noſtrum:in ea re:conſilium præuertiſſet. Fuit is annũ:
& amplius Venetiis:ac quam diu fuit:& domi:& foris:frequens:mecum eſſe p-
ſeuerauit.Nullius unquam cõſuetudine ſum magis delectatus :enim uero præter mores
elegãtiã:ſingularẽq; modeſtiã:patrio ſermõe:thuſcaq; illa urbanitate:breui cõſecutus ẽ:
ut eo uno nemo eſſet mihi iucundior:nemo in hac urbe gratior.Omnia præter tempus

ſecunda habui in illius amicitia fruenda:& enim tunc potiſſimum ei uiſum eſt: hinc
abire:quum me maxime in ſui erexiſſet admirationẽ.Sed in eo uiſus eſt mihi omne ue
tuſtum amicitiæ exemplum æquare :quod in tam tumultuario digreſſu ſine meis ad te
litteris uenire pertinaciter recuſauit:ratꝰ certiſſimum ſe noſtræ futuræ amicitiæ pignꝰ
ſecum in patriam deferre:ſi apud te uirum clariſſimum:cui quam chariſſimus eſſe uult:
ipſius mores:& ſtudia commendarentur:tamquam ita cupiat euenire:ut cum uterqꝫ no
ſtrum de ipſius moribus idem ſentire cœperit:non infimus ad amicitiam gradus(ut
Criſpo placet)factus uideatur.Sed recte ille:nos uero ſcribẽdi cõſuetudine: maioribuſqꝫ
officiis illam:his modicis principiis ortam:locupletiorẽ(ut ſpero) indies faciemus: nũc
Atlantem ipſum tui ſtudioſiſſimum maiorem in modum tibi commendarem:niſi urba-
niſſimus poeta moneret peccare eum:qui ſuos putet cuiquam commendandos . Gratu
lor:quod ſuper eſt:tibi lepidiſſimi adoleſcentis reſtitutam conſuetudinem:quam tantiſ-
per etiam inuidere pergam: donec in utriuſqꝫ complexus uenero. Vale Thuſci nominis
decus:& Marcum Antonium iam hinc amare incipe:qui te ob tuas ampliſſimas uirtu
tes amat:colit:obſeruat. Venetiis.

Angelus Politianus.M.Anto.S.D.

Olebat Atlas quondam ſuo mihi nomine redire tam gratus:ut recepto contẽ-
tus amico:nullum ultra officium deſiderarem:nunc autem tuarum nomine lit
terarum:quas fideliter reddidit:tam mihi iucundus rediit:ut eius plane præſen
tiam non requirerem:atqꝫ haberet Atlas quippiam ſecum : quod pene plus quam Atlas
expectaretur . Nunc idem iſtuc reuertitur cum litteris meis:quas tibi arbitror fore gra-
tas:non tam ſuo:quam tabellarii nomine.Noram equidem antea quoqꝫ quantum inge
nio & litteratura:quantum etiam ſtilo:facundiaqꝫ polleres:de humanitate nihil ſane ad-
huc audieram:ſed eam tua mihi nunc epiſtola deliniauit.Atlas penicillo : & coloribus
expræſſit. Aucupabar ſane iampridem occaſionem quampiam ineundæ abs te gratiæ:
quum tu:ſcilicet:hoc agentem præueniſti:non ob id humanior modo : quod prior: ſed
quod minore quoqꝫ propoſito præmio:quare danda mihi nunc opera eſt : ut quemad-
modum ineunda tecum amicitia poſterioris tuli:ſic eadem tuenda:colendaqꝫ prioris fe
ram. Vale.

Franciſcus Cardinalis Senenſis.M.Anto.

Nceps ſatis ſum profecto Sabellice chariſſime:unde potiſſimum exordiar tibi
gratias agere:pro tanto ac tam eximio munere in me tuo:quippe cuius ea præ
ſtantia eſt ea dignitas:ut non minores animo tuo:atqꝫ liberalitate tibi a me de
beri gratias intelligam :facileqꝫ ſuperant officia tua meam omnem dicendi facultatem.
Ingenii ſane tui monumenta a me antea:ſummo ſemper ſtudio:fuerunt celebrata: nunc
uero maxime expectata non ſolum:quod ea uel ſtili elegantia:quam pauci adæquãt:hoc
tempore uel materiæ nobilitate admodum delectant:ſed uarietate etiam rerum multa-
rum:fortunæ caſibus:temporum uiciſſitudinibus referta:documentis:atqꝫ exemplis ui-
tam plurimum inſtruunt:Admirandum opus aggreſſus es:nec minus uaſtum:quam or-
bis ipſe: a cuius incunabulis id inchoaſti: nec tamen in tanta plenitudine ordo deſidera-
tur:aut modus:tanta moderatione cuncta temperaſti . Hæc nimirum clariſſima:& uiro
erudiriſſimo:& Sabellico digniſſima. Veꝝ tuus quoqꝫ erga me : atque auunculum me-
um amor ſingularis:ſummum ſtudium:præſtantiſſimus animus:quantum addunt nexu
um:quantum obligationis:nihil omittis:nihil præteris:quo clariſſimis ſtudiorum tuo-
rum muneribus nos honeſtes:nobis gratificeris: non uigiliis :non uiarum difficultati:
non ſumptui:non curæ ullæ: non laboribus parcis:modo beniuolentiæ: ſtudium te nõ
deceperit:Cætera abs te uiro probatiſſimo:ac noſtri cupidiſſimo facile patimur. Pro tan
tis rebus:tuiſqꝫ in nos officiis tantas tibi iure merito habemus gratias:agimuſqꝫ:quan-
tas a gratiſſimo quoquam haberi poſſint:ac plane tales:qualia ſunt opera tua : quæ ſũt
immortalia. Vtinam ea aliquando incidat occaſio:quo referre quoqꝫ:uti percupimus:li-
bentius poſſimus.Opus tuum nobis chariſſimũ fuit:nec minus oportunũ : forte enim

medicorum conſilio intra biduum digreſſurus eram ad balneas : meq; iam colligebam
uoluens animo:quem nam potiſſimum auctorem mihi aſciſcerem : qui materia aliqua
noua:& delectabili :iter noſtrum exhilararet:cū tuis ecce occurriſti commentariis: qua:
ſi celitus demiſſis deſiderium præueniens meum.Erit itaq; tu⁹ liber itineris mei comes
ſociuſq; indiuiduus: &(ut ſpero)procul negociis curarum leuamen : cuius contubernio
ſic familiariſſime uti conſtitui:ut ad menſam quoq;:ad lectum:in balneum etiam(ſi uo-
let)admiſſurus ſim:ſcimus enim maximos uiros:plærumq; talia factitaſſe:quis ergo pro
hibeat:ut eo loco ſint nobis Sabellici Enneades : quo olim Alexandro Homeri Ilias? ac
Scipioni Cyri Paedia. Vale mi Sabellice:& ſcias Cardinalem Senenſem tuum eſſe:cuius
opera:ſi qua in re tibi prodeſſe poteſt:pro tuo arbitratu utere:uti debes:& potes.Romæ.

M.ANTO.SABELLICI . EPISTOLARVM FAMILIARIVM . LIBER NONVS.

Petrus Sabinus.M.Anto.Præceptori ſuo.S.

a

Nnuus exactis completur menſibus orbis:ut ait ille:ex quo lit
teras dignationis tuæ ad meam exiguitatem tranſmiſſas:ſum-
mo animi ſtudio:legi:quæ tam iucundæ mihi fuere:quā quod
iucundiſſimum:præſertim quod in eis ſignificabas ſex iam ab
orbe condito hiſtoriarum Enneades excudiſſe : ut Ianum etiā
tertio clauſeris:quapropter aiebas non nulla antiqua:quæ pol
licitus fueram:epigrammata tibi cordi fuiſſe.Quare ne putes
me promiſſi oblitum:quod tantum abeſt:ut propriū mihi no
men citius excideret: ſtatuī paucis:& laconico :ut dicitur:ſermone ad te perſcribere om
nem huius negocii ſeriem:tanti enim apud me tua ſēper fuit auctoritas: ut optimo mi-
hi iure perſuadeam : rerum qualiumcunq; mearum rationem tibi omnino conſtare de-
bere.Scito igitur me eo uſq; in eiuſmodi ueterum monumentorum indaginem progreſ
ſum : ut parti ex iis:quæ ipſe hinc inde conquiſiui : partim ex Kyriaci Anconitani:&
cuiuſdā fratris Iucūdi pluſculis quinterniōibus.quos Laurētio medice obtulit fideliſſi
me cōſcriptos:& ex tota ferme Europa collectos:neglectis:reiectiſq; uulgarib⁹:ac plane
gregalibus epigrāmatis:in unum corpus congeſſerim:addiderimq; ethnicis ipſis etiā cir-
citer ducenta temporum chriſtianorum:non hercule habenda contemptui:ſunt enim ci
tra milleſimum ac ducenteſimum annum in noſtram uſq; ætatem collecta:quæ nō me-
diocri uſui ſcribenti tibi eſſe poſſunt: ad confirmanda ſiue improbanda non nulla:quæ
ancipitem uideantur ſententiam diſtrahere :& tum in urbe:tum uero extra urbem perti
naci:acriq; ſtudio pſcrutatis : ac diſcuſſis:quibuſq; angulis rimati ſumus ex marmorib⁹:
& uermiculatis apſidum ſacrarum operibus:nec non & ex uetuſtiſſimis ſacrarum biblio
thecarum codicibus . Hæc nos ſuperiore hyeme Francorum regi obtulimus recitatis et
coram carminibus noſtris quinquaginta:quæ uiſus eſt nō aſpernari. Sed & cætera ī hoc
loco calamus deficit : pudet:pigetq; priſcæ italorum indolis:eos uerſiculos ſubieciſſem:
hac abs te in ſcedula legendos:niſi ueritus fuiſſem aures occupatiſſimas longiore mora
faſtidire.Et quoniam hoc:niſi me mea fallit opinio:intra paucos mēſes impræſſioni mā
dabitur:eſt mihi(ſi deo opt. max .placuerit)propenſiſſimus animus ad te omnia impreſ-
ſa mittere:ut inde tamq̄ florido prato excerpas:ſiquid interlucet : quod tuis æternis uo-
luminibus enneadum perpetuitati mandatum conſecretur. Hæc uir rariſſime longo ue
luti poſtliminio ſcripſi:quoniam hunc tabellarium tam eximium:& nominis tui perſtu
dioſum:Bonifacium Brixienſem Romano in Gimnaſio profitentium decus:& ornamē
tum pluſculas Hebdomadas ne dicam menſes Venetias conceſſurum expectaui. Vale:&
ad nos puſillos reſcribere non graueris: futurum quantulumcumq; id erit auro:lapilliſ-
q; indicis longe precioſius.

Io.Ro.Epiſcopus Feltrenſis.M.Anto.S:

s I tardius tuis litteris reſpondi:haud propterea neceſſarii tui negocium:neglige͂tius curaui:quod ex ſupplicationis exemplo:quod his litteris incluſi:facile poteris colligere:ſed ſupplicatio ſemel intercepta diu negocium remorata eſt:quod potui igitur pro noſtra mutua beniuolentia feci:ac ſub pontificis in urbem reditum libello recepto rem ad exitum perduxi.Vale; ac ſiquid eſt:in quo noſtra opera tibi & tuis utilis eſſe poſſit:utere illa tuo iure.Iterum Vale:interq; tua ſtudia noſtri memor.Romæ.

Bernardus Bembus.M.Anto.S.

o Peram:quam a me exigebas tuo nuncio præſtandi locus non fuit:is enim antea quam mihi tuas litteras reddidit:aditum ſibi ipſi impetrauerat ad Herculem Ducem.Ego autem:quum id feciſſem libenter nunc:tum omnia:quæ ad tuam dignitatem pertineant:facturus ſum libentiſſime:etiam ſi me non roges:nam:in quo ipſe operam meam melius poſiturum me confidam:quam in hominis doctiſſimi:eloquentiſſimi:optime de repu.meriti:mihi certe amiciſſimi dignitate:& tuenda:& augenda.Ita q; ſic exiſtimes uelim me nullo in tempore:nulla in re; quæ tuum nomen præ ſe ferat:in qua tibi eſſe uſui poſſim a te litteras expectaturum:neq; te quemquã habere:de quo tibi omnia polliceri poſſis:æque ac de me.Reliquum eſt:ut de ſeptem hiſtoriarum Enneadibus:quas nuper edidiſti:tibi gratuler:& laboribus tuis:quibus uberrimum fructũ propoſitum uideo laudis:& gloriæ ſempiternæ.Vale.Ferrariæ.

.M.Anto.Do.Cardinali Grimano.

e Go ad hunc diem de tua tuorumq; omnium laude:& immortalitate nunquam cogitare deſtiti:nunc experiri libet:pater ampliſſime:quanti tua faciat amplitudo:hoc ſui Sabellici in ſe ſtudium:& obſeruãtiã.Eſt mihi filius iam adultus:& litteris:& moribus:quod mihi patri liceat dicere optime inſtructus:eſtq; hoc anno ſacris initiatus:& ad ſacerdotium uſq; promotus:uerum tam pauper:ut præter plæbeculam unam in foroiulienſi agro:in qua nunc ſacris operatur:nihil rei illi ſit amplius ad uictum & ueſtitum:& quod plus me mouet nihil etiam ſpei ad incrementum aliquod:niſi pietas tua pater præſtantiſſime iacentem erigat.Sunt in tua Aquileienſi eccleſia haud uno loco ſacerdotia:& ;ut uulgo aiunt:canonicatus plærīq; numero:Faciet rem non modo piam tua amplitudo:ſed & mihi:qui de dignitate filii pluſquã dici poſſit laboro:tam gratam:ut uel hoc nomine uelim omni tempore tantum tibi:pater ampliſſime.debere:quantum nulli eorum qui de me optime meriti ſunt:ſi unum aliquem in his locum Mario filio:immo mihi patri deſtinauerit:atq; ita deſtinatum uolet:ut in eam:qui primo alterone loco uacauerit:recipiatur.Erit id mihi:ut dixi tam gratum:ut nihil poſſit eſſe gratius:nihil cur magis uelim tuæ amplitudini uiuus & mortuus debere.Detuli ad hæc.M.uiro Hieronymo fratri tuo operam meam:& domum gratuitam:ut eius liberi apud me commodius inſtituantur:eritq; ſiquid in illos contulerimus eorum:quæ debebimus corrolarium non beneficii hoſtimẽtum.Sis diu fœlix:præſtantiſſime pater:cui me & filium humiliter commendo.

.M.Anto.Iacobo Alſigiano.

g Ratulor tibi; mihi gaudeo quod filiolum nacti ſimus ex tua:meaque:ſentẽtia.Inſtõnis ego:tu ꝓcreatiõis:quod eẽ cœperit:qđ uiuit tuũ ẽ:meũ:ut aliquã bene uiuat.Id eo ſpero facilius futurũ:quo maiora in puero exiſtunt:ut audio:futuri profectus argumẽta:tã enim facile diſcit:ut audio:tã tenaciter continet:q̃ didicit:ut oĩum iudicio reminiſci nõ diſcere uideaẽ.Sed quo facilior eſt ductus:memoriaq; tenacior:eo tibi magis adnitendũ:ut tãtiſper dũ puer eſt:nec per ætatem apud me eſſe poteſt:nihil diſcat:quod ſit poſtea dediſcendum:uix credas uir clariſſime; quam ea res obſtet rudibus ingeniis:præſertim in primo litterarum tyrocinio:ut multo condu-

cibilius ſit aliud agi:quam ea teneris mentibus inculcari:quæ non paruo temporis diſpendio tacita diſcentium deſperatione:per minas & uerbera ſint interdum animis abolenda:ſed ſatis eſt puero cautum:ut mihi dicitur:cuius inſtitutio ei credita eſt:a quo nihil manare poſſit:qđ non latinū ſit & elegans.Quare da operam:ut pceptor pueri ſit tibi quam amiciſſimus.Conferunt non parum docentis ſtudium diſcentibus: ſed multo plus animi affectus.Vale.

.M.Anto.Franc.Cardinali Senenſi.S.

t Abellariorum ignauia uel perfidia potius fecit:pientiſſime pater:ut quod ī editione noſtrarum enneadum maxime cupiebam;nunc maxime deſiderem . Optabam pater ampliſſime præter cætera cognoſcere:quo fauore excepta eēt noſtra illa lucubratio:ab iſto tuo ſapientium uerius quam atrienſium ſeruorum cœtu: & quid in uniuerſum de tota re tua iſta Minerua iudicaſſet:qua nulla meo iudicio eſt hodie caſtior in terris:nulla integrior.Etenim licet tua omnibus nota pietas : tuum mite ingenium cuncta mihi lœta deſponderet:neſcio tamen quo nam modo libentius acquieuiſſem tuarum litterarum teſtimonio.hæ:quia ſatis compertum habeo:ad me datas:quoquo modo interciderint:æque mihi gratæ fuerunt:ac ſi rite redditæ fuiſſent: & nunc tanquam omnia placuerint :reliquam ſuſceptæ hiſtoriæ partem nauiter ſubtexo: ad noſtra tempora feſtinans:quem portum:ſi aliquando ſubiuero:ſpero me ita facturū(modo hæc:quæ ſcribimus tale aliquid polliceri poſſint)ut oīs poſteritas ītelligat nihil Sabellicum in omni fortuna & ordine magis miratum fuiſſe quam hominum uirtutem:nulli rei magis conſultum uoluiſſe quam uirorum tui ſimilium immortalitati. Sed hæc magis præſtanda ſunt quam promittenda.Nunc tantum adiiciam unum eſſe; pientiſſime pater:in hoc meorum ſtudiorum curſu:quod ſupra quam ſcribi poſſit : me ſollicitum habet:& anxium:atq; ita afficit:ut animus non nunquam nimia curarum intentione ſuo curſu excuſſus ab inſtituto negocio procul diſtrahatur.Eſt mihi filius annos circiter uiginti natus:ille dico:pater ampliſſime:quem quarto ab hinc anno tuum ſapientiſſimum conſilium mihi a non mediocri labe uindicauit.Is magnopere ab ineunte ætate:nunc uero maxime ad ſacerdotium anhelat:& iam hoc nomine quattuor annos dedit philoſophiæ operam Patauii:mox pōtificio iuri daturus:ut non tantum moribus:ſed ingenio quoq; ad cultum pietatis inſtructior accedat. Cæterum iam tempus erat:ut aliqua illi proponeretur illecebra:quam ſecutus multo fortius in officio perſtaret:eſſetq; uelut fomes quidam:quo ad religionem & uirtutem incenderetur : Sed qui in ornando filio:aut plus poſūit:aut libentius uelit quam ſenenſis meus:eſt:niſi opinione fallor;nemo.Quippe qui in his moribus & uita:qua uiuitur:aut ſolus:aut cum paucis mores & ſtudia bonarum artium reſpicit:ac quantum in ſe eſt:nuſquam patitur uirtutem iacere.Quod cum ita ſit:per ſanctiſſimum genium tuum te oro & obteſtor : pater pientiſſime:per memoriam auunculi tui Pii Pontificis:qua nulla eſt hodie ad recordationem fœlicior;nulla ad cultum & uenerationem ſanctior:ut ſi in tanta tuorum beneficiorum affluentia;quanta tua continent ſacerdotia:unus aliquis aliquando uel minimus uacauerit locus:dignetur pietas tua hunc Mario filio meo impartire : nec enim grandia petimus;aut eximia:hæc licet illis ſperare:qui maiores alunt ſpiritus ꝛ humiles humilia decent:nihil ex iſto tuo beneficentiæ fonte poterit in filium manare:quod nō ſit apud me uel ampliſſimi muneris pondus habiturum.Cupio tuæ amplitudinis:ſiquid dabitur non meæ tenuitatis rationem habere:uel ita potius compareturut ſi magnum id fuerit ad tuam amplitudinem:quæ dedit:referatur;ſi minus ad humilitatem meam: quæ minimis contenta eſt:ſunt ſcio multi:quibus multa debes:uel quia te diu coluerunt:pater ampliſſime:aut quod hodie obſeruantiſſime colunt:ſed omnium neceſſitudinum:ea omnibus præferenda eſt:impenſiuſq; fouenda:quæ & maxime grata ſit:& acceptorum beneficiorum cuſtos diligentiſſima:talis quidem erit ſabellicus:aut certe nō multū diuerſus in ſui ſenenſis beneficiorum memoria tuenda:ut & uiuus ſemper tibi

debere uelit : pater optime:& poſt mortem quantum debeat:obliuiſci non poſſit. Vale pater præſtantiſſ.cui me filium:ac totam domum commendo:ac trado.

.M.Anto.Pomponio.

q

Vid ego tibi commendem Tryphonem húc:qui has meas tibi attulit litteras: quum ſtudioſi omnes ſint tibi quam commendatiſſimi . Cæterum:quia meus fuit auditor:& nunc tuus futurus eſt:commendatione opus fuit aliqua : ea dico:quæ eſſe potuit quam diligentiſſima.Dignus eſt Trypho:quem quũ eruditione egregia:tum ingenii; amœnitate in tuis habere uelis:rem gratiſſimam mihi feceris:ſi quoties ille ad te ueniet: ueniet auté ſæpiſſime:ut ipſe & alii intelligãt eſſe illũ:quũ ſua cauſa tibi chariſſimum:tum Sabellici tui commendatione multo chariorẽ. Erit id mihi tam gratum:Pomponi cultiſſime:ut nihil poſſit eſſe gratius . Pari affectu fuit & Stephanio Paſchaleius commendãdus: qui tibi operam daturus uenit Romam.Audiuit & ipſe me totum biennium:profectu haud quidem pœnitendo:utrunq; ames neceſſe eſt:ſi Sabellicum amas.Enneades noſtræ ab orbe condito imprimũtur:ſpero breui fore:ut iſtuc perferantur.Vale.

Pomponius.M.Antonio.

l

Egi litteras tuas eo auidius : quod intellexi frugiferis enneadibus uigiliarum tuarum extremam dediſſe manum: quarum principium adferente Tryphone iuuene eruditiſſimo:& doctrinæ præceptoris non ſolum præcone : ſed etiam teſte perlegeram:in quo opere:ut antea in geſtis floris Italiæ hoc eſt Venetorum mea ſententia ſuperare uideris:qui iam multis ſæculis ſcripſere ſtilo:copiaq;:& utilitate : & certe ſcio:ut nos ita poſteros admiraturos:percepturoſq; uariarum rerum: cognitionẽ planeq; intelligo æternitati hiſtoriarum nimio pluſq̃ ſatis conſuluiſſe.In meis Cæſaribus utere iudicio tuo:tuaq; lima caſtigatiſſima:qua nihil adcuratius noſtra nouit ætas: non repugno:ſed adquieſco ingenio exercitatiſſimo:exactiſſimoq;. Corrige igitur emenda:ſubeaſq; officium non lectoris ſed auctoris:putaq; libellum : a te amiciſſimo publicari:qui diligentia ueteres prouocas.Mitto epigrammata quædã reperta in pronao templi ueſtæ ſub palatio contra Forum Romanum. Bene & fœliciter ſemper ualeas. Romæ nonis Mai.

.M.Anto.Pomponio Læto.

a

Ffert tibi Antonius Iſter qui aliquando mihi operam dedit quaternos aromatici pulueris ſacculos tráſfixo corde inſignitos:& cum his calamos uiginti ſint ne illi Cnidii:ut petebas:an gortinii parũ cõptũ habeo:tãtũ affirmare poſſum eos:ut optimos ueniſſe:uix credas:ſed uerius uero eſt:ſinguli calami argenteolis ſingulis ſtetere:quãti nunq̃ ulli ad húc diem: quod ſciam.Sed ego in illis apparatum ſecutus: quia a nobiliſſimo huius urbis artifice præſecti dicerentur:cupidiſſime mercatus ſum. Tu mi Pomponi experieris an inſtitor nobis impoſuerit : iamdudum cogito tuas corſenſes delitias augere duabus numidicis.Sed hæc libentius præſtabo: quã polliceri poſſim.Tui Cæſares nondum impræſſoriam ſubierunt officinam : ſubibunt tamen intra paucos dies:daboq; operam:ut quam emandatiſſimi in apertum prodeant.Vale.

.M.Anto.Pomponio Læto.

c

Arſius qui has tibi attulit litteras:municeps eſt meus ac perneceſſarius. Venit nuper Venetias:me & fratrem:quem hic habet:uiſurus : fuitq; illius acceſſus ambobus:ut debuit non iniucundus:quem:ut hic remoraret eram ego enixe curaturus:ut ſub primum appulſum tam paratam haberet conditionem:quam Neoptolemus nomen habuit ad Troiam:niſi patris litteræ ſuperueniſſent : quibus ille multis precibus & lachrymis mecũ & cũ altero Carſio egit:ut ſibi filiũ reſtitueremus: teſtatus abſentis deſiderio:ſe haud diu parẽ futurũ.Inuiti igitur inuitũ dimiſimus:eritq; :ut ipſe mihi dicit:Romæ:tibi:ut antea operã daturus.Tu Pomponi ſuauiſſime:ſi me amas:& ſi a me amari perſpicis:da operam:ut ſi hic noſter priſtina cõditione breui pegrinatiõe excidit:noua aliqua paretur:nam ſuis ſumptibus Romæ diutius eſſe nõ poteſt.Erit id mi

hi tam gratum:quam quod gratiſſimum. Vale.

Pomponius Lætus.M.Anto.S.

Acobus Baptiſta uir & humanus & eruditus:qui eſt ſodalitatis heremitarum Aur. Auguſtini tuo iuſſu quirinalem aſcendit:meq; uiſit:& poſt datam ſalutem plura mecum de tua facilitate:atq; doctrina contulit. Ego ſoleo ſupra modum lætari:cum audio homines de.M.Antonio bene ſentire:præſertim quum noſtro ſæculo ſis:qui plurimum poſteritati tribuas. Viterbienſis Lucas:de quo ambigis:integer eſt: & cui poteſt;quod uis precioſum credi:& quum fere uix præter prima rudimenta nouerit:litteratos amat & obſeruat. Munera mihi gratiſſima fuere:gratiꝰ gratiſſimo etiã: ſi te coram intuerer. Sed non adeo diſiungimur:ut litteris ſaltem id fieri non poſſit: propter quam cauſam epiſtolæ dicuntur inuentæ. Petrus homo diligens:& curioſus ſecum in reditu feret compendium quorundam geſtorum romanorum:tibiq; oſtendet:ſi probaueris:permittet diuagari:ſi contra dabit ignibus:tuæ cenſuræ ſit:ſeu uitam:ſeu interitum præbere:ut antea ſcripſi:ut huic rei operam des:te exoro:quamuis tua liberali natura ægreſers ab amicis exorari:tanta eſt in te humanitas:ut inuites: qui iubeant: non qui exorent. Viue fœlix:& conſuetudine nobilium uenetorum:& exiſtimatione :in qua es:quæ ſimul & uigiliæ & labores pepererunt. Habeo tibi gratias:quod inter cætera beneficia effeceris:uti Iacobum nouerim. Romæ. Pridie EID. Mai.

Pomponius Lætus.M.Anto.

Aepius ad te ſcripſi:redditæ ne tibi fuerint litteræ:in ambiguo eſt. Dicere potes non accepiſſe negligentia eorum:qui tulerunt. Concedo:ſed his reſponde. Marcus fert litteras:eidemq; curæ erit dare ad me tuas:quibus nihil audius:nihil libentius uideo. Marcus is eſt ex iſto flore italiæ eorum:quos noui :humaniſſimus bonarum litterarum non ignarus:litteratos diligit & ueneratur:& opinione ſua ac prædicatione mea te unicum præcipue colit:& quia nouit quam magna beniuolentia te ꝑſequar:ſæpius me orauit:ut tibi:doctrinæq; tuæ filiolum:quem ſuſcepit certum patris heredium commendarem. Obſecro te .M. Antoni ex uinculo antiquæ neceſſitudinis noſtræ: & mutua obſeruatione uti inter cæteras occupationes:quas habes: & hanc ſuſcipe. Erudies adoleſcentem optimæ indolis: onus ingens non erit omnia cum facilitate tua tradendi:tum tenaci illius memoria:in quo patrem refert:facilis ſequetur profectus. Gratus erit tibi pater:& ad omnia:quæ poterit obire: negocia officioſus: hoc tuo beneficio non ſolum ipſum obligabis:ſed & Pomponium:qui totus eſt tui nominis. Fœliciter ualeas cum tua domo. Romæ:ante ſextum Kalendas Iannuarias.

.M.Anto.Pomponio Læto.

Ibrum de Cæſaribus:quem ad me miſiſti:tam cupide legi quam quod cupidiſſime:nec res maiori fuit uſui quam uoluptati:quod tute facile iudicabis:quũ ea: quæ ſunt in calce noſtrarum Enneadum:quandoq; legeris:quod:ut facilius cõtingeret:dedi operam:ut tria ex his Enneadibus uolumina iſtuc perferrentur: adeoq; ẽ ab his properatum:ut ne tumultuaria quidem recognitio ſit expectata:uix pauca i prima Enneade repoſui ex archetypi collatione:maturabitur a me reliquus labor:curaboq; diligenter:ut totum uindicetur opus ab omni impreſſorum iniuria:uix credas :quantum cum eiuſmodi hominum genere negocii mihi fuerit:dum plures illi menſes nos ſua incuria exercent:fuerunt omnia difficiliora tractu quam futura ab initio credidiſſem. Cæterum:quia labor ille: quantuſcunque fuit:iam exhauſtus eſt:omnis querela abſit uolo:a præſenti noſtrarum Enneadum publicatione. Quod ad res tuas attinet: Pomponi clariſſime: nulla iucundior lectio mihi proponi potuit:non ſolum quia te unice amo:ſed quod omnia:quæ ex cultiſſima iſta tui ingenii proficiſcuntur officina medio ſunt latio orta: ut quum tua lego: uideat mihi maiorum aliquem loquentem audire. Properaſſem ego tua illa edere:niſi offenſiunculæ quædam meum in illis conſilium retardaſſent. Sunt illæ quidem admodum paucæ:ac tales:ut ſine temeritatis ſuſpitione mutari non poſſint. Verebar ego ne meum iudicium ſecutus: ea potiſſimum

tollerem:quæ tu maxime probares.Cæterum:quia ſic quoqꝫ tolerari poſſunt:dabo ope
ram:ut intra paucos dies impreſſoriæ inferantur officinæ. Vale.

.M.Ant.Pomponio Læto.

n On ueteris amicitiæ obliuione diu ad te nõ ſcripſi:ſed conditio temporum fe
cit:ut neqꝫ tibi:neqꝫ meorum cuiq̃ ſim ſcribere auſus:nec erat cur a me litteras
expectares:in tanta rerum perturbatione.quum nulla ſcribendi ratio non ſu-
ſpecta eſſe potuiſſet.Cæterum Lucæ Viterbienſis hominis:ut ipſe prædicat:tibi amiciſ-
ſimi:acceſſus peruertit omnem mei conſilii rationem:admonuitqꝫ ſimul officii: quod
inhumane facerem:ne impie dicam:ſi illi:iſtuc redituro:nihil ad te litterarum dediſſem:
præſertim quum poſt ſuum huc appulſum frequens mecum fuerit:multaqꝫ de te aman
tiſſime:familiariſſimeqꝫ:ſit mecum locutus:quo factum eſt:ut paucis diebꝰ:quibus Ve
netus fuit:tam amicus mihi ſit factus quam unus aliquis eorum:qui mecum diutiſſime
uixerunt.Nunc ſumma omnium:quæ a me tibi ſcribi poſſunt:hæc eſt:quod nos dei be-
nignitate:hic recte ualemus:& noſtra omnia tã hodie phama & celebritate florent:quã
ſiquando alias maxime.Quod præterea ad litterarum ſtudium attinet:hiſtoriam a pri-
ma mundi origine exorſi tantum induſtria:& diligentia:profecimus: ut paucis annis res
omniũ gentium ad humanæ uſqꝫ ſalutis annum;quattuor & quinquaginta ſimus uolu-
minibus complexi:digeſſiqꝫ longam hiſtoriæ ſeriem in ſex Enneades: haud inepta:ut ar
bitror:partitione uſus:dediqꝫ hos libros:pleriſqꝫ noſtratium litterarũ peritis: cognoſcen
dos.Sed Pomponio multo libentius dediſſem:cuius iudicio:aut audacior ad illorum edi
tionem factus eſſem:aut ad eos diutius premendos:multo cautior. Sed utcumqꝫ res ha-
bet:danda nobis opera eſt:ne quid in illorũ editione temere feciſſe uideamur. Nunc ne
tãtum Melonis alumnos : & Cadmi filias homo urbaniſſimus ſecum ferret:accipies cũ
his puluinos duos Mœoticos:quos ſiue circenſi ſiue uernaculo tomento referſeris:leua
bunt ipſi haud dubie autumni æſtus:qui moleſtiores iſti urbi incidunt :Attulit:& quat-
tuor ſcorteos ſpecierum ſacculos: ex nobiliſſimo orbis emporio tibi delectos:curuli ro
ta inſignitos:adiecimus corollarium:criſtallina quædam:pateram unam ſtriatam aureo
ſupercilio.Craterem uerſicolorem:quo myrrhini loco uti poteris :Pyxidem aureis ſquã
mis:ore contractiore:faſtigiato operculo.Salina duo carchedonii lapidis æmula:& cum
his cyathum unum theutonicum:circulatum nitidulis nodis :aureoqꝫ labro inſignem.
Sunt hæc uideo parua:ac propemodum ridicula:ſed tu Pomponi ſuauiſſime tui Sabelli
ci animum non rem expendito:ut magna fiant. Gratiſſimum mihi feceris:ſi dabis ope-
ram:ut ex tuis litteris intelligam hæc:quamuis parua:ex fide tamen:fuiſſe tibi repræſẽ-
tata. Vale:& tuos achademios ſaluta.

.M.Anto.Battho.Vranio.S.

i Oannes contubernalis meus: qui has tibi attulit litteras:Vtinum uenit:ut in-
de emeret mihi quædam ad domeſticum uſum:uelim:quod tuo commodo fi-
at:numeres illi eam pecuniam:quam hoc anno:cum Venetiis eſſes: tibi mutuõ
conceſſi . Erit id mihi uehementer gratum: chirographum tuum ſecum attulit:fac ro
go:ne ſpe ſummulæ iſtius deſtitutus minus nauiter:quæ uolo iſtic:conficiat.Gratulor
tibi:& filio tuo:uiro clariſſimo:quod ex ueſtra:& amicorum ſententia:ſit uobis iſtic cõ-
fectum negocium.Cupio:& opto:id uobis:& Hunnienſibus meis bene : fœliciterqꝫ:eue
nire. Tu ſiquid eſt:in quo mea opera tibi utilis eſſe poſſit : fac ut ſciam :& in eo ſtudiũ
meum facile experieris. Vale: Venetiis uolanti calamo.

Paris Auximanus Antiſtes.M.Anto.

e O ſemper animo fui:ut ſi non quibus deberem:at quibus poſſem:ingenioſos
cultoſqꝫ uiros præmiis proſequerer.Itaqꝫ cum talem te in primis eſſe ſentiam:
& ſi non:ut cupiebam:diu iſtic tecum eſſe potui:abſens tamen ita apud Ponti-
ficem maximum:& alios principes Ro.curiæ antiſtites tuũ ingeniũ:& mores ꝓbaui:ut
non paruo tibi:& honori:& uſui:noſtrũ hoc præconiũ aliquãdo futurum ſperẽ : plura
daturus:ſi plura dare potuiſſem. Gregorius:q has noſtras tibi attulit litteras: Venetias

uenit tibi operam daturus. Cæterum rei domeſticæ anguſtia preſſus: ſuis ſumptibus diu iſtic eē non poteſt: rem piam facies: & mihi longe gratiſſimam: ſi adoleſcentem iuuenis in conditione aliqua comparanda: quod ut facias: te etiam: atq; etiam rogo. Auximi.

Palladius Niger. M. Anto.

Cœpi tandem optatiſſimas litteras tuas: quæ mihi pfecto multo gratiores fuiſſent: niſi ſignificaſſent te dilectiſſimi fratris filium adoleſcentem: optime inſtitutum: nuper amiſiſſe: cuius immaturus interitus quanto mœrore me affecerit: nullis unquam uerbis exprimere poſſem. Quare non eſt expectandum: ut ipſe conſolandus te conſoler. Sed fac me omni ſolicitudine uacare: ut maxime ſim ſecurus: quis mihi unquam perſuaderet: ut tibi: uiro doctiſſimo: ſapientiſſimoq;: dolendi legem perſcriberem: qui in medio dolore tot exemplis: atq; rationibus: alios inconſtantis fortunæ impetu afflictos: tam bene ad patientiam cohortaris: uel qualiter nuper poſt dilectiſſimi nepotis obitum: pedeſtri primum: deinde equeſtri oratione conſolatus es Coriolanum. Quod niſi doctiſſimum libellum abs te compoſitum: ſuperadditum nomen indicaſſet: atq; illi: qui huc eum pertulerunt: tacuiſſent: profecto ea præcepta ab excellentiſſimo philoſopho ſcripta contenderem: quales priſcos fuiſſe lectitauimus. Hæc etiam fecerunt: ut apertiſſime cognoſcerem: atq; id apud Tragurinos continuo prædicarem te unum eē: cui omnia larga manu dii dederunt. Sed licet prædixerim me nullo conſolationis: ne uulgariæ quidem: genere apud te uſurum: non tamen illud omnino ſilebo: nullam: ſcilicet eſſe ætatem: cui ſæuiſſima uel potius inexorabilis mors parcat. Quūq; hæc uita tot periculis ſubiaceat: atq; anxietatibus plena ſit: cū eo optime agi: qui quam ociſſime diſſoluitur. Sed quid ego hæc: quum potius ſit orandum: ut ea tandem mihi mittas: quæ toties promiſiſti: ut quum doctiſſima ſcripta tua legero: eorum ſuauitate delinitus: tantiſper concepti doloris obliuiſcar. Vale: & nos: ut facis: ama. Tragurii.

Franciſcus Niger. M. Anto.

Ea eſt ſtudiorum noſtrorum: & ex his exortæ beniuolentiæ noſtræ conditio: Sabellice uir clariſſime: ut poſthabitis omnibus Phaleris: Mileſiiſq; ambagibꝰ: quicquid alter ab altero cupiat: id unico tantum contendat axiomate: hoc igitur eſt in cauſa. Vtinenſes tui me nuper in academiæ ſuæ moderatorem euocarunt. At quia factione: ut ſcis: plurima ea loca feruent: quæ fortaſſe: niſi prudenter agatur: nobis nocere poſſit: te unum ex omnibus delegimus: qui & auctoritate tua: qua multū: & merito ſane apud eas gentes uales: & tuopte in nos amore rem cōficias. Tu proinde Nigrū tuum benigno fauore proſequere: iiſq; mediis omnibus uolo compotem efficere ſtudeas: quæ plurima tibi & optima ſuccurrent: ut rem ipſam: ut aiunt: ex ſententia cōfarreatus: tibi immortalem ſit gratiam habiturus: & quandoq; fortaſſe relaturus. Quod reliquum eſt Periarchon noſtrum: ubi & tu quoq; decantatus es: apud hos patritios tuos ꝓ tua humanitate foueto: noſq; tuos penitus amato: quia profecto a nobis coleris: & obſeruatis. Ex Antenoreis porticibus.

Chriſtophorus Barzizius. M. Anto. S.

Exiit a me de fine oratoris diſſertatiuncula: & quidem immatura: omnino non eo propoſito uti: perinde atque abſoluta: & ſatis ſpectata: paſſim euagaretur: ſed quando: cui illam dedicaſſem: me quidem: & ſi non obſtāte: haud quaquam: tamen probante: illam multis impreſſam exemplis emiſit. Volui: ut ea i primis: ſub grauem: rectamq; cenſuram tuam: quando prius: quod oportuerat: conſilio uti non licuit: ueniret: mihi quidem perſuaſus cum te eſſe: cuius de omni litteratura iudicium: ut conſtans: atq; grauiſſimum ſit: ita maxime candidum eē: atq; fidele. Sed nolim te: quod plæriq; uiri alioquin boni: ubi de iis: quæ tranſacta ſint: conſuluntur conſueuere: quæ reuocari nō poſſunt: laudare. Quin tu puta id totum mihi adhuc emittam ne an cohibeam integrum eſſe. Sunt enim & non nulla nobis uarie conſcripta: quæ ex ſententia tua uel ſitu ſoluentur: uel cultu extabunt. Tu proinde me ea ſimplicitate mone: qua me hac de re moneri abs te poſtulo: & cōfido. Vale. Brixiæ.

.M.Anto.Antimacho.

VItos tibi commendē neceſſe eſt:ſciunt enim multi me abs te amari:nec quan
m ti te faciam ignorant.Cæterum:quum pluribus hoc præſtem in nullo hominū
genere id libentius facio:quam in his:quibus ambo litterarum commercio:ue
lut arctiſſimo quodam neceſſitudinis uinculo obſtringimur. Sed quum ex hoc ordine
ſint non pauci:quorum cauſa omnia uelim:nullus certe eſt:de cuius commodis & digni
tate magis hodie laborem:quam Franciſcus Brixianus:qui hic omnino mecum eſt: uir
multa comitate:eruditione ſingulari:uita & morum ſanctitate incōparabili: quid quæ-
ris:paucis menſibus:quibus ille domum meam frequentare cœpit: facile eſt cōſecutus:
ut tam mihi ſit hodie familiaris:quam qui familiariſſimus.Aſſidet mihi quottidie cum
Hieronymo noſtro: qui æque mihi ac filius charus eſt : poſt publicas lectiones domi
Homerum enarranti:aſſidetq; non auditor:ſed eorū:quæ d.cuntur:arbiter : callet enim
oppido utramq; linguam. Vellem poſſet totus homo breui epiſtola deliniari : eſt enim
adamuſſim factus : qui quum talis ſit non uereor(docti enim doctos amant) quin ad-
huc ignotum amare incipias.Sed multo magis ames:ſi ſcias quam ſtudioſus ſit tui no-
minis:quam tuæ præſtantiæ addictus:quam ambitioſe quærat in tuorum numero eſ-
ſe.Sed tu cur nō eſſe cupias:qui in amicitiam receptus magno tibi & tuis eſſe poſſit or-
namēto:quid in re litteraria ſit: ac quid omnino pſtare poſſit,: & ſi de ſe ſatis uerecunde
ſcribat:ex ipſius litteris facile cognoſces.Gratiſſimum mihi feceris:ſi in eo ornando ita
egeris:ut perſpicue intelligat hanc meam de ſe prædicationem tanti apud te ponderis
fuiſſe:quanti & ipſe credidit futuram:& ego fore recepi . Accedunt Hieronymi noſtri
litteræ:eorum quæ ſcribimus:teſtis locupletiſſimi:quæ omnium maxime apud tuam
præſtātiam ualere debebunt:uel quia tuus ſit filius:uel quod ſit te patre non indignus:
quippequi ſumma ope nititur: ut ſit paternæ laudis:non tantum hæres: ſed & laudis &
uirtutis æmulus.Sed de eo ad te plura:quum plus ocii nactus fuero: nunc Brixianū me
um totum tibi trado:commendoq; plurimum. Vterer diligentiore commendatione:ni-
ſi certo ſcirem ita futurum:ut omnia ſis huius hominis cauſa libens facturus : uel quia
ſit tui Sabellici amicus:aut quod tua ſit amicitia non indignus.Scripſi hæc ut ſoleo uo-
lanti calamo:non tam ingenio quam noſtra amicitia fretus. Venetiis.

.M.Ant.Cantalico.

Ieo inter nos ſumus animo:quo:qui uere amant:ſolēt inter ſe eſſe: ſuperuacua
ſ uideri poſſit omnis mea apud te commendatio: quippe qui pro ueteri noſtra
conſuetudine:mutuaq; beniuolentia:idem uelle debes: quod & Sabellicus atq;
idem nolle.Cæterum:quia uterq; ab altero diſtamus: longaq; facta eſt intermiſſio dul-
ciſſimæ noſtræ cōſuetudinis:multa eſſe in rebus noſtris neceſſe eſt:quæ tibi minus no-
ta ſint in tanta locorum diſtantia:præſertim ſi qui ſunt nobis amici:ſi quæ neceſſitudi-
nes interim quæſitæ: quæ & ſi communes ſunt mihi tecum: quia tamen procul hæc
ſunt:& ab oculis remotiſſima:ut commendatione aliqua indigeāt:id quum in aliis po-
terit accidere:tum in hoc Baptiſta Rauennate Heremitanæ obſeruationis:qui has me-
as tibi attulit litteras:nunc commendando accidit:qui ne tibi minus notus eſſet: uſus
ſum mihi non inepte facere:ſi per litteras hominem amiciſſimum tibi amiciſſimo com
mendarem.Intercedunt mihi multæ cum Rauennate meo neceſſitudines:ſed nulla ma
ior quam rei litterariæ:atq; eadem a noſtris ſtudiis non aliena : Fauet homo diuinarum
litterarum peritiſſimus:ſupra quā dici poſſit:noſtratibus litteris:qui in eo affectus hoc
gratior eſt:quo minus multi ſunt eiuſmodi ſtudiis imbuti:qui hæc noſtra mirētur : ſed
oderunt omnes muſas ad unum:oderuntq; muſarum nomen.Suntq; in eos:qui id colūt
animo infeſto:ac;propemodum hoſtili:ſed ego hæc omnia collegi: ut ſcires Rauenna-
tem hunc eſſe in meis familiariſſimis.Quare gratiſſimū mihi feceris:ſiquid erit:in quo
tua opera uti uolet:ſi quantum gratia & auctoritate polles:in iſta umbriæ luce: tantum
elaboraueris:ut Rauēnas meus per te & fulginates tuos omnia:quæ honeſta petet :aſſe
quatur.Quod autem ſecutus negocium in Vmbriam uenerit: ex eo melius cognoſces.

Tantum habeto:quicquid huic homini accommodaris:perinde erit mihi gratum: ac ſi res noſtra ageretur. Erit:ut dixi:tum mihi gratiſſimum:tum Io. Harmonio Marſo:qui omnino mecũ Venetiis eſt:teq; uniee obſeruat. Quid noſtræ muſæ nunc agant:& quid in hac ſterili cudaẽ officina:ex Heremitano noſtro cognoſces. Venetiis.xv.cal'. Septẽb.

.M.ANTO.SABELLICI EPISTOLARVM FAMILIARIVM.LIBER DECIMVS.

.M.Anto. Cardinali Senẽnſi.

s

Atis cum homine indulgenter egiſſet natura:clemẽtiſſime pater:ſi filiorum cauſa tantum ſollicitì eſſemus:ſed inepti fiunt: & dementes miſeri patres:dum ingenitæ pietati nimiũ indulgẽt: ſuntq;:hoc ipſum ſcio:quum alii plærîq; experti:tum ipſe nuper uſq; ad ludibrium:qui dum filii cauſæ impẽſius ſtudeo: cauſam & filium pene perdidi. Sed ſic profecto eſt:trahunt cæteri affectus mentem:dolor & ira præcipitãt : acceptæ iniuriæ magnitudo fecit:ut neq; manus uulneri admouerim: & quia non admoui ſcire minime potui:quale id eſſet: aut quam alte adactum:quæue medicinæ ratio eſſet adhibenda:quo contigit:ut quum opem & auxilium implorarem:qua potiſſimum parte curandus eſſem:monſtrare nequiuerunt:pueros (quod pudeat dicere)imitatus:qui uel leuiter percuſſi:quum ad matrem lamentabundi confugiunt:manum:alio quam oportuit:applicant:manifeſto uani doloris argumento: dant ſuis querelis lachrymas: ſed fœlix fuit noſter error:qui præſentiſſimum uani metus tuo ſalubri cõſilio inuenit remedium: ſumq; graui moleſtia leuatus tua opera: pater pientiſſime:quod perinde fuit mihi gratum : ac ſi totum hoc negocium:quod omnino futurum ſperabam:fuiſſet iſtic confectum. Nunc:quibus uerbis tuæ amplitudini agam gratias:non reperio. Spero & opto aliquando uideri:quem tua amplitudo:quum gratũ: tum memorem uirum iudicet:dignumq; arbitretur:in quo ſuum beneficium ultro collocarit:certe animus:cuius ſum mihi conſcius:nil hodie præter gratitudinem meditaẽ: pendetq; totus ex unius officii euentu:ut tuæ demum laudis:dignitatiſq;:quam ſtudioſiſſimus fuiſſe credar:quod præterea tantum res noſtræ tuo ſapientiſſimo iudicio probentur:quantum ne ipſe quidem poſtulare auſim : tribuo id ego tuo mitiſſimo genio: qui non ſolum ad uirtutem exercendam ſit natus:ſed ad uirtutis etiã imaginem:uel potius umbram in omnibus fouendam. Cæterum tanti eſt tuæ amplitudinis apud me auctoritas:ut ego:qui nunq̃ mihi placere potui:iam nunc demum ſummi uiri teſtimonio confirmatus non diſpliceam:audaciorq; factus:ſubitum cœperim conſilium impreſſoriæ officinæ:inferendi ſex hiſtoriarum enneadas : quibus longiſſimam rerum ſeriem a prima mundi origine:ad humanæ ſalutis annos texui:per ampla uetuſtatis ſpacia euagatus:quæ cum primum inde exierint:curabo diligẽter: ut ad tuam amplitudinem continuo perferãtur: cui me:& totam domum commendo:ac trado.

.M.Anto.Bernardo Bembo.

p

Etrus Gurgius: qui has meas tibi attulit litteras : ſororius eſt Romanelli hoſpitis mei Hunnicſis:cuius cauſa Ferrariam proficiſcitur:neſcio quid a tua præſtantia petiturus. Quid ab ea impetratũ uelit:ipſe:multo melius exponet : quã breui epiſtola ſignificari poſſit. Tantum mihi perſuadeo:nihil hunc præſentem:aut illũ abſentem eſſe abs te petiturum:quod tua dignitate & fide incolumi præſtari non poſſit. Pergratum mihi feceris:ſi quum æquitatis tuæ cauſa:tum quia tuus Sabellicus uehementer de amici negocio laboret:qui:ut mihi dicitur:contra tuæ amplitudinis mentem ne decretum dicam:hic ſordida aduerſariorum premitur calumnia. Dabis operam: ut tua abſentis auctoritate abſens præſenti libereẽ moleſtia. Id qua ratione:& per quos fieri poſſit:qui te uno melius ſtatuere queat:eſt:ut arbitror:nemo. Tantũ habeto quicquid Romanello in hac cauſa commodaris fore: ut id tuo Sabellico ſit tam gratũ quã

ſi eius res non aliena ageretur. Vale. Venetiis.

.M.Anto.Caſſandræ Fideli.

u Eniunt ad te tādem noſtræ enneades: Caſſandra:ſero dices:ſero:ſed ſic melius: quam nunquam:malui fidem noſtram tempore:quam te periclitari:in hoc cō ſilium:in illo fortuna accuſari poteſt:omnia:ut ſcis:officia non euentu:ſed animo eſtimari debent. Neceſſitas eſt ergo tibi ſpectanda non mora : dum folia in ordinē rediguntur:dum librorum capita tardo peniculi ductu minio effloreſcunt:dum texitur uolumen cornibus:& umbilicis excolitur:auro illinitur:unus nobis:atq; alter:ne ſentientibus quidem nobis præteriit menſis .Sed quid:ſi mora hæc in lucro eſt:earum tunc tibi uoluminis huius biduum copiam facturus:nunc niſi tam graues erunt hæ noſtræ enneades:ut ne biduum quidem abs te ferri poſſint : poterunt plures apud te dies in hoſpicio eſſe:eruntq; iſtic tam libenter: ut alibi locorum libentius eſſe non poſſint. Nec parui ducas: quod nunc potiſſimum ad te ueniunt : quum noſtra hæc tenent ieiunia. enimuero ſatis multa tibi noſtra hæc euoluenti:ſunt ſparſim occurſura:quæ a tua pietate non abhorreant.Poteris igitur:niſi graue eſt:illis ſuccifiuas horas impendere : ſatis abs te datum putabo:ſi non longam rerum ſeriem:quod ſtultum ſit petere:ſed uelut in tranſcurſu pauca numero:atq; ea quidem per partes:cognoſcere non grauaberis. Vale: & quū partem noueris:in uniuerſum iudica.Minerua iſta falli non poteſt.

.M.Anto.Paulo Triuiſano Brixiæ Prætori.

q Via mea in te obſeruantia:omnibus nota eſt:multi perſuaſum habent eſſe me tibi tam familiarem:quam ex iis:qui te colunt:alium familiariſſimum .Sed recte ne illi ita exiſtiment:an ſua potius decipiantur opinione:nō facile dixerim: tantum affirmare poſſum:meum erga te ſtudium id eſſe:ut non indignus ſim:quem tu non in poſtremis habere uelis:eorum:qui tibi chariſſimi ſunt: atq; huiuſmodi fiducia fretus: nūquam uidebor mihi temere:aut inepte facere:ſi quoties acciderit:ut uel mea uel amicorum cauſa oporteat me dare ad te litteras: ſi tecum libere : ac uelut meo iure agam:contendamq; audacter abs te:ſi qua re opus ſit. Quod:quum ſæpe alias facturus ſum:tum in præſentia id facio:nihil timide:ut per litteras tibi meos commendem : in quibus Antonium Vicetinum eſſe nō ignores:qui has meas tibi attulit litteras. Is:quid negocii habeat in iſto foro ipſe melius coram exponet.Gratiſſimum mihi feceris:ſi in his:quæ ad te deferet:quantum tua fides:& dignitas poſtulat: habueris hominem quā commendatiſſimum. Noui eum uirum bonum : & uerecundum : & qui nihil ſit a tua æquitate petiturus:quod non ſit idem & iuſtum:quare pergratum mihi erit : ſi ita hominem tractaris:ut quum ipſe: tum alii itelligant hanc meam commendationem apud te non parui ponderis fuiſſe. Vale.

.M.Anto .Manerio Regio Oratori.

c Lara & illuſtris erat tui nominis phama:uir præſtantiſſime : magnum ſtudiorum nomen:priuſquam Venetias ueniſſes.Cæterum:quo celebrior erat de tuis uirtutibus ſermo:eo impenſior ſecuta eſt expectatio:ubi a Ludouico rege inuictiſſimo orator dictus es Venetias uenite. Verum poſtea quam in curia publice auditus es:ubi de pace:de fœderibus:de futuri belli ratione: deq; ſumma totius rei chriſtianæ grauiter:& accurate:dixiſti:multo maior omnibus uiſus es:quam cuiuſq̄ animo antea concipi potuiſſes.Multi:qui te audiuerunt:tuas dicendi uirtutes:mirati alii aliter: ſed honeſte:& officioſe:ſeſe tibi certatim inſinuarunt: ſed hi multo facilius:qui aliquo genere uirtutis antecellere tibi uiſi ſunt:boni enim bonis facile conciliantur:nec in tāta officiorum frequentia quiſq̄ parcius Sabellico tuas frequentauit ædes:nemo ardentius adamauit:nec me æque aliud:ac uerecundia:ab officio deterruit : uir præſtantiſſime:ſciebam enim in tanta rerum nouitate:quanta his paucis menſibus Italiæ partem multo nobiliſſimam exercuit:unde curarum ingens in te cumulus redundauit:uix poſſe fieri:ut ad te ſatis unq̄ tempeſtiue accederem : malui itaq; parum officioſus : quam temerarius haberi . Nunc:quia fœliciſſimæ legationis tuæ functus munere breui : ut

mihi dicitur:es hic ad regẽ abiturus:miſi ad te has noſtras enneades: quas ſuperiore anno edidi(dicebaris enim mihi incredibili cupiditate teneri lectionis huius cognoſcẽdæ) Propoſui ego tibi hanc lectionem eo libentius: quod in ea oratione : quam in curia ad principem & patres habuiſti:uiſus es mihi uarie admodũ in hiſtoria uerſatus : cuius rei ſtudio ita fore arbitratus ſum:ut lectio hæc: quæ res omnium gentium continet : a prima mundi origine uſq; ad primam Ro.Imperii labem:tam iucunda tibi eſſet: quã quæuis alia eſſe potuiſſet.Sed quocunq; affectu noſtrã hanc acceperis lucubrationẽ:ego:tanquam omnia egregie probaris:dabo operam:ut in reliqua parte Rapſodiæ huius: quæ nunc in manibus eſt:facile intelligas:quanti tuas Sabellicus fecerit uirtutes.Vale.

.M.Anto.Mario.

a

Ffert tibi noſter Opilio argenteos denarios uicenos:de re tua nihil fit in præſentia:diſce parere neceſſitati:atq; ea pati:quæ nolles:quando ego tua cauſa fero:quæ non debeo.Si proximis nundinarum feriis ad me ueneris:rem hic ſartam & tectam inuenies.Epiſtolæ:quas ad me dediſti:ſatis placuerũt: ſed ita placuiſſe ſcias:ut in illis aliqua ne multa dicam:deſiderem.Vale.

.M.Anto.Zauariſio ſuo.

u

Ibianus Sabellus:qui in arce iſta Veronenſi publicum meret ſtipendium: meus eſt conterraneus:& propterea mihi amiciſſimus:gratiſſimum mihi feceris:ſi:ut tui moris eſt:quando locum religionis cauſa inuiſeris:cõpellabis hominem:tuamq; illi operam deferes:delatam præſtabis:ſi ea aliquando uti uolet;nec eſt:in quo tua auctoritas in præſentia magis illi gratificari poſſit:quam ſi Bernardo Centurioni præſidii præfecto hominem ſenio cõfectum:& ualitudinarium:per te:aut per amicorum aliquem commendes.Erit:ſatis ſcio:tua commẽdatio eo iuſtior:quo Vibiani ipſius:& Gaſparis Sabelli patris eius:uiri clariſſimi:fides fuit omni tempore Veneto nomini gratior:diuturniorq; militia.In præſentia ſatis credo eius uoluntati datum:quod Magnifico prætori iſtius urbis:& Bernardo præſidii præfecto eum per litteras diligentiſſime commendaui.De ratione meorum ſtudiorum:quum plus ocii nactus fuero:ad te pluribus ſcribam:quod omnia apud tuos ex dignitate conſecutus ſis: biennio ante ſatis tempeſtiua:ut arbitror:tecum uſus ſum: gratulatione : & nunc cupo : & opto ; deum optimum tibi iſta ſecundare:augereq; perpetuis ſucceſſibus.Saluto uniuerſam ciuitatẽ:duoq; præcipue noſtræ amicitiæ lumina Iaco.Iuliarium:& Dantem Aligerium:& cum his totam academiam.Vale.

.M.Anto.Pimulæ ſuo.

s

I cum tua academia uales bene eſt:ego quidem ualeo.Accepi munus tuum elegans:delmaticas candelas niuali candore : fuit id mihi æque ac debuit gratũ: ſed auctoris animus multo gratior.Tu uero dic queſo: putas amicitiã noſtram huiuſmodi egere illecebris:ut:aut magis amaturus ſim:quia hæc dediſti:aut minus amare potuerim:ſi nihil eſſet datum.Neſcirem amare:ſi ita a me Pimula amaretur ; ut ad eũ amorem:quo illũ proſequor:addi poſſet aliquid:aut minui:breuiq; ſic habeto nihil eſſe te uno mihi charius:quem quo magis amo:minus huic meæ erga te pietati uerius quã amori ſatiſfactum arbitror.Nec uolo inique feras:quod ad te tardius ſcripſi:quam uolebas:inhumane facit ne impie dicam:qui plus uelit quam amicus poſſit:ſum:ut ſi quando alias multis:uariiſq; curarum fluctibus obrutus:ita inquam:ut ad nullum humanitatis officium reſpirare poſſit animus.Quid:quod ne has quidem litteras eram ad te daturus:niſi Trypho homo officioſiſſimus:amantiſſimus tui:mei ſtudioſiſſimus:eas perpetuo mihi conuitio extorſiſſet:impoſuit mihi pudorem amiciſſimi hominis crebra efflagitatio:impoſuit & adhortatio diligens . Vale:pergratumq; mihi feceris:ſi de iis:quæ in Delmatiæ ora fiunt:non litteras:ſed commentarios ad me miſeris: iuueriſq; tua opera hiſtoriam:quæ iam ad exitũ ſpectat:ſed illud erit multo gratius: ſi: quod tua ſponte facis:me mutuo amabis. Vale Iterum:Pimula ſuauiſſime:Vale inquam:& ſalue.Venetiis uolanti calamo:pridie idus Maias.

.M.Anto.Theophraſto.

Gnauus ego:an tu improbus:qui me uis ea curare:quæ in deſpicatiſſimis ſem
i per habui.Mirantur gloſſemmatarii iſti:de quibus ad me ſcribis:aliena ſtudia
noſtra uituperant:eſto:modo flores hominum Sabellicũ legant : lectum non
ſolum probent:ſed ampliſſimis ornent muneribus.Sed audi:quãti ego faciam iſtas grã
matiſtarum ineptias: quas uos circumpadani:ut oracula:amplexamini. Scripſi centum
quadraginta hiſtoriarum libros:qui iam tota Europa:abſit uerbo inuidia:leguntur: di-
ſperecam:ſi paginam unam ſim cum tota iſta litterarum fece:quam miramini:commu-
taturus.Suſpiciãt illi ex Cymmeriis tenebris:quibus iacent:alienas nugas: dum Sabelli
cum audiant in nobiliſſimo orbis terrarum theatro ſedentem:a multo doctioribus ſpe
ctari:ac propemodum religioſe coli.Vides iam: quãti ego faciam iſtam pedagogorum:
& triuialium intemperiem:quam plus nimio reformidas:ſed tu non minus improbus:
qui me dignum putas:ad quem de his ſcribas:quoniam:ſi deo placet:eo uenimus:ut ni
ſi ex litteratoribus obſcuriſſimus quiſque noſtra probet ſtudia : phama ſit periclitan-
dum.Nam:quod ad Tranquilli commentarios attinet : quæ tam nepharia illis calum-
nia aſtruitur:ut ciere te oporteat tam fœda tonitrua:aut ſiqua aſtrui poteſt:es ne tu ita
humanarum rerum expers:aut tuæ ſolius aures ita peregrinantur:ut nunquam fando
audiueris:nullum adhuc repertum:cui ĩn eo genere ſcribendi:in omnibus fides conſti-
terit:niſi forte is eſt:quem Ariſtarculi iſti unice:ut ais : probant:qui in limitari pagina:
nam plura:Deum teſtor:ex immenſo illo chryſippi aceruo legere non fuit curæ:ter in-
ſigniter concidit:ſed nihil ille:ut mihi dicitur:ſcribit:quod non ſit a me dictum: at uer-
boſius procedit:uoluit credo pedagogis gratificari.Ego doctis : & eruditis me ſcribere
putaui:& quaſi ad fontem digitum intendi:niſi forte hiſtoriarum ignoratione:aut uer-
borum inopia breuior fui:quam oportuit.Adiicit ille aliqua:facile fuit inuentis adde-
re.Reponit quædam ex emendatiſſimo codice:mallem ex ſuo ipſius ingenio repoſuiſ-
ſet: nam illud libri eſt:non hominis. Sed ego hæc ex ſtomacho magis quam ex meo in
ſtituto.Tu Theophraſte mi recte facies: ſi poſt hac ad me conſideratius ſcribes : meli-
uſq; de præceptore opinaberis:nam:quod fateris te imparem aduerſæ factioni:remitto
tibi laborioſam iſtam ſimultandi prouinciam:quam tua ſponte adiiſti: ac ſi aſſertorem
agere non potes:deſertorem agas:modo calumnia abſtineas:nam præceptorem inſecta-
ri:nec potes:nec debes. Venetiis. V.Idus Auguſti.

.M.Anto.Carſio ſuo.

Go indifferenter amo Carſios omnes:ſed te omnium maxime:quum propter
e patrui tui:uiri omnium:qui unquam fuerunt: optimi:meiq; amantiſſimi me-
moriã:cuius refers nomẽ: tũ quia paucis diebus:quibus Venetiis fuiſti:mirifi
ce delectatus ſum tua ſuauiſſima cõſuetudine. Cõplexus ſum in te tũc nõ minus morũ
facilitatẽ:quam eruditionẽ nõ uulgarẽ:quorũ alterum tibi domeſticũ eſt: ac prope hæ
reditariũ:alterũ:quod ad tuam laudẽ pertinet:ſtudio:& labore:quæſitũ.Eſſem ego odio
dignus:niſi te unice amarẽ:ſed amoris huius erga te mei teſtẽ habeo locupletiſſimum:
Carſiũ fratrem tuũ:tuiq; cupidiſſimũ:cum quo de tuis cõmodis loquor ſæpiſſime.Scri
pſi hæc tam multa de meo in te ſtudio:ne diuturni huius ſilẽtii nomine ſim tibi ſuſpe-
ctus:quod poſt tuũ hinc digreſſum nihil ad te ſcripſerim: nõ quia nõ potuerim multis
diſtrictus curis:ſed quod noluerim:quod te ſuſpicari inhumanũ ſit:ne impiũ dicã:a no-
ſtraq; neceſſitudine alienũ.Caue igiť id uolũtati aſcribas:ſed neceſſitati potius:cui nul
la uis humana repugnat.Nũc:ſiquid eſt:in quo tibi opera mea utilis eſſe poſſit:recte &
amice facies:ſi ea:quũ opus fuerit:uteris:nihil eſt:quod ad tuũ commodũ pertineat:de
quo nõ æque ac frater tuus:qui oĩno mecũ eſt:ſim omni tẽpore laboraturus:qui ſi in te
ornãdo:me ocio:& oportunitate uicerit:quia liberior ſit curis:ſtudio : & uolũtate non
uincet. Vale:& ſi me amas:da operã:ut hæ litteræ Mariotto : & Ariadnæ Catalucii fra-
tris filiæ:ſeorſum reddanť: utriq; ſuæ:intereſt.n. mea nõ parũ:ne alterutrius intercipiã
tur:quod ipſorũ fraude: ſed meo incõmodo:ſæpe accidit. Venetiis Tertio Idus Maias.

.M.Anto.Aemiliano ſuo:

Vod ſis ex animi ſententia regẽ ſortitus gratulor tibi æque ac debeo:&: ut iſta
q tibi conditio ſit uſui:& ornamento cupio uehementer:& opto. Hortarer te ad
ꝑpetuũ ſtudiũ & obſeruantiã niſi in tãta idole ſupuacua uideret omnis adhor-
tatio.Supereſt igitur:ut te moneam:& ſi pateris obteſter etiam:ut quã ſæpiſſime ad me
ſcribas.Erunt mihi tuæ litteræ omni tempore:& iucundæ & ſuaues.Mitto ad te Prole
mæum ex ligularia taberna emptum:in quo recognoſcendo neq uoluntas defuit neq
ſtudium.Quum plus ocii nactus fuero:tum plura ad te & accuratiora:nũc hæc tumul-
tuoſe ſcripſi.Vale Aemiliane iucundiſſime ac ſuauiſſime. Vale:& ſalue. Venetiis.x. Ca-
lendas Ianuarias.

.M.Anto.Aldegatho.

Mabam te nuper Aldegathe:ac ſic amabam:ut ex illuſtribus poetis unum : in
a quo plus ne candoris ſit:an uenuſtatis:non facile dixerim. Accedit extempora
le ingeniũ:ut mihi dicit:& phœbo & muſis tã familiare: quã nullius noſtri tẽ-
poris poetæ. Eram ego huiuſmodi hominum prædicatione impulſus totus tui nomi-
nis:quum ex tuis aſſectatoribus:quidam qui nunc mei ſunt:Giganteum bellum:ex tua
depromptum officina mihi cognoſcendum obtulere:eſtq id carmen adeo mihi in fron
te blanditum:adeo alluſit in receſſu(nam laconice canis modo tranſcu rrens hauſi quæ
dam)ut te quem antea amabã iam inde mirari incœperim:enim uero ſi ex his quæ ſpar
ſim legi in uniuerſum iudicare licet:neq Mineruam ipſam:neq deorum quempiam eo
bello quod tam longo carmine complexus es ualidius mõſtra illa hominum tuliſſe cre
diderim:quam tu tam longi fers carminis onera.Reddidi tibi non petenti tui ingenii te
ſtimonium in hiſtoriis:ut quãtum Sabellicus hodie Aldegatho tribuat omnis ſciret po
ſteritas:ſi modo hæc quæ ſcribimus ad poſteros ſtare poterũt:gaudebamq meo officio
quum tum tãquam illud a me in quæſtum mitteretur.Encomiaſticon ad me tuum de-
diſti uarium:elegans:copioſum:omnibus poeticis uirtutibus refertũ:fœnus uerius quã
hoſtimentum eorum:quæ a nobis in te profecta ſunt:nam quod tantum mihi tribuis
quantum haud tribuendum puto : tuam in eo agnoſco humanitatẽ : agnoſco & ſtu-
dium erga me tuum:quo nihil poteſt eſſe mihi gratius.Fuiſſet & carmen ipſum multo
iucundius:ſi ad fidem omnia ſcriberentur. Sed utcũq ea accipienda ſunt: nõ parum gra
tump eſt a poeta ſummo laudari:modo ita laudemur:ut tantum poetica licentia confe-
rat mihi ad immortalitatem nominis:quantum in noſtris:ſi meliora illa eſſent: fuit hi-
ſtorica fides tibi collatura.Vale:& caue me tam ineptum putes : ut a poeta noſtræ æta-
tis clariſſimo ſyllabarum rationem pueriliter exigam:neſcio quẽ deſipientum apud ue-
teres imitatus:qui in Olympio Ioue Symmetriam maluit:quam nobiliſſimum in terris
opus contemplari.Venetiis.

.M.Anto: Antonio Pontano.

T ſi nulla maiore opus fuit commendatione:non potui:non tibi commendare
e octauam noſtræ Rapſodiæ Enneadem:quã ex tribus ſororibꝰ proxima foetu
ra ortis tibi exſcribendam popoſciſti.Fac:rogo:ut tecta & ſarta ad me reuerta-
tur:quod facile fiet:ſi tuo niteris chirographo Sabellici ſcæda:nec in tranſcurſu cõpen-
dium quæras:ſat cito ſcribit:qui recte ſcribit.Sed nihil eſt:quod tuam magis operam ſu
uate poſſit:quam ſi laborem hunc cum Franciſco fratre tuo:adoleſcente optimo: partie
ris:ut quam tu diligenter exemplar intueberis:tantum ille quæ ſcripſeris rimabundus
inſpiciat:ſolertiq exploret indagine.Erit id mihi uehementer gratum ; & ab iis quæ de
utriuſq ingenio & eruditione prædicare ſoleo:nihil alienum.Vale.

.M.Anto.Palladio Sorano.

Iſiſti:qui me rogaret:ut cras tibi ad Crucigeros adſim:tuum de laudibus Dei-
m paræ uirginis Panegyricũ recitaturo.Ego & ſi Crucigeri hinc tã lõge abſunt:
quam qui lõgiſſime:ueniam tamen libẽter quum tua cauſa:es.n.dignus:qui ab
omnibus audiaris:tum multo libẽtius inſcriptionis illecebra:adductus qua nulla poſſet

eſſe mihi gratior:nulla iucundior auditu. Tu Palladi mi fac:quod facis:& omnes ingenii uires in iſtud intende:his te meditationibus exerce: antiquiſſimos uates imitatus: quibus diuina magis:quam humana fuerunt curæ : quod ſi ii : qui in maligna luce:uel Cymmeriis potius ſunt tenebris uerſati:tanto id ſtudio factitarunt : quanto magis noſtros homines decet:qui non imaginariam: ſed ueram ſunt lucem adepti:in ueri ſpecula ſedentes pietatis alumni. Sed quid alii faciant:ipſi uiderint. Tu Palladi ſuauiſſime pietatem cole:ut te in ſapientiæ conſtituam ueſtibulo Prophetæ carmen ſecutus. Vale.

.M.Anto.Manteo.

q

Vid Manteus agit meus:uir omnium optimus:ſtudet:ut ſæpe:an docet:ut ſemper:an quod rarum eſt:Pomonalibus adhuc tenentibus feriatur. Verum quicquid agit iubet Sabellicus ſuum Manteum ſaluere: iubet totis uiribus : quod ſponte facit obniti:ut quam plurimi adoleſcentes ex litteraria illa officina:uelut ex troiano equo egreſſi in ſuum theatrum prodeant. Cæterum: quando multum: diuq; Flaccus domo abſuit:iam tempus eſt(quod Mantei commodo fiat)ut ad dominum reuertatur:ubi conſerui illius ſuſpirant abſentiã: quamq̃ & ipſi illuc ſũt confeſtim aduolaturi:cum tota domo:ſi Manteus uir doctiſſimus ita uelit euenire amicorum omnia communia.

.M.Anto.Io.Carſio:

h

Ortenſis pergula tuæ:meæq; delitiæ:iam ueſtiit ſe pampinis:lilia: quæ a fronte ſunt: ſuauiter florent:a tergo : & qua ſeſe uitis cubiculo offert procaci occurſu Tymbræ:menthæ:& ſiſimbri plantaria uirent molliter . Agita anus noſtra non contenta popinæ præfectura:& ſi iam octogenaria : hæredii quoq; ſibi curam uendicat:ſtruxitq; tibi:& mihi ſub uitæ ſtibadia:cinxitq; amaraco:& aliis herbis ſuauiter olentibus:quas topiario opere in uarias animalium effinxit ſpecies: ſequaci ductu. Cœnatio tibi parata eſt:tu cœnam para:quotus uero cœnare uelis ipſe uidebis : a gratiis licet incipias:poteris:ut tua eſt largitas:in muſarum numero:deſinere. Vale.

.M.Anto.Amaſeis fratribus.

g

Ratulor uobis: quod ambo poeticam lauream adepti ſitis : cupio decus iſtud uobis in dies augeri:ueſtrum carmen frequenti iuuenum cœtu recitandum curaui:adieci iudicium meum:ut maior rei auctoritas accederet:eſtq; laudatio ſecuta incredibili omnium:qui aderant:aſſenſu . Hæc ſcripſi:ut intelligeretis : quam ueſtra laus ſit mihi curæ:uos uero enitamini:ut ii demum ſitis: quibus non modo is honor merito contigerit:ſed qui multo etiam:maiora mereamini. Valete.

.M.Anto.Danieli Rainerio.

u

Ides Raineri:uir doctiſſime:ut uero uerius ſit:quod præclare ſcribit Fabius:eſſe occultam quandam inuidiam : quæ ſemper ex humanis meliora decerpat, Deſiit in humanis eſſe Politianus:ſemper abs te ſupreme laudatus:ac tum deſiit:quum celebritate florebat:& ætate. Doleo mortem hominis amiciſſimi: ſed multo magis doleo cauſam:quæ non magis miſerabilis fuit:ut mihi dicitur: quam pudenda. Sed multum in eo homine amiſimus:multum & in Gregorio Alexandrino nuper defuncto. Fuit:ut ſcis:uir ille graui iudicio:& diligentia non uulgari:ſed mediocri:ut libere dicam:ingenio:facundia propemodum nulla : ſuarum rerum mirator immodicus: alienarum inſectator:nulli hominum minus infeſtus fuit a principio: quam Sabellico: nullum:poſtquam res Venetas ſcripſit:eſt grauius inſectatus:fuit enim ex confeſſo Veneti nominis inimicus:quũ obſeruantiſſimus eſſe debuiſſet:ſi grato fuiſſet ingenio. Noluiſſet credo:ab aliis ſcribi:quæ ipſe:aut noluit ſcribere:aut non potuit. Sed audi hominis Cauillium:ne delirium dicam. Criminabatur me in Veneta hiſtoria:quum diceret non oportuiſſe ſequi me Venetos annales. Ceu Criſpus:Liuius:Dionyſius : & alii punicos ſecuti ſint non Romanos:aut ipſe Cautius fecerit:qui in Vicecomitum rebus prodendis ignobilibus fraterculorum commentariolis uſus eſt : ut mihi dicitur: ſub ipſis principibus:& in ipſorum principum gratiam conſcriptis:quos oſculabundus:ut Sibyllinos:& arcanorum myſteriorum plenos circumferebat. Sed ſic natura cõparatum eſt:

quod maxime placet:id quiſq; optimum:& ueriſſimum putat.Sed ille: ut dixi: talis fuit uir alioqui perpetua memoria dignus:ob eruditionem : quæ non uulgaris ei contigit:in quo dum uitium unum præter meum inſtitutum repræhendo:uideor mihi propemodum ille ipſe factus. Multo itaq; humanior præceptor tuus Benedictus Prunulus :multo & meus Pomponius Lœtus : qui: quum doctiſſimi ſint ambo : non modo non lædunt quemquam:ſed ne ab ullo quidem lædi patiuntur: quantum in utroq; eſt. Reuertor ad noſtrorum hominum iacturam : qua non noſtra : non patrum noſtrorum memoria in ullo maior accepta eſt:quam in Policiano:cui ſi longior uita contigiſſet:tam grauis fuiſſet Romanæ linguæ cenſor:quam græcæ fuit Ariſtarchus. Vale.

.M.Anto.Antonio Pontano.

d

Iſcederem ego multum a me ipſo:niſi te multum amarem : & enim quod ad me attinet indifferenter in omnibus oſculor:ſuauiterq; complector:mores: & ingenium:quæ duæ uirtutes non tantum tibi adſunt: ut uideo:ſed ſuperſunt. Vix ego auſus eſſem ſperare:ut hi octauæ enneadis libri tam ſcite : accurateq; conſcripti:ad nos reuerterentur:difficile dictu eſt:quam feſtiuo:hilariq; uultu ſeſe mihi obtulerint:culta facies:nitida:& æquabiliter perpolita : ut nulla litteraria officina tam caſtum queat Typum imitari. Debet itaq; tibi pars una noſtrarum hiſtoriarum non minus quam mihi ipſi.Feci ego:niſi opinione fallor: ut ea lectio non diſpliceret : tu.ut delectaret:& placeret. Vale.

;M.Anto.Harmonio ſuo.

a

Ffecit me incredibili admiratione fabula:quam nuper editam:& adhuc lucem formidantem:mihi cognoſcendam tradidiſti:nihil in ea non cultum: non elaboratum:ac ſupra quam noſtra ætas præſtare poſſit:aut ſoleat.Argumentum. Dignitas perſonarum:ſententiarum grauitas:uerba quum uetuſta:tum figura : & lepore Plautinis ſimillima. Sed audi quantum facinus egeris :'ille tui Sabellici ſtomachus: qui nihil:quod noſtri eſſet temporis:decoquere erat ſolitus: ad unam Harmonii ſui lectionem:uelut ad nouum quendam: & inſuetum cibum rictum erexit:tamquam in eo aliquid eſſet:quod iacentem appetentiam excitaret.Cæterum : quantum lectio illa admirationis attulit:tantum nec minus ſcæna:in qua acta eſt uoluptatis. Enimuero non contentus : quod auctoris nomen ferres : tuliſti & actoris : in quo genere adeo omnibus placuiſti:ut ego(mittam enim alios:de me loquar)qui ſpectaculo non ſolum interfui:ſed præſedi etiam tuo hortatu:ſim mihi uiſus interdum non in Eremitarum atrio ſedere : ſed in Marcelli Pompeiiue theatro: Plauti fabulam; aut Cecilii ſpectare. Tu uero quando ſpem ingentem omnibus bonis feciſti fore ;ut per te Comœdia repararetur:enitere quantum potes;ut tua induſtria latialis lingua ſibi demum reſtituta uideatur in hoc litterarum genere;uelíſq; rogo is eſſe;quem unum noſtra ætas tuto obiicere poſſit uetuſtati;quod ſine dubio fiet:ſi naturam ducem ſequaris:quæ non finxit te poetam:ſed effinxit. Vale.Subieci epiſtolæ breue carmen:quo teſtatus ſum; quid in uniuerſum de tota fabula:immo quid de Harmonii muſa ſentirem.

Quæ nuda pedem ſocco:& palla lugubri.
Mœrens comœdia nuper ignobilis.
Errabat latiis urbibus indecens.
Plaudentem caueam:& grajum oblita Sophos.
Nunc renaſcenti proprium reddit decus.
Piſcoſi Fucini nobilis accola.
Harmonius:nemo de ſedibus citet.
Plautos elyſiis:nemo Cecilios.
Sat meus ſcœnæ:Sat meus Harmonius.

.M.Anto.Paulo Suerio.

Ocaris tu:an ſerio tibi & fortunæ iraſceris :tibi q̄a ſp doceas : illi q̄ docēti nihil
i faueat: ſed tu q̄d obſtāti obſtas? cur nō arte pugnas quādo uirib⁹ nō potes? ut ſi
qua uelis ire nō liceat eas q̄ poſſis:imitareq̄ ꝑitiſſimos nauiū gubernatores:qui
ui tempeſtatis ſuo curſu excuſſi:non qua ipſi uelint:ſed qua feruntur pergunt porro ire.
Si non placet urbana profeſſio doceas foris ; non ubique eadem eſt fortuna : ſi for
tuna ulla eſt : agit hic nouercam : aget alibi fortaſſe matrem:non ab re uaria & uo-
lucris dicta eſt:quanquam non uideo:quid hic fit:quod te grauiter ferre oporteat. Viuis
in luce hominum omnibus:ob uitæ integritatem:& ſingularem eruditionem:charus:&
iucundus.Sed quæſtus tenuis:& omnia Romæ cum precio : ſic enim ſoles mihi occurre
re.Age nunc:& ſi non potes hic paruo contentus eſſe : aduola quo maior ſpes euocat
En Iulienſes hinc.inde Rauennates te publice accerſunt:ut audio:alii cupiunt:& optant:
ſtatue:quandoq̄ ubi eſſe uelis:quid ſequaris:unde ſpes maior prætenditur illuc animus
inclinet.Scriberem plura in hanc ſententiam:ſed uideo ad quem ſcribam:ſatis per te ſa
pis.Vnum illud te etiam:atq̄ etiam:moneo :ne ambigendo trahendoq̄ plus nimio rem
patiaris præſentem occaſionem e manibus elabi:cogariſq̄ te ipſum poſt hac non fortu-
nam accuſare:quæ nunc:ut uideo:ſatis indulgenter ſe ſe tibi ingerit pulchra :& ſpecioſa
pollicendo:niſi & hoc illius ludibrium eſt:ut quod tanto ſtudio:iam antea optaueris:ob
latum ſpreuiſſe uidearis.Vale.

.M.Anto.Palladio Sorano :

Bſeruo diem:tu legem ſerua:qua te mihi prandium paraturum ſcribis:non Ari
o ſtippus uenio:ſed homo a Sabinis oriundus.Duco mecum conuiuam unū:fru-
gi hominem:ac minime edacem:ne ſi duo accubuerimus:Timonis:& Peanti cō
uiuium iſtud uocetur:Sic melius:ut gratiarum ſaltem expleatur numerus.Vale.

.M.Anto.Manteo.

Væris quid de tua inſtitutione ſentiam:dicam breuiter quod de ſocratica: non
q quia te Socratem putem:aut tuos Socraticos:non ſum tam ineptus:ut hanc fe
cem temporum cum illo hominum flore comparem : ſed quia tu caſte :ut ille:
& ſancte doces: & tui Socraticorum more non minus præceptoris uitam :quam præce-
pta intuentur.Eſt itaq̄ duplex inſtitutio :litterarum una:altera re{g}ediuinaq̄:nam quum
te audiunt grammaticen diſcunt: & poeticen : quum mores ſpectant Sanctimoniam:&
pietatem:eſtq̄ hic tuorum profectus in eo melior quam illorum fuit : quod ueram pie-
tatem monſtras eſſe colēdam :ſenex ille Atticus:ſi uetus comœdia uera eſt:nihil præter
nubium uanitatem.Vale.

.M.Anto.Paulo Cencio.

Vid rogo:quid factum eſt:quid me miſerum accidiſſe ſuſpicer ?Muſa iſta quiri
q til laris alumna iam tertium annum ſilet:quæ multos bonos uerterat in ſui ad
mirationem:non pauca in apertum prodendo :plura pollicendo : ut nihil eſſet:
tam arduum:quod de tanta indole non expectari liceret . Vnde dira hæc tacendi cupidi-
tas? cui illa hominum irata eſt? aut cur ipſa ſibi æternitatem nominis inuidet ? id ne cre-
dere oportet? an ad pōtificii & cæſarii iuris ſtudia ex lōgo interuallo reſpexit? q̄ dū iſtau
rare uult:dū reditū meditat̄ noſtratia īterpollat imo ut uilia & inepta aſpernat̄:tranſfu
gaq̄ ex confeſſo facta odit carmē:odit poetas:quæſitæ laudis:& q̄rēdæ pœnitiſſime ob
lita.Cæterum quia res pulchra eſt iuriſcientia(ſi eius ſcientiæ ſtudio traheris)uetus po-
pularis non poſſum:nec ſi poſſim uelim tuum conſilium non probare : modo ita aliena
ames:ut noſtra hæc non odiſſe uidearis:ſatis enim amabis :ſi nos qui aliud facere neſci
mus:non contempſeris.Vale.

.M.Anto.Danieli Rainerio.

Etiiſti a me:ut orationē:qua laudat⁹ ē:a me Benedict⁹ Prunul⁹:nuꝑ uita defū-
p ct⁹ in publicū referrē.aut ſi publicare nollē tibi legēdā traderē.Et q̄ petis utrū
q̄ æquū ē:& ego i oīb⁹ tibi gratificari cupio:neutrū tamē expecta:nō q̄a id da-

tum nolim:ſed quia incolumi phama fieri nõ poſſit:nihil.n.adhuc ſcripſi eorum : quæ
oratione illa cõtinentur:quo fit:ut:neq; illud:quicquid eſt:in apertũ referre poſſim:nec
tibi:aut cuiquã:cognoſcendũ tradere.Dicã rem fortaſſe icredibilẽ ; cæterũ tam ueram:
quã ueriſſima ẽ hodie aliqua:aut unquã eẽ potuit:ſiue ſolus hodie id facio:ſiue cũ pau-
cis ex ſcripto: quod fari liceat: nunquam ad dicendum procedo: incredibili paucitate
locorum. imaginibuſq; contentus: unde typus eſt ac uelut κλι eorum ; quæ dicuntur
ex ſignatis quibuſdam locis : quibus orationis lumina aſtruuntur:ſiqua forte intercur
runt:cætera extemporalitas ſuppeditat.Verum quando ita tibi placere uideo:ut lauda-
tio illa in apertum referatur:quia nihil eſt:quod a me tibi iure negari poſſit : polliceor
fore:ut inter cæteras orationes: quæ circiter uiginti numero ſunt:a me poſt paulo pu-
blicandæ:hæc quoq; tuo nomine prodeat in lucem:ac fortaſſe pleniore habitu : quam
inter agendum uiſa ſit:tempus enim: aut ſtudium aliquid adiiciet.

.M.AN.SABELLICI.EPISTOLARVM FAMILIARIVM.LIBER VNDECIMVS.

.M.Anto.Franciſco:& Antonio Pontanis fratribus.

Iſi certo ſcirem omnẽ ueſtrorum ſtudiorũ rationem ex pater-
no conſilio:& auctoritate pẽdere:reprehenderẽ in utroq; præ-
maturam iſtam philoſophandi diligentiam : nõ quod ante tri
geſimũ annum: ut ait Plato:parũ expediat id facere : ſed quod
n noluiſſem uos iam blandiente profectu:hæc humanitatis ſtu-
dia relinquere: quæ pleniuſcule ætate iſta percepta incredibi-
le dictu eſt : quantũ conferant ad omnem diſciplinã percipiẽ-
dam:quã perceptam excolant:magiſq; popularem reddant.Cõ
tra Dialectica iſta:ſi nuda ſit:nihil eſt ea una ineptius: perplexi
tatis:& odioſæ:ut Cornificius ait:infantiæ plena:nulla ars tantum ab eloquẽtia diſtat:
nulla eiuſmodi uirtuti magis repugnat.Cæterum:quia pater id probat: uir præſtanti in
genio:& eruditiõe:probent & amici neceſſe eſt.Cupio:& opto uobis fœliciter euenire:
quod omne ſtudium & operam in iſtam artem contuliſtis. Admonerem unũ illud:niſi
Xenophontis ſententia obſtaret ου δῦνατοὶ ἐστὶ τὰ πολλὰ πράττοντα πάντα κα-
λῶς ποιεῖν:quod ita noua iſta miremini : ut ad eloquentiam aliquando reſpiceretis:
quæ res:& in tractando multum iſtam ſcientiam iuuare poterit ; & ad eam percipien-
dam:nihil:quod multi falſo putant:erit impedimento.Hæc ſentit Sabellicus: uos quic-
quid egeritis cupio:& opto:fœliciter euenire: tãtum habete fore:ut omni tẽpore æque
futuri ſitis mihi:ac patri:chariſſimi.Valete.

.M.Anto.Palladio Sorano.

Egi tua epigrammata culta me Hercule: & quod me in his granditer delectat
l miræ ſimplicitatis.Nemo eſt:qui non intelligat te ſentire:quod ſcribis : id ſiue
arte fiat:ſiue natura: non poſſum non mirari ; reperio tamen in his ; neſcio
quid.Sed id:quale ſit:nec ſatis ſcio:nec ſi ſciam dixerim:tẽpus & exercitatio egregia ar
tium magiſtra:monſtrabunt:puto:quicquid hoc eſt:quod nunc deſideratur: adiicientq;
fortaſſis:aut certe aliqua uirtute penſabunt.Vale:& quid dialogus περὶ τοῦ ἰδοῦ: nunc
agat:fac ut ex tuis litteris intelligam.

.M.Anto.Paulo Suerio.

Vpio : & opto tibi fœliciter euenire : quod ſterilibus poetarum Cathe-
c dris relictis ; te ad Philoſophiam contuleris : ſecutus credo eos : qui ſero
ad eiuſmodi ſtudia accedendum eſſe exiſtimant: Dialecticæ diſciplina an
te trigeſimum annum iuuenibus interdicta . Sed tu dic rogo : quid Poeticen dam-
nas ; quia minus laudis habeat : quam illa ; an quod minus ſit quæſtuoſa ; ſi lau-
us : & celebritas quæritur ; haud dubie uicimus : qui poeticen tuemur : ſi lucrum

uide ne ſordidiſſime quædam artes:minuſq̧ laborioſæ iſtud præſtate poſſint.Quod ex
Philoſophia tibi quæritur : nam eo uenimus : ut res alioqui diuina: non niſi ad quæ-
ſtum expetatur:ceu opes non mores ex illa petendi ſint . Nunc & illud doceas: quia res
ipſa late patet : ex q̄ ſapiētiæ pte τοῦτοτης αναλιείας κέρας ſtatuiſti:ex Phyſica dices:
unde medicæ artis nerui:uideo quid ſequaris.Sed dic rogo:quam longa eſt ſpes iſta:quā
diu alenda:ecquando profiteri incipies:& poſtea quam cœperis: quam ſera in profeſſio
ne auctoritas:quum cæteræ artes:tum maxime floreant:dū uigent corpora Contra una
omnium medicina non prius in homine ſpectari incipiat: quam intermortuum ſit cor-
pus:ſenioq̧ confectum:ut ad nullum minus pertineat lucrum:aut celebritas : quæ inde
eſt:quam ad eum:q utrunq̧ parauerit:uidenturq̧ mihi medici iis perquam ſimiles eſſe:
qui oleas ſerunt:qui iuſſi dicere cui gratificentur:non ſibi dicant: ſed poſteris : perpauci
numero reperti ſunt: quib⁹ firmiore ætate acceſſerit auctoritas:quæ in iſtiuſmodi arte:
ut in multis lucri eſt mater.Sed ars fortaſſe placuit:quæ diligens eſt naturæ contempla
trix:at laus iſta potuit:& cum poetica cōiungi:ad quam mihi natus uidebaris:nullus eſt
tam eminēs locus in ea arte:ad quem uel modico conatu non facile fueris peruēturus:
ſi diuitias cōtemnere potuiſſes. Sed tu quicquid egeris:nos:qui tui amantiſſimi ſumus:
non poſſumus non probare:aut quod tibi ita placuerit:aut quia:ut putas:ſit tuis rebus
magis conducibile.Vale.

.:M.Anto.Paulo Cencio.

Onfeci tibi negocium:conditio tibi parta eſt:ex utriuſq̧ ſententia:ut arbitror:
c eſt enim:niſi opinione fallor:& honeſta:& q̄ſtuoſa:& ſi de quæſtu exitus multo
melius iudicabit.Scriberem de tota re:niſi pene notior tibi eſſet : quam mihi.
Conſule te ipſum:conſule amicos:ſed deliberatio iſta ſit uolo breuiſſima:nā qui ad hoc
miſſi ſunt:cras hinc ſoluēt oram:ſi per bonam tempeſtatem licebit.Cupio & opto:te id
ſtatuere:quod maxime ſit tibi conducibile.Tu ſiue conditionem cōſciſcas : ſiue reiicias:
ſic habeto fore:ut ubicūq̧ ſis:de tuis ſim commodis:æque ac de meis:omni tempore:co
gitaturus.Vale.

.M.Anto.Iacobo Alſigiano..

Cribis te diu:multumq̧ deliberaſſe:nec tamen adhuc ſtatutum habere : quem
l filium magnæ ſpei puerum eſſe uelis.Ego: & ſi ſatis ſcio te eum eſſe: qui nulli
us conſilo indigeas:ſed qui ingenii præſtantia:longaq̧ rerum experientia:recte
poſſis aliis cōſulere:incredibilis tamen meus erga te amor facit:ut quod ſentio: id ad te
familiariter ſcribam:nam & uos medici:quod non ſine cauſa fieri arbitror:quū:aut ipſi:
aut filii grauius egrotare incipitis:ab aliis curamini:ſic in priuatis conſiliis neſcio quo
nam modo non tam ſibi quiſq̧:quam aliis ſapit.Cæterum:ſiue ſit operæ precium id fa-
cere:ſiue quod magis credo ſuperuacuum:ea mihi eſt de tuo filio ſententia:de uitæ in-
quam & artium delectu:quæ & Magorum apud Aſſyrios fuiſſe dicitur:qui paternis ar-
tibus filios inſtruebāt: ut per manus ars nobiliſſima poſteris traderetur:eſſetq̧ uni gen
ti:familiæq̧ uelut hereditaria.Es tu illi pater:cui tātum auctoritatis in iſta profeſſione
acceſſit:ut Auguſtinus Barbadicus Venetæ ciuitatis princeps:tua unius opera: toto ſit
ſuo principatu uſus:quæ laus:non uideo cur in filium & poſteros:quātum humana cu-
ra poteſt prouideri:nō ſit omni ſtudio propaganda:præſertim:quum nulla ſit ars in om-
ni gente quæſtuoſior:nulla:cui maiores honores omni tempore contigerit. Hæc Aeſcu
lapio diuinos peperit honores:hæc Apollinem huius patrem ſanctiorem fecit: & augu-
ſtiorem.Nec fruſtra ueteres poetæ hanc cœlo intulerunt Pæonem deorum curationi
adhibitum mentientes.Quid Hippocrates:cui ob peſtilentiam præuiſam: & a Græciæ
ingreſſu:diſcipulorum occurſu:depulſam:eoſdem græcia habuit honores:quos & Her-
culi.Mitto Theobrotum:quem ob Antiochum ſeruatum:magno auri pondere Ptole-
mæus rex donauit.Mitto Aſclepiadem:qui legatos a Mitridate rege ad ſe miſſos:regiaq̧
dona aſpernatus: eo fiduciæ proceſſit:homine a funere relato:ac uitæ reſtituto:ut ſpon
ſionem cum fortuna fecerit:ne medicus crederetur : ſi unquam egrotare cœpiſ-

ſet.Celebre:& Antonii Muſæ nomen:cui ob Auguſtum Principem graui morbo curatum:ſtatuam Aeſculapio proximá erexit Romana ciuitas ; & tũ qdem rerum omnium domina.Sed multo plura ſunt fœlicitatis exempla:ad unius artis decus pertinentia:quá breuis poſſit epiſtola complecti.Tantum habeto eſſe medicinam:rem meo iudicio præclaram:quæſtuoſam:Deo gratam: hominibus uenerabilem: per quá facilis ad diuitias: ad honores:& ad ipſam nominis immortalitatem:ſemper patuit acceſſus: quare ſit potius puer: quod pater eſt ; qua dexteram ſe offert: fortuna ſequenda eſt.Tu:qui eum genuiſti:& ad quem deliberatio iſta præcipue pertinet:etiam:atq; etiam cogita:quid omnium maxime tibi:& filio expediat:nam:quod ad me attinet:quicquid conſilii ſuper ea re cœperis:id tibi deum fortunare cupio:& opto.Vale.

.M.Anto.Hieronymo Squarciaſico Alexandrino.

g Audebam ego te:uelut poſtliminio: in patriam reuerſum ocio:& ſtudiis domi florere : quæ omnia eo tibi iucundiora eſſe ſciebam:quo diutius deſiderata: poſtq; uarios fortunæ caſus recepta:nunc proh dolor tamquam a fortuna ampliatus recenti Gallorum incurſu:patria hoſtiliter capta:domo direpta:& incenſa: magnaq; pecunia ab amicis redemptus : extorris diceris Circumpadanam Galliam peragrare:ſed tu huc:ſi me audis:propera Venetá fœlicitatem : uel ex ipſo urbis acceſſu nõ aliter quam Meſſalæ Soboles:dictatoriam ſortiturus.Vale.

.M.Anto.Bartholomeo Maroſtico.

b Is idẽ dixit ſapiens Aeſchilus:bis & Cicero:ut ais: ſed uerius Cornificius:q uni rei duo affinxit nomina:ut tua fert opinio. Sed miror in re tá perſpicua iſtam tuæ mineruæ aciem caligare.Diſtat conſtitutio:quis non uidet:a iudicatione: quod mater a filia:quod præcedens a conſequenti:hera a pediſequa: efficiẽs ab effectu: quæ:ſi non paria ſunt:haud tamen diſſimilia:intenſio: & depulſio :quarum hæc rei eſt: illa accuſatoris ſtatum faciunt:huic ratio ſubiiciatur:illi firmamentum: hæc accuſatoris ſunt:& rei:utrum horum alteri præponderet:iudex conſideret:neceſſe eſt : ut ſecundum æquiora iudicet:quæ cognitio iudicatio dicta eſt:eſtq; iudicis hæc:ut priora illa accuſatoris:& rei.Sunt itaq; conſtitutio:& Iudicatio:ut nomine ita natura : & re:diuerſæ: quæris ad hæc:quid ſit aliud agere apud Anneum Senecam:ſic ille ad Lucilium:tota inquit aliud;agentibus:ii mihi: ut breuiter dicam:uidentur aliud agere : qui non agunt: quod agi oporteat.Credidit Stoicus homo nullum eſſe: qui tota uita non ab eo : quod uere rectum:& honeſtum ſit:non aliquo modo aberret .Stoici ita rectum accipiunt: ut nihil ſit rectius:id honeſtum : quo nihil honeſtius : id niſi ſapiens aſſequitur nemo. Sic ſit:quia nemo ſit ſapiens:ut ſemper fiat aliud ab homine ; quáſieri oportet . De Clodii ſororibus:quicquid a me ſcribi potuit ; uir noſtra tempeſtate impenſe doctus : ſuis in Tranquillum commentariis docuit:ut mihi dicitur ; nam ſi dicam me legiſſe mentiar: ne igitur acta agerem ſatis habui digitum ad fontem intendere:ſi fatidicus ille fontis hauſtus:non ſitim iſtam reſtinxerit:nec Cephiſus quidem poterit.Vale.

.M.Anto.Squarciaſico ſuo.

qVæris a me:quando primum Romæ argenteus nummus eſſe cœperit:quando aureus.Ego:quia nunquam magis negocioſus ſum:quam quum ocioſus:utrũq; breuiter expediam uno dumtaxat auctore:& ſi grauiſſimo:contentus.Anno urbis quingenteſimo:ut Plinius ait:quinto & octogeſimo quinquennio ante quam cum Carthaginenſibus circa Siciliam : & de Sicilia:coeptum ſit armis diſceptari: primus argenteus nummus Romæ percuſſus eſt.Secundo poſt & ſexageſimo anno: ut idem auctor prodidit:ex auro nummus primum percuſſus eſt:quæ ratio temporum non repugnat illorum opinioni: qui Pœnis in Italia Hannibalis ductu bellantibus negant:apud Romanos fuiſſe ſignati auri uſum. Interfuerunt anni circiter ſexagita & amplius: a primordio argentei nummi ad aurei uſum ; ut ex Plinii auctoritate eſt proxime demoſtratum:qui annorum numerus continet primum & ſecundum bellum punicum: cum ipſa temporis intercapedine ; qua annos uiginti ; & amplius ; bello utrinque

eſt temperatum:quo fateri neceſſe eſt:aut nullum ſecundo bello punico fuiſſe uſum
ſignati auri:aut in extrema eius tempora incidiſſe. Lege Polybium:& tibi temporum ra
tio melius conſtabit. Quod de Seneca ſcribis:dicam quod ſentio:nec illorum: quos ſe-
queris:obſtabit auctoritas:qui non ratione aliqua:ſed ſua opiniõe nixi Senecæ : qui ſtoi
cæ fuit aſſectator diſciplinæ: Tragedias aſcribunt:quũ ipſa uerborum figura : cæteriſq;
dicendi uirtutibus:tantum uterq; auctor ab altero diſtet:quantum lux a tenebris:cœlũ
a Plutonis regia. Stoicus ille doctus:me hercule:ſed obſcurus:breuis:horridus : ac dege-
neranti ſimilis:ut primus latinorum romanam eloquentiá inclinaſſe uideri poſſit. Con
tra quiſquis fuit ille tragediarum ſcriptor:comptus:nitidus:elegans:ut culta uerborum
figura:ſtructuraq; perpolita:non iudicia ſui temporis:non theatra reformidans. Aſtipu
latur mihi non parum urbaniſſimi Martialis carmen:ſed multo magis Sidonii. Non in
quit:Corduba præpotens alumnis Facundum ciet:hic putes legendum : quorum unus
colit hiſpidum Platona:Incaſſumq; ſuum monet Neronem:Orcheſtrã quatit alter Eu-
ripidis:Pugnam tertius ille Gallicanam dixit Cæſaris. Vides quã diſerte Gallicanus ho-
mo utrunq; Senecam:poetam dico a ſtoico ſeparet:ut qui de his dubitare non deſinat:
dignus ſit:qui cum Empedocle ſemper dubitet. Vale.

.M.Anto.Fortunio.

s Aepius ad te ſcripſi:ut ex iſtis tenebris quandoq; egreſſus uelles hic eſſe uictu-
rus:in hac forenſi luce:urbanaq; frequẽtia : qua ueri homines fiunt: opibuſq;
& diuitiis aucti:gratia & celebritate florent: adſunt tibi : ut dicere ſoleo : om-
nia abunde: quæ hominem inuitare poſſunt ad uitæ huius inſtitutum : ætas : eru-
ditio: ingenium : uis : & copia dicendi non uulgaris : & quod omnium maxime no-
ſtrum poterit conſilium iuuare:dexteritas quædam pudoris plena:& ad hominum gra-
tiam promerendam:comparata. Nec eſt quod de fortuna dubites: quam perpetuam ti-
bi comitem deſtinaſſe uideri poſſunt:qui te Fortunium dixere . Sed quod iſtic ſperare
poſſim;nihil eſt inquis. Rudis homo:& omnibus ignotus:quod ſi omnia adſint: iſta ta-
men patronorum frequentia:celebritaſq; multorum :non ſolum obſtabit : ſed obruet
me perpetuis tenebris. At quicunq; hodie hic clariſſimi ſunt:fuerunt olim ignobiles:&
quod tu nunc ueniens eris:qui:ſi ad alienum ſplendorem caligantes foro abſtinuiſſent:
nunq̃ eo loci puenire potuiſſent:quo te uẽturũ diffidis. Sed tu quid mihi offundis iſtas
ambages:quũ iſtud ipſum tẽpus:quo deliberas:iacturæ cumulo accedat:quin age :& qđ
futurus es:mature eſſe incipias:pricipio opus ẽ: & dimidiũ rei tibi cõfectũ puta. Quod
ſi te pudor & metus impediũt:licet Sabellico: Cui chariſſimus es:uel auctore:huc ꝑpe-
res:uel impulſore:ſemp amici cõſiliũ bonũ:ſed honeſta ſuadentis:op timũ. Vale.

.M.Ant. Pontanis fratribus.

q Vam magni gratiq; ſit animi Sabellici muſa:uel ex hoc cognoſcite optimi ado
leſcentes. Fatetur hæc ſe multum uobis debere:& ecce ambitioſe quærit: quo
modo adhuc uobis plus debeat. Vindicaſtis nuper partem unam Rapſodiæ ab
omni ſorde & litura:nunc:ut hos duodenos epiſtolarum libros uindicetis:rogat : obſe-
crat:obteſtatur:in ueſtra fide:& obſequio eſt:an mox paulo hi libri:qui ſunt Enneadis
illius fratres:& ſi argumento & figura multo inferiores omni ſqualore:& liturarũ ſor-
dibus abſterſis:publicum optare incipiant:quod ſi aliquando per uos ſortiti fuerint : ut
tuto:& ſine hominum riſu:in apertũ referantur:ut uere ſic grate teſtabuntur: nunq̃ ma
numitti ſe potuiſſe:niſi in ueſtra prius officina fuiſſent exculti. Valete.

.M.Anto.Adalmario Maroſticano.

q Vod res noſtras impenſius laudas:eſt id mihi uehementer gratum:ſed cur non
ſit:ſi ad laudem naſcimur:ut Ariſto ille chius dixiſſe fertur . Eſt præterea laus
iſta meo iudicio non parua:quæ a iuuene laudatiſſimo proficiſcitur:ſed multo
maior mihi uideret:multoq; gratior eſſet animo:ſi iſtud parcius fieret:omnis immodi-
ca laudatio ſuſpecta eſt:& inuidioſa: neq; huic:ád quem pertinet : magis honori eſt quã
oneri. Cæterum:ſi quid in nobis ẽ:quod placeat:ut tu mihi perhumane & amice:ſic ego

pie & libenter deo refero acceptum.Is uigiliarum mearum auctor:is dux:& moderator:
mihi labor:illi gloria.Vale.

.M.Anto.Aemiliano Schoemo Placentino:

Vid de Rhetoricis ad Herénium libris mihi litem intendis:Aemiliane cultiſſi-
q me:quid toties a me quæris:quod meridiana eſt luce clarius:tanquam in dubi-
um ea res uenire poſſit : ſed uenit:ut uideo : atq; multi tecum libentius ueteri
opinioni fauent:quam ueritati male defenſæ .Ego:& ſi ſatis intelligo:quantum inuidiæ
ſuſtineam apud eos:qui eſſe & uideri uolunt Ciceronis amiciſſimi: quod libros hos tan
quam ſubditițios eius familiæ eximere contendo.Quia tamen ex omnibus:quæ dicun-
tur:digniſſima eſt cognitu ueritas:atq; auditu ſuauiſſima:quid te:quid omnes ueri cupi
dos de ea re ſentire oportear:multo breuius expediam : quam res tanta poſſe uideatur.
Primum illud:& ſcio:& fateor eſſe opinionem antiquitus receptam:& uelut per manus
traditam a maioribus.M.Tulii eſſe hos libros: qui ad Herenniū de Rhetorica arte ſcri-
buntur:& quod magis mirari poſſis.Diuus Hieronymus omnigene alioqui hiſtoriæ ſci
entiſſimus id credidit.Fuit eius uiri auctoritas ſemper magna:& grauis apud bonos:eſt-
q; hodie:ut ſi quando maxima:Eſtq; idem mihi plus quam amicus : ſed ueritas multo
amicior . Neq; enim is:qui quattuor fere ætatibus fuit poſt.M.Tulliū:potuit illius ſcri
pta melius agnoſcere.Quam:aut Fabius quintilianus:qui eum in humanis adhuc agen-
tem:propemodum uidere potuit :ſi ad extremum ætatis ille perueniſſet : aut quam Plu
tarchus:qui Fabio fuit non multo recentior.Nititur ille : quod ad rem pertinet:nullius
auctoritate libentius quam.M.Tulii; ut pote:qui ex uno tanquam ex typo aliquo elo-
quentiæ pendeat.Verum in his libris : quos de oratoria inſtitutione ſcripſit:nunq̄:quod
ſciam:huius operis meminit: quum Rhetoricos libros:quos Cicero a principio ſcripſit:
citet quam ſæpiſſime:teſtatus tris ad quitum fratrem libros:Rhetoricis illis ab eo ſuſti
tutos:quoniam credo non totam continerent artem : citantur orationes per partes: ut
ſit:citantur quæ ad Brutum : quæ ad Quintum fratrem ſcribuntur : Librorum ad He-
rennium nulla ſit interim mētio:ac ſiqua ſunt exempla:quæ inde accepta uideri poſſūt:
nunc ille ad cornificium uidetur referre:nunc ad uirginium: uterq; enim:quod ſatis cō-
ſtat de Rhetorica arte ſcripſit. Plutarchus:qui.M.Tulii uitam accuratiſſime miſit in lit
teras:in longa nomenclatura operū:quæ ex diuino illo ingenio manarunt libros:ad He-
rennium eximit numero.Teſtantur id omnes græci codices:quos uidimus: & ſi Leonar-
dus Arretinus uir græce & latine impenſe doctus:quum Plutarchi uitam faceret latinā:
ueterem credo ſecutus opinionem : hos ad Herennium libros alienæ familiæ inſeruit.
Quid : quod Plutarchus:quum ſuos Ciceroni magiſtros redderet:in Rhetorica arte ſup
primit:neſcio cuius Hermeſtis nomen ;cui ille:qui ad Herennium ſcribit:ſe quandoq;
operam dediſſe ait.Nec multum me mouet:quod.M.Tullius pro cælio familiarem ſuū
dixerit Herennium:quum idem in quadam ad Atticum epiſtola:flagitioſum & temera-
rium uocet.Neq; illud maioris eſt momenti;quod in legitima conſtitutione ponitur:ex
emplum ex Ciceronis perſona.Tullius inquit heres meus Terentiæ uxori meæ.Cætera
nota ſunt.Enim uero ſi illud tale ualeat:ualebit & hoc quoq;.quintus Cæpio:qui per id
tempus ualebit:& illud.Agit cum eo Actius iniuriarum: ualebunt & multa alia:quæ in
eo opere ponuntur:partim ficta : partim ex aliquo memorabili hiſtoriarū loco ſumpta:
Sed audi quantum illi a uero diſtent:qui rem ad.M.Tullium trahere conantur.Primum
ex his quæro putent ne hunc ipſum:cui id opus uendicant:uirum in eo genere litteraɋ
longe principem:an ſtultum & dementem fuiſſe :& ut græci aiunt aſiſtaton?quod ſi nō
niſi ſummum credant?quod ſi is habendus eſt;qui certe fuit:dicāt quid ſit: quod ad qn-
tum fratrem ſcribens:Cicero probat Amphibologias:ad Herennium non ſolum non ꝓ
bat.Sed uituperat etiam uehementer.Quid:quod inibi ſcriptum:& ſententias:& contra
rias leges:unum ait eſſe genus:quanquam cauſa duplicetur hic:ut diuerſa inter ſe diuide
re curæ fuit.Quid:quod illic omne:quod inſcripti interpretatione uerſatur: ad qualita
tis quæſtionem pertinere dicitur:hic ſub legitima quæſtione ponitur: tanquam finitio-

ni agnatum.Illic oris deprauatio reiicitur:ut oratore indigna : hic præcipitur . Et illud
quoq; dicant ſi poſſunt cur ſuaſorium genus:quum ad quintum ſcribitur:ad dignum:&
honeſtum refertur:ad Herennium:ad honeſtum:& utile.Inuentio ad eundem quintum:
Diſpoſitio:Elocutio:Memoria:& Pronunciatio membra dicuntur eloquentiæ:in libris
ad Herennium oratoris partes:quod & Fabius non probat.Ibi docilem fieri auditorem
magis in diſcurſu orõnis oñdit:q̃ breui explicatiõe ꝑemii:hic aliter.qs igit:hæc & alia
multa iter ſe re & noie diſcrepãtia pẽſitat:& ad unũ refert:q nõ affirmare audeat : hunc
ſtultũ:& demẽtẽ fuiſſe:q nõ hoc aut illo ope ſit teſtatus:cur pri⁹ aliter ſcripſerit:aut cur
ſniam mutare noluerit:q̃ Ciceroni calũniam aſtruere:tã ĩpiũ ſit:quã ſi ipſa uioletur elo
quentia.Quid ipſa dicendi forma:quam utraq; ab altera diuerſa : quam neutra alteri ſi-
milis.Plenus Cicero:multum carnis:multum ſanguinis præ ſe ferens :atq; immodico ſi-
milis. Contra ille:quiſquis eſt:tenuis:& uerborum parcus : atq; propemodum exultans:
Quid quod & uoce una non abſtinet:quam Ciceronis ætas non recepit.S. Gelius uerus
eſt auctor.At dicat aliquis:cuius eſt ergo id opus ſi.M.Tulii eſſe negabitur . Ego & ſi nõ
ignoro quemadmodum ſum alio loco teſtatus:poſſe quædam huius operis uideri:ad uir
ginium pertinere:coniectura tamen uſus nec inepta ut arbitror nulli libentius id uendi
co:quam Cornificio:& quod in relatione eorum:qui de arte Rhetorica apud nos ſcripſe
re:continuo Cornificium.M.Tulio ſubiicit Fabius:tum quia in nono inſtitutionũ quũ
exemplum illud ex quarto ad Herennium libro ſumptum poneretur.Amari iucundum
eſt:ſi curetur nequid inſit amari:continuo hæc adiiciuntur:Cornificius hanc Traductio
nem uocat. Quod ſi.M.Tulii fuiſſet id opus : haud dubie unius Tulii multo libentius:
quam cornificii alteriuſue:ut in cæteris auctoritatem ſecutus eſſet.Nec dici poteſt:Ci
ceronem a Cornificio accepiſſe:atq; iccirco ad illum tanquam ad inuẽtorẽ referri opor
tuiſſe:quum quiſquis fuit is:qui ad Herennium ſcribit: clare teſtetur ſe ſuis non alienis
uti exemplis:Et cicero:ut dicendi facultate:ita natu maior fuit Cornificio : aut certe æ-
qualis.Adiicio appendicem illam:quod in libris:qui de oratore inſcribuntur:quum om
nia dicendi lumina nominatim:Cicero expediat fratri:cui ſcribit:nihil quod ſciam tra
ductionis meminit:quæ in quarto ad Herenniũ ponitur.Habes credo Aemilyane:quod
de libris ad Herennium dici poteſt:in utranq; partem.Sed hæc :quæ contra ueterem o-
pinionem dicuntur: ut uidere eſt:aut uera ſunt: aut certe tam ſimilia uero: quam quod
ſimillimum.Tu quãdo quid te ſequi oporteat:plane uides :caue illos imiteris:qui malũt
ſuum errorem fouere:quam ueritati fauere.Sunt hi extremi hominum: ut ſapiẽs ait He
ſiodus.Vale.

.M.Anto.M.Anto.Mauroceno Equiti.S.

Ommendauit:mihi per litteras ſuos Cæſares Pomponius Lætus iis paucis die-
c bus:quibus uita deceſſit:tantumq; mihi tribuit commendatione illa : ut ex ip-
ſius erga me animi affectu potius ea ſcripſiſſe libeat ſuſpicari : quam quod me
tam ſtultum putaret:qui id genus laudis ab eo expectarem.In meis inquit Cæſaribus u
tere iudicio tuo:tuaq; lima caſtigatiſſima:qua nihil accuratius noſtra nouit ætas:non re
pugno:ſed acquieſco ingenio exercitatiſſimo:exactiſſimoq;:corrige igitur:emenda:ſube
aſq; officium nõ lectoris ſed auctoris:putaq; libellum a te amiciſſimo publicari:qui dili
gentia ueteres prouocas.Vides Maurocene quantum uir ille ſummus :mihi tribuit:qui
tam humane:ne humiliter dicam: res ſuas noſtro ſubiicit iudicio . Legi ego cupidiſſime
hiſtoriam hominis noſtra ætate in recognoſcenda uetuſtate diligentiſſimi : in qua præ-
terquam quod integra fide omnia ſcribuntur:delectauit me:ſupra quam dici poſſit: ca-
ſtiſſima oratio:ut non Pomponium me legere arbitrarer:ſed ex ueteribus unum aliquẽ.
Intuliſſem itaq; libens rem noſtræ fidei creditam ſtatim librariæ officinæ:ut per me pu
blicum ſortiretur:non tam auctori:qui ab eiuſmodi publicatiõe non abhorrebat:ut ei⁹
ad me epiſtolæ demonſtrant:q̃ noſtratibus uiris gratificaturus:ſed offenſiunculæ quæ-
dam:ut ad illum ſcripſi:nec adeo multæ:noſtrum ab ea re conſiliũ retardarũt. Hæ quia
non ſine temeritatis ſuſpitione mutari poterant : ueritus priuum iudicium ſecutus

ea demum tollerem:quæ auctor maxime probaret:diu multumq; dubitaui : quæ eſſent
mei officii partes in commentariis his publicandis.Nam Pomponius haud multo poſt-
quam hanc ſuam ad me miſit lucubrationem fato deceſſit.Sed tutiorem uiam ingreſſ?
librum Archetipum cum Pomponii chirographo ea conditione librariis obtuli:ut ni-
hil illi adderent:nihil adimerent : quod ut commodius fieret totum negocium detuli:
Democrito Taracinenſi:uiro in librariis officinis exercitatiſſimo. Miraberis ſcio in Pō-
ponio nouam ſcribendi rationem:qui neglecta recentiorum lege totus ex ueterum quo
rumdam grammaticorum auctoritate pendet.Sed multo magis mirari poſſis:nudam di
cendi figuram:qui moribus:& uitæ hominis fuit tam ſimilis:ut nihil ſibi ipſi ſimilius eſ
ſe poſſit.Ortus eſt Pomponius:ut eius uita tibi breuiter delinietur:in calabris:quibus ad
empto græcorum commertio nihil eſt tota Italia ſimplicius.Clarum i familia ſtemma:
ſed in quo tantus uir non ſit legitime natus:ipſe quod miror geneſim ſuá ſemper in oc-
culto habuit:aut certe ignorauit.Sed cur ignoraſſe credi poſſit ? quum a ſuis quandoq;
per litteras & nuncios ad id miſſos:multis precibus domum accerſitus :ut tantas neceſſi
tudines non ignoraret:in hanc reſcripſit ſententiam.Pomponius Lætus cognatis:& pro
pinquis ſuis ſalutem.Quod petitis fieri non poteſt.Valete . Fuit:& ſi nobili loco natus:
parum tamen liberali facie:breui ſtatura:colore ſubaquilo:capillo leniter inflexo :minu
tis oculis:ac ſub fronte penitus repoſtis: ſed qui in riſu gratiam omnino aliquam mere
rentur:canitie multa reſperſus:& qua iam grandis natu:uelut intempeſtiua:ut mihi di-
cit:offendebatur.Mundus in uictu magis quam lautus:quippe qui uno fere cibo utere-
tur : quum ſolus cœnaret: uini paulo appetentior . Iuuenis ſumptuoſe & frequen-
ter conuiuatus eſt:parcius iam ſenex factus:modica ſupellectile contentus:& in qua ni-
hil præter munditiem probares:ueſtiebatur fere gallico páno:ueſte paululum a pedib⁹
retracta:pileatus hyeme:& coturnatus procedebat in publicum: domum habuit in Ex-
quiliis permodicam: & uineam in quirinali:in qua ſucciſiuis operabatur horis Portii Ca
tonis:Columellæ:& Varronis:quorum ſtodioſiſſimus fuit:præcepta uel in paruis ſecu
tus:pari ſtudio domi hortulum colere:alereq; ſimul amphibias aues :atq; omnifariá cor
tenſes: feriatus piſcari:quandoque : aut uiſco & rhetibus aucupari:commeſſariq; inte-
rim ac potare auidius:ſub umbra fluuiali ripæ:aut fontibus accubás. Vbi puer:& a quo
fuerit inſtitutus incompertum habeo:Romæ:quod ſatis conſtat:Petro Montopolitano
aliquandiu dedit operá :poetæ:& oratori ſua ætate clariſſimo:mox ſub laurentio Vallé
ſe tantum profecit:ut eo defuncto continuo in magna nois celebritate eē cœperit : ut
qui ex omnibus illius aſſectatoribus unus omnium prædicatione dignus haberetur:
qui in defuncti locum ſuccederet.Incidit inde in maximum diſcrimen :quod cum Cali-
macho:Platina:& aliis quibuſdam:non uulgari eruditione uiris:in Paulum Pontificem
Maximum coniuraſſe putabatur.Eſtq; iam peregre profectus ea de cauſa:ſub cuſtodia:
Romam deportatus:ſed in quæſtione datum eſt illi noxæ:quod ſibi & permultis adole-
ſcentibus:qui noſtratium litterarum ſtudia aſſectarentur:nomen immutaſſet.Cæterum
in tanto diſcrimine:nihil æque illi profuit ac liberum igenium:homo enim ſimplex ac
nihil mali cogitans appellatus de Pomponii nomine a Vianeſio Antiſtite:qui quæſtio-
ni præſidebat : quid inquit tibi & paulo pontifici:ſi mihi fœniculi nomen indidiſſem?
cuſtodia inde eductus in Romano Gymnaſio magno omnium fauore collocatur:princi-
cipemq; locum ab initio adeptus:duo ferme de triginta annos(neſcias maiore gratia an
auctoritate)tutatus eſt:nulli maledixit:aut detraxit unquam :ac ne pati quidem apud ſe
alienam dignitatem lacerari.Silentium in eo ſignum non probantis:quæ temere alii mi
rarentur:aut carperent:ſuſq; deq; ferre:quod aliquis de ſe male opinaretur:qua modera-
tione uixit omnibus chariſſimus : fuit tamen(ex reſiduo credo odio ignominiæ calum-
nioſo illo reatu acceptæ)in clerum animo paulo infeſtiore:& in magnorum Antiſtitum
faſtu & luxuria inſectanda omnino dicacior:ſed mordacitas illa tá ſimplex:ut gr̃a:& fa-
uor ex ea re non odium illi quæreretur.Plærıq; antiſtites ac ſupremi ordinis longe prin
cipes familiariter hominem appellare:iuuare etiam pecunia:aliiſq; muneribus:Ciuili ſe

ditione:quæ in Xiſti Pontificis tempora incidit:eius domo temere direpta:tam multa
ſunt hinc inde:illi congeſta ab amicis:& aſſectatoribus : ut pene plura accepiſſe creda-
tur:quam amiſerit. Vixit tamen paruo contentus : fuitq; ab initio contemptor religio-
nis:ſed ingraueſcente ætate cœpit res ipſa:ut mihi dicitur:curæ eſſe. Veneratus eſt om-
nium maxime Romanæ urbis genium:celebrauitq; natalem urbis:quot annis frequen
ti doctorum hominum conuentu:ubi adoleſcentes eloquentiæ ſtudioſi panegyricis:en
comiaſticiſq; actionibus dabant prima ingenii experimenta. Pari ſtudio ueterem ſpe-
ctandi conſuetudinem deſuetæ ciuitati reſtituit:primorum antiſtitum atriis pro thea-
tro uſus:in quibus Plauti Terentii:recentiorum etiam:quædam agerétur fabulæ: quas
ipſe honeſtos adoleſcentes:& docuit:& agentibus præfuit. Nullus unquam magis uetu
ſtatem miratus eſt:nullus in ea recognoſcenda plus operæ impendit: faſtidire ſua ſæcu
la:ac pro deſpicatis habere:quæcunq; noſtra tuliſſet ætas : conſiſtere amenti ſimilis ad
omnem uetuſti operis occurſum:interdum etiam:ubertim flere:meliorum:ut dicere ſo
lebat:temporum admonitu:capiebaturq; adeo Romanæ urbis aſpectu : ut ſemel ſit in
uita extra Italiam peregrinatus uiſurus:ut ipſe ad me ſcripſit: quæ circa Tanaim Stra-
bo pro incompertis reliquiſſet. Romanam iuuentutem paterno dilexit affectu : in qua
ſiquid offendiſſet a ueteri indole degeneratum ; ueſtri aiebat maiores non tales fuere:
Vixit cum eruditiſſimo quoq; mutua charitate. Quærenti mihi quem ex recentiori-
bus doctiſſimum iudicaret:Theodorum Gazam reſpondit:multum etiam tribuere ſo-
lebat:& Nicolao Perotto Sypontino Antiſtiti. Platinam: & Marſum ſeniorem unice di
lexit. Petrum Ceſenſem:& ipſum cognomento Marſum:Volſcum. Sulpitium:& alia re
centiora Romanæ academiæ lumina patria charitate fouit:tantumq; abfuit:ut horum
creſcenti laudi ſit officere conatus:ut illorum etiam ſtudia homo minime ambitioſus
præferret ſuis:per quæ conſecutus eſt:ut eum cuncti patris appellatione dignarentur:
paterenturq; ſine cõtrouerſia academiæ principem haberi. Profitebatur Antelucanis
horis:deſcendebatq; ex Exquiliis ad lumen laternæ:niſi pernox Luna eſſet . Nihil fere
legit unq̃:niſi ex ſuo chirographo. Pronunciabat canora uoce ; & iucunda : minimeq;
concitata:ob linguæ titubantiam ſermo magis caſtus:quam comptus . Cum Varrone
diu luctatus eſt:ut in integrum reſtitueret. In criſpo:& Liuio repoſuit quædam: & ſi ne
mo religioſius:timidiuſq; tractauit ueterum ſcripta. In Poetas: & hiſtoricos:ſemper ali-
quid dictauit. Ipſe quantus in lectione fuerit eius diſcipuli facile demonſtrant. Scripſit
de arte grammatica primo ſuo tyrocinio:ex ueteri grammaticorum forma : ſcripſit de
magiſtratibus urbis librum unum:de legibus unum ad. M. Pantagathum : cætera ſtu-
diorum eius monumenta:ſi qua fuere in direptione domus intercidiſſe creduntur. Scri
pſit poſtremo de Cæſaribus a Iunioris Gordiani interitu exorſus: deſcenditq; in Iuſtini
exilium:eſtq; mira breuitate uſus:ſed in qua ipſius ſtudium in recognoſcenda uetuſta-
te facile agnoſcas. Sobria in eo figura dicendi: minimeq; ambitioſa : fides & diligentia
non uulgaris:quæ lectio eo magis:& prodeſſe:& delectare poterit:quo minus hæc:quæ
ab eo ſcribuntur:ſunt a multis prodita. Sed tu Maurocene : qui ingenio : & eruditione
longe præſtas : multo melius penſitabis : quid Pomponius ſit ſupremo hoc humano-
rum operum labore meritus. Qui:quum in his ſtudiis(Græca.n.uix attigit)atq; in cæ-
tera uita talis eſſet:iam propemodum ſeptuagenarius fatali eſt morte conſumptus. Fre
quens ciuitas defunctum extulit:celebraruntq; eius funus ad coelii aram antiſtites cir-
citer. XL. liberatum ciuitatum:& principum oratores:plæriq; numero: & cum his om-
nis Romanarum litterarum claritas: eſtq; more maiorum pro concione laudatus . Et
hæc de Pomponio ad te:ut homo tibi minus conſuetudine notus : qualis in omni uita
fuerit:non ignorares . Nec quum hæc ſcripſi:omnia complecti potui : quum librarii
hanc epiſtolam efflagitarent:& ſi in quibuſdam eorum: quæ executus ſum: fidem me-
am non aſtringo: & enim diu abſens : plæraq; didici ex iis: qui poſt meum ex urbe di-
greſſum uixerunt:cum eo uiro coniunctiſſime. Sed multo plura erunt:quæ a me quam
diu iuuenis illi operam dedi:diligenter obſeruata ſunt:ac nunc demum exacta ætate ex

theſauro memoriæ repetita tibi uir clariſſime huic epiſtolæ inſerui. Vale:& Sabellicum tuum ama:

MARCI ANTONII SABELLICI. EPISTOLARVM FAMILIARIVM. LIBER DVODECIMVS.

M:Anto.Cipico Coriolano.

e T ſi quū de amantiſſimæ coniugis tuæ fœminæ:ut audio omnium : quæ hominum memoria fuerunt pientiſſimæ interitu:deq; dom⁹ conflagratione huc primum allatum eſt : eram ego tunc de ſuauiſſimi alumni uita uehementer ſollicitus:qui longo conflictatus morbo:exigua iam ſpe: trahebat animam:nō potui tamen Cipice uir humaniſſime:in domeſtica illa conſternatione:mihi temperare:quin dolorem: quem ex acerbiſſimo tuorum caſu perceperā : quia uerbis coram fieri non potuit: per litteras tibi ſignificarem.Eratq; id officium leuamen omnino aliqđ tibi allaturum . Sed uix bene in mentē uenerat:qua potiſſimum ratione tuo luctui inſinuarer:quum domeſtic⁹ ille dolor:qui iam antea impenderat:repente in apertum erupit uulnus : amantiſſimiq; fratris filius adoleſcens magni profectus:quem pater mihi inſtituendum:ac propemodum in adoptionem dederat: iam enim totum corpus longa ui morbi contabuerat:in domeſticorum complexibus expirauit. Tum ego ad eam cladem:& ſi præuiſam:at uero nō tam cito expectatam animo deiectus:non modo parum idoneus ad ſcribendum ſum factus:ſed conſolatione:qua tecum uſurus eram:ac neſcio :an etiam maiore quadam:ut mihi in tanto luctu: & mœrore conſtarem:indigere ſum mihi uiſus:ſed ut natura ſumus in alieno malo ingenioſi:magis quam in noſtro cōſtātes:nec lachrymis quidem adhuc bene abſterſis:hæc ad te ſcribere perſeueraui:malos:ut uere dicam:medicos imitatus:qui quum alios egrotos curēt ſibi ipſis mederi non poſſunt:quamquam non eo inficias accidiſſe: mihi hæc ſcribenti: quod uix fieri poſſe putaſſem:ut tantiſper dum tuo medeor dolori:uel quia in hoc ipſū quod agebatur maiorem in modum animum intēdiſſem: uel quod præcepta:quæ a me tibi adhibebantur:ea erant:quæ ſui officii mentem admonerent : multo quidem leuior factus eſt dolor ille:quem ægerrime nuper ferebam. Tu uero quantum ea re profectur⁹ ſis:incertum habeo:ſatis tamen ſcio eam eſſe ſapientiam tuam:conſtantiam:grauitatem eam rerum omnium experientiam:ut nullus ſit tam acerbus caſus:nulla tam grauis iactura:quam tu per te:uel animi magnitudie:uel incredibili moderatione:nō fortiter ferre poſſis.Id uero quum ita ſit :haud propterea noſtrum officium ſuperuacuum duxi:nā præter quam:quod ueriſſimum puto Homericum illud ἀγαθὴ παραίφασις ἐστιν ἑταίρου,neſcio quo nam modo ingenia ad laudem nata alienis monitionibus facile acquieſcunt:facileq; patiuntur ea ſibi præcipi:quæ ad ſuum intelligant officium pertinere.Sed utcunq; te conſolatio hæc noſtra afficiet : ſatis mihi conſecutus uidebor ex his: quæ ad te ſcribimus:ſi officioſi nomen uiri ex eo feram:quod homini amiciſſimo in ſūmo luctu non defuerim.Nunc uideamus quæſo:quo hæc:quæ in tuis rebus facta dicūtur: ſint tibi animo ferenda. Verum quia non una es uno tempore clade affectus:ſed ut ex Palladii nigri uiri clariſſimi litteris : quas de ea re non multo poſt ad tuos municipes dedit:abunde cognouimus:nobiliſſimus ille tuus receſſus: domus dico illa mari impoſita:de cuius perſpicuo apparatu:amœnitateq; incredibili multa ad nos:iam antea multorum teſtimonio:fuerant delata: una cum coniuge tua fœmina pientiſſima:eſt incendio

abſumpta:quæ ſiquis ex iis:qui uulgo accedunt:ex ſuo magis quam tuo ingenio expẽ-
dat:haud dubie audeat affirmare:eo te maiore dolore eſſe affectum: quo multiplex iac-
tura minus ſit:quam ſingularis aliqua tolerabilis.Ego:quum rem totam Cipice conſide
ro:facile colligo ex incendio illo nocturno duplicem in te profectam eſſe cladem:utrã-
que meo iudicio ab altera diuerſam:unam tibi uiro ſummo ingenio:ſummaq; doctrina
haud nimium grauẽ:ſapienti alterã fortiter ferendã:Et ut hæc qualia ſint melius conſta
re poſſit:& exemplis hinc tecum agam:& rationibus.Dúplex:ut uideo:Coriolane inopi-
natus ille caſus tibi uulnus intulit:unum abſumptæ .cum precioſa ſupellectile domus:
amantiſſimæ coniugis alterum:quam nocturna illa clades flammis obruit. Iactura hæc
animæ eſt:illa rerum:utra uero æquius ferẽda:qui te uno meli⁹ ſtatuere poſſit : eſt meo
iudicio nemo . Cæterum: quum ita perſuaſum habeam:arbitratus ſum :ab initio in alte
ro te:aut nulla:aut certe mediocri cõſolatione indigere.Superuacua eſt omnis medicinæ
ratio:quæ nihil quod curare poſſit:in eo reperiat:cui adhibeatur. Quod ad domus atti-
net:& rerum deflagrationem:non eſt: cur a me accuratiorem aliquam expectes admoni
tionem:quum nullum ex ea re dolorem:aut omnino leuem ad te peruenire potuiſſe:cer
to ſciam:niſi forte aliquis ita ſit ineptus: ne ſtultus dicam : qui affirmare audeat:te uirũ
conſtanti ingenio:& doctrina ſingulari : qui ſummorum uirorum exempla ab ineunte:
ut audio:ætate tibi imitanda propoſueris : qui philoſophiæ præcepta non libens modo:
& audire:& legere: ſis ſolitus:ſed æqua etiam lance expendere:altiuſq; rimari:nunc a pri
ſtino illo uitæ inſtituto:tam diuerſum abuſſe:ut Democritum & Biantem inſanos fuiſ
ſe putes:quorum hic:quum omnia ei fortuna ademiſſet :nihil ſe perdidiſſe teſtatus ſit:il
le ne conceſſa quidem:ut expeditior ad uirtutem accederet:retinere uoluerit.Omitto no
ſtrorum exempla Curii:Fabricii:& aliorum:qui neque habuerũt quicquam:neque habe
re uoluerunt . Perſuaſum fuit:illis nihil huic deeſſe poſſe : qui omnes uitæ rationes in
uirtute collocaſſet:nec diuitias:& hæc:quæ hodie miratur uulgus:ea eſſe:quæ meliorẽ
quemquam efficiant:eſſent enim uere bona:ſi id præſtare poſſent:nec quæ uiam ad uir
tutem commodius expediant:quorum:ſi alterum meſſet præſtãtiſſimos uiros illos: quo
rum modo mentio facta eſt: inuitare potuiſſent:ut ne hic Pyrri aurum : ille ſamnitium
repudiaret.Verum quia neutrum diuitiæ tribuunt:quia eiuſmodi ſunt : ut nõ modo nõ
ſedent:ſed augeant etiam prauas cupiditates: turpiterque uoluptatibus deſeruiant.Faci-
le ſapientiſſimus quiſque eo adduci potuit:ut ne ſua quidem hæc diceret :quæ fortunæ
nutu huc:& illuc:temere transferuntur.Nec me adeo mouet illorum opinio:qui Plato-
nem:Epicurum ; Zenonem :& alios plæroſq; uiros in philoſophiæ ſtudiis facile princi-
pes:longe aliter uixiſſe aiunt:quam ſcripſerint :uelut facile ſit præcipere : præſtare uero
difficile:nec multo plus Senecæ auctoritas:qui fortius mihi locutus uidetur:quam uixe
rit.Is:quum ambitioſe nimis quæſitis opibus incubaret. multum inter diuitem:ſapien-
tem:& ſtultum intereſſe arbitratus eſt:tamquam ad ſapientiam tuendam conducant di
uitiæ.Sed ſi Diogenis pera:atque Antiſtenis pallio contentus eſſe potuiſſet :inexpletam
Neronis rapacitatem ſuis opibus inhiantem : nunquam infra perſonam:quam gerebat
horruiſſet:neque de cõmeatu ab eo impetrando tam diu laboraſſet Seneca:quia ſit ma-
gni animi:ut idem auctor ait:dare(eſt enim id copiarum potius)iccirco diuitias ſapienti
tribuendas dixerim:quin uerius illud dici potuit : oportere ſapientem aliqua poſſidere:
ut per ea illum fortuna ad uirtutem exerceat:nota uox eſt ſtoici hominis : qui nihil eo
homine infœlicius iudicauit:cui nihil unquam aduerſi eueniſſet . Quo fit:ut ſi ſapienti
uiro concedendum ſit aliquid:hoc uno nomine concedi debeat:ut non deſit:quare for-
tuna cum illo poſſit colluctari:nec multo plus peripatheticis accedo:qui ad beate uiuẽ-
dum hæc quoque uelut neceſſaria ſapienti uiro tribuerunt.Horum in hac parte aucto-
ritas:haud plus me mouet : quam deliri illius apud Ariſtophanem ſenis:qui omnia uule
diuitiis ſeruire:notum eſt Comici carmen:quaſi uero recta uiuendi ratio ſine rerum af-
fluentia conſtare non poſſit ; quum contra innumeris cupiditatibus eas ſeruire ignoret

nemo:nec fere eas poſſidere quéquam:qui non idem fit:& ſemper ſollicitus : multoque
ad uirtutem infirmior.Sed non ad hæc ſcribenda ueni : ut a paupertate : & inopia con
tra diuitias diſputarem . Scio ego multa in utranque partem dici ſolere : uerum illud
potius probarem : nullam diuitiarum iacturam huic uiro oportere eſſe grauem : qui
in uirtute collocatas habeat omnes uitæ rationes . Gemiſtho ille (Bizantius: ni fal-
lor)qui chryſoloræ fuit magiſter : homo in Philoſophiæ ſtudiis ſua tempeſtate emi-
nens : quum forte publico inambulanti: uel: ut quidam aiunt:liberali luſu animum re
mittenti :trepide nunciatum eſſet domum : cum omnibus fortunis : ſubito incendio
abſumi:nihil cõmotus tantum reſpondiſſe dicitur: ὑποπύροσ καὶ ὑδ͂ατοσ τὰ πάντα
διαλυσκόται uocem me hercule ſummo philoſopho digná:& qui non ignoraret hæc:
quæ alii ſollicito complexu fouerent : bonorumque appellatione dignarentur : per-
petuæ corruptioni eſſe obnoxia : & quia fluxa eſſent : & caduca : ob id ipſum ne talia
quidem : ut ſua uir ſapiens poſſit dicere : non modo ſtabilia ſibi & manſura iudicare:
&:ut breuiter colligam:quæcunq; in hác ſententiá dici poſſunt.Hoc Cipice ſtatuas ue-
lim quoquomodo hæc hominibus eripiantur:ſiue caſu : ſiue quod magis credo pro-
uidentia:ſi is es:quem omnes prædicant:& ipſe mihi perſuadeo : ſi iſta demum auctori-
tate : ſplendore ; celebritate dignus :quæ tuis ampliſſimis uirtutibus tibi inter tuos
iam antea parta eſt : præſentem iacturam eſſe tibi forti:conſtantiq; animo: ferendam:
ac pene contemnendam:uel quia fortem uirum non deceat ullis fortunæ caſibus ſuc-
cumbere : uel quod chriſtianum hominem uocé patientiſſimi ſenis meminiſſe oporte-
at:qui dedit : abſtulit . Sed quum ex his : quæ breuiter propoſui (uideo enim cui hæc
ſcribam)tum ſingulari iſta prudentia: & doctrina: qua præſtas: non uereor : quin recte
intelligas:quæ ſint tui officii partes:in huiuſmodi rerum iactura perferenda : & enim
quum aliis turpe eſt:tum ſapienti uiro turpiſſimum:tempus:quod dolorem leniat:expe
ctare:ſi dolor ullus in ſapientem cadere poteſt .Nunc ſupereſt:ut alteri plagæ fomenta
adhibeamus:quæ:& ſi certo ſcio:non eam uim habitura:quam & Nepenthes illud:quod
apud Homerum Thelemacho propinat Helena:erat enim id non ſolum ἄχολον:ſed:ut
eminétiſſimus ait poeta κακὸν ἐπιλήθεσα πάντον omnino tamen aliquid profuturam
confido:eritque uulneris huius curandi ratio:ut uideo eo difficilior: quo plures uiden-
tur ineſſe dolendi cauſæ: ita nunquam natura comparatum eſt:ut quum ex iis aliquis:
quorum uita fuit nobis chariſſima:ſit morte ſublatus : neſcio quo nam modo:non mi
nus noſtra:quam defuncti cauſá doleamus:dolorem ipſum : aut adempti parit deſideri-
um:aut incommodum:quo ſuperſtites illius morte afficimur. Sed quod maius incom-
modum:& ob id fortaſſe minus tolerabile ex ademptæ coniugis interitu ad te Cipice
peruenire potuerit : haud ſane intelligo:præſertim quum te animo contemplor nume
roſa iſta liberorum cohorte ſeptum: quorum quiſque per ætatem optime patremfa-
milias poſſit agere : quum domum ancillis:ſeruis:clientibus frequentem: in quos non
auctoritatem ſolum:ſed inperium quoque Coriolane teneas. Verentur liberi :metuunt
ſerui:amant clientes:chariſſimum habent omnes :certatimque tibi uni adſunt: conten-
duntque præcipue iuuare:alere:fouere:ut non modo non miniſteria uitæ ulla ſint tibi
defutura:ſed ſuperfutura etiam.Quare non eſt:ut uideo:cur in tanto miniſtrorum co-
mitatu:neceſſitudinumque affluentia: quátam tibi nocturna illa clades fecit:reliquam
ſolitudinem metuere debeas:aut illum incommodum minus tolerabile: quamquam ſi
quid eſſet:quod omnino timeri oporteret pari conſtantia:& moderatione: qua reliqua
danda cenſerem:id tibi ferendum. Nec defunctæ deſiderium id eſſe debet : ut non ſinat
te eſſe memorem:haud potuiſſe eam:ſi nihil etiam accidiſſet: quia iam grauis eſſet an-
nis diutius eſſe tecum:eaque præterea lege natam:ut fatali neceſſitati curſu uitæ: iam
pene exacto: nõ multo poſt parere cogeretur ὅτι τὸ γινόμενον φθαρτόν ἐστι ut Colo-
honius ille Xenophanes ueriſſime é pdicare ſolitus: & noſter Flaccus: debemur morti
nos noſtraque:quapropter quo breuior erat mutuæ utriuſque conſuetudinis ſpes : bre-
uiorq; fructus expectandus : eo(quis non uidet)debuit minus tibi deſiderii reliquiſſe.
Sed longiſſimus dixerit aliquis uitæ uſus:ſimulq; inueteratus amor non patitur defun

ctæ memoriam tam facile obſoleſcere. Hic dicas uelim: quis fuit longiſſimi huius uſus
finis expectandus: aut quæ potius cauſa: utrumq; alteri conciliauit: matrimoniiq; iu-
gum ſubire coegit: procreationis credo cupiditas: eſt enim a natura omnibus animanti-
bus uoluntas quædã ingenita aliquid ſibi ſimile procreandi: at ſui eſt uoti uterq; com
pos factus. Peperit illa tibi liberos: quam diu per ætatem licuit: repleuitq; ſua fœcũdita
te domum: nec erat cur ex eo uſu quicquam: præter mutuum alloquium: familiaremq;
congreſſum expectari poſſet amplius. At id ipſum illa moriens a ſe tibi relinqui non
ignorauit: & ture quoquouerſum nunc flectis oculos: aliquid ſane uides: in quo aman-
tiſſimæ coniugis effigiem intuearis: in quo illius uoce: riſu: inceſſu perfruaris. Manet
itaq; tibi integer ille prioris uitæ fructus: manent dulciſſimi connubii certa: perpetuaq;
monimenta: quibus tu coniugis amantiſſimæ: illaque tui perpetuo debeat eſſe memor:
& quamquam mors ipſa corpora diremerit: animo tamen: in quo eſt uera hominis ra-
tio: uterque altero fruimini. Addo illud: quod certo ſcio te non ignorare in hunc maxi-
me uſum mortales ab initio ex cæra aliaue materia ſibi imagines effinxiſſe: ut quum
defuncti: aut abſentis in illis liniamenta intuerentur: eorum deſiderium inani alioquĩ
leuarent aſpectu. Quod ſi cæra: Gypſum: ſaxa: & alia id genus multis hoc preſtare po-
tuerunt: quanto magis tot liberorum ora tibi poſſunt: & debent: in quibus non ſolum
extinctæ coniugis imaginem: ſed uocem: ut dixi: ipſamque propemodum exoſculeris
animam. Sed hæc eo tendunt: ut nihil in iſta domeſtica clade accidiſſe arbitremur:
quod tua Cipice ſit cauſa acrius dolendum. Quamquam ſiqua doloris ineſſet cauſa: te
pro tua grauitate: & prudentia: mœrorem: & luctum ullum non decet admittere: aut
quoquomodo admiſſum diutius retinere. Supereſt dices: quod ne tu quidem Sabellice
neges: ut ademptæ coniugis nomine ſit mihi quam maxime dolendum: cui prætere-
quam: quod mors ſit omnibus acerba: formidoloſa: atrox: ſubitus ille: & inopinatus ca-
ſus: multo atrociorem fecerit. At uideamus quæſo an ita ſit: ut miſeri quicquam illi in
morte acciderit: aut poſt mortem accidere potuerit: quapropter te: & alios: quibus illius
uita fuit chariſſima: merito dolere oporteat. Primum tantum abeſt: Cipice: ut horum
quicquam accidiſſe credam: ut procul etiam ab omni miſeria: tunc eam fuiſſe conten-
derim: quum uel ipſum mortis limen inſiſteret. Miſer: ut opinor eſt: quem dolor cruci-
at: cui doloris metus: aut ſupplicii: maliue alicuius iminet. At illi non modo non metus
propinquæ mortis affuit ullus: ſed quum iam mors ipſa haud dubie inſtaret: ne animad-
uerſam quidem crediderim. Intempeſta nocte: ut audio: ignis ille conflatus eſt: tum di-
co: quum humana corpora arctiſſimo premuntur ſomno: quum illam alta quiete preſ
ſam iacuiſſe credibile eſt: omni cura: metu: ſollicitudine ſolutam. Fuit illi igitur mors
non magis terrori: quam paulo ante ipſa fuit quies: quum leniter irrepſerat: terribilis
autem fuiſſet: ſi aliquanto antea præuiſa eſſet: eiuſque metus torquere cœpiſſet ani-
mum: nõ enim mors cruciatus eſt: ſed mora: quæ trahit mortem: illa enim dum ſumus:
non adeſt: & quia non adſit: neq; dolori: neq; cruciatui eſſe poteſt: quum uero adeſt:
tum profecto eſſe deſiimus: metus eſt ergo qui miſerum facit: qui torquet: qui cruciat:
mortemque ipſam terribiliorem affingit. Is quia tum ab ea longe abfuit: neque
miſeram fecit: neque: ut arbitror: facere potuit: quamquam ſi clades illa etiam
præuiſa eſſet: affirmare tamen auſim ab omni metu: miſeriaque tum eam longe ab-
fuiſſe: nam ſi præuiſum fuit incendium: aut id illa effugere non potuit: aut certe no-
luit non potuiſſe: ſtultum eſt dicere: quum ſi alia deſuiſſent: uel in ſubiectos fluctus tu-
to deſilire potuiſſet: littorumq; proximitate ſeruari: ſi potuit: & noluit non metu ullo
tum eam conſternatam credere par eſt: ſed ſpem ſalutis illi certiſſimam affuiſſe: quæ
ne in extremis quidem caſibus hominem deſerit: ut Heſiodus ait: ſic Metellum illa
olim comitata eſt: ſic Liuiam: quæ Auguſtæ cognomen tulit: ſic noſtra tempeſtate ma-
tronam Romæ nobilem: quæ duos natos flammis circundatos periculo exemit: per me
dios ignes omnis diſcriminis oblitam: quin ſecuram etiam uelut inde in tutum abitu-
ram: conſtanti animo flammas ingreſſam. Quod ſi nullus ad eam peruenit mortis ter-
ror: quia medio ſit ſomno oppreſſa: & iccirco malum non præuidit: aut ſi præuiſum fu-

ſit:quia nihil expauit:manifeſte apparet:antequam caderet miſeram eſſe non potuiſſe: quia nullus ad eam periculi metus peruenerit:in morte autem ſenſum ullum eſſe ſtultum eſt dicere : quippe : quæ ubi admiſſa eſt homo : utiq; non ſit amplius. Supereſt igitur : ut quando nihil mali prius illi : quam extincta ſit:acciderit : neq; in ipſo caſu accidere potuerit: ut ſiquid ſit:cur eius uicem dolere debeas id ipſum poſt mortem acciderit:in quo:ſi uetuſtiſſimos philoſophos audire uolumus:bipartito eſt ea quæſtio tractanda:ut aut Leucippum ſtultitiæ magiſtrum : Democritum : & Epicurum:ſecuti nullum eſſe poſt mortem ſenſum arbitremur(quod tam impium ſit dicere: quam ſtultum credere)atq; ita:ut non boni quicquam ita ne mali quidem illi eueniſſe putandum eſt:quia nihil utiq; ſit amplius:quamquam hoc ipſum fortaſſe aliquis omnium miſerrimum dixerit:eum qui quandoq; fuerit eſſe deſiiſſe:quod uel ſolo admonitu ſit uehementer formidabile.Quamquam:ſi ſic eſſet:non magis illa nunc doleat:quia eſſe deſierit: quam priuſquam nata eſſet:doluerit : quod tam ſero naſceretur . Sed ſtulta horum opinio:nec magis ſtulta:ut dixi:quam impia. Verius igitur illi:qui tunc ſtabilem:manſuramq; uitã incohari arbitrati ſunt:quum illud hominis : quod perpetuum eſt : quod æternum:quod corrumpi non poteſt:ab hoc corruptibili ſeparatur: quaſi tum demum mens hæc uere uigeat:ſuiq; ſit compos:tunc æternitatem intelligat ſuam:quum uinculis eſt corporis ſoluta : quod icc irco a græcis τοσωμα appellatum interpretatur quia τῆς ψυχῆς ſit σῆμα. ideſt animæ ſepulchrum . His igitur ſiquis temere accedat: non modo non formidoloſam eſſe mortem dixerit : ſed ualde etiam exoptabilem: per quam ad æternitatem tranſmittimur.Sed Stoici præ cæteris audiendi:qui noſtris ſimillima quædam de anima uulgo tradunt:eſſe iis:qui pie : & innocenter uixerint:poſt mortem parata præmia.Impiis:& ſontibus ſupplicia.Sic apud Platonem leges demonſtrant habere ſe apud inferos ſorores.Sed hæc ueriora ueris eſſe præter diuina teſtimonia:multaq; rerum miracula:quæ argumento eſſe poſſunt:ipſe etiam humani generis prædicat conſenſus:quæ:quum ita ſint:quis non affirmare audeat:non modo non mali quicquam illi poſt mortem accidiſſe: ſed præclare etiam cum ea actum : quod fœmina inoffenſa pudicitia : ſingulari innocentia : religione præcipua : pietate ſumma : chriſtiano nomine inſignis : omnibus uirtutibus ſepta :morte uel non præuiſa: uel quod nihil homini contingere poſſit optabilius:nõ formidata: ad certa:manſuraq; uitæ præmia puenerit:oĩs metus:curæ:ægritudinis expers:nõ terrenis: ut antea caſibus: nõ periculis obnoxia:nõ mortis:nõ corruptionis amplius ſollicita:læta pterea:ac fœlix: quod re uirũ ſũma prudẽtia:ſingulari grauitate:celebritate multa: multiſq; ornamẽtis præditũ:liberis:opibus:auctoritate Delmatici nois : lõge principẽ:ſuperſtitẽ reliquerit: quod tũ demũ uita exire cõtigerit:quũ nihil in ea adhuc uidiſſet:quod fœminaꝝ optima uidere non debuerit.Et hæc Coriolane ſũt:quæ ĩ tuo domeſtico luctu & mœrore: uelut fomẽta quædã ad eũ dolorẽ leniẽdũ:quẽ ex inopinata iſta clade uideri poteras accepiſſe:a me tibi adhibẽda putaui.Quãquã nõ uideo:ut ab initio dixi: quis tã immoderatus dolor:in te uirum oĩ genere litterarũ florentẽ:cadere potuerit:quẽ ſine præcepto monituue cuiuſquã nõ facile:uel tua cõſtantia pferre potueris:uel ratione ſuperare.Supereſt igitur:ut hæc:quæ maiore oĩno fide:quã re:ad te ſcripſi officii gratia:magis quã: quod ita opus fuerit:a me tibi miſſa exiſtimes:nã & præclari medicæ artis pfeſſores:ſi quãdo grauius ægrotare cœperint:& ſi omnes adhuc medẽdi rationes ſibi cõſtent: facile tamẽ patiunt a minorib9 medicis curari:ſalutaria remedia adhiberi.Sed utrũq; re habet:tuæ erit hũanitatis:a cõſilio hoc noſtrũ officiũ non ab euentu metiri:hic enim fortunæ eſt:illud uero animi:quorũ utrunque magis ueræ expediat amicitiæ: ſiqui ignorant:neque ipſi ueri ſunt amici:neque tales:quibus amicus aliquis eſſe debeat. Vale.

.M.Anto.Sabellicus Antonio Lauretano Equiti Clariſſimo.Salutem.

q Vam Cõtumax ſit hoĩs natura: & in omne uetitũ procliuis nũc demũ intelligo Lauretane uir doctiſſime:pulſat grauior ætas ad hoſtiũ ; & ego tã ambitioſus ſũ:quã olim maxime:nec ex oĩbus rebus aliud magis optat aĩus:aliud cupidius regrit:q̃ quod illi a pricipio negauit natura:cuius ductu:& ĩperio:ſi hodie uiueret:nihil

optaret quiſq̃:niſi quod æquú eſſet:& parabile. Succlamat animis experiétia:rerū oíum
magiſtra docet:demõſtrat:noſtrorū téporū ingenia tantū: a ueteribus diſtare ab iis di-
co:quæ eruditiore ſæculo fuerũt:q̃tum ipſa diſtat terra a cœlo: aut:ut notiora dicá ex-
tremus occidés:a primo ortu ſolis:nec ꝓpterea deſinit ambitioſa poſteritas floré illū ho
minū nulli imitabilé inepte emulari:pumilionū moré imitata:q nõ altiore calciatu nõ
ſuggeſtu capitis cõtéti in digitos ſeſe erigũt:ut ꝓceriore ſtatura hoíes æquare uideátur.
Laborát alii fortaſſe hoc uitio:ſed q me uno ineptius id faciat:eſt nemo : qppe q tanq̃
ſolus oíum poſſim ſine riſu ueterū emulus uideri:quū iá antea paſſus ſū res meas temeꝛ
euagari:táq̃ ex hac tenuitate ingenii:quod q̃ rude ſit: & ſterile nūq̃ alioqui diſſimulare
ſū auſ⁹ : queat aliqd ꝓficiſci:quod dignū ſit legi:tū his paucis dieb⁹ duodeci epiſtolaꝝ
libri:ſed multo ueri⁹ ineptiaꝝ dixiſſé:& ſi me nõ probáte:nõ tamé ꝓhibéte domo euo
larūt mancipé quédá ſecuti librariæ officinæ : digni q:ut turpia & fœda mácipia: domi
cõtinereꝛ ne iter atriéſes qdé ſeruos hñdi.Et ut iprobi ſūt &;ipudétes iá:ut audio:ad hoc
ſeſe parát:ut mox paulo ex officia illa ꝓdeát i apiū:táq̃ libertate digni:ſed quo euétu ip
ſi uiderít. Aſt ego magis iprobus:q táq̃ res ipſa ſit fœliciter ceſſura:hoꝝ ſorores pari nu
mero:totidé dico oſoes:qa uelut iá maturæ uiro diu:noctuq; flebiliter lamétabátꝛ diu
tius domi cõtineréꝛ ſine cultu & táq̃ detractis ueſtib⁹:ut eádé officiná ſubirét idulgen
ter nimis ne ſtulte dicá tuli:haud dubie fratꝝ ueſtigia ſecutæ:ut cū illis publicū ſortiáꝛ
ſed uideo:uelut ea:q̃ oculis uidéꝛ:fore:ut & fratres & ſorores ꝓ ludibrio abeát i ora ho
minū eūdéq; ſortiáꝛ exitū oés:ut niobes & áphiõis filii:ſed cur ñ ſortiáꝛ:quū q̃dá eaꝝ ſa
piát nřoꝝ ſtudioꝝ tirociniū:ſed qcūq; illas manet exitus i eo uiſæ ſunt mihi ſape:q nõ
pri⁹pedé domo extulerūt q̃ tuo fuerit noíe iſcriptæ:uelut cauteriū p qd ubiq; tutæ eént
ſecūh ituræ:id ego eo paſſus ſū a me facili⁹ipetrari:quo maior é Lauretani auctoritas i
oí ſtudioꝝ genere:ac quo maior eo certe habilior:ad illas ab omni contumelia & ob-
trectatione uidicandas:quod ut facias:uir præſtantiſſime:ut per te ſint ſaltem inter tu-
os incolumes:niſi ꝓ re inepta inpte omnia petuntur:te oro:plurimū & obteſtor . Vale.

.M.Anto.Benedicto Cornario.S.

Ihil hominum memoria utilius fieri contigit:Benedicte uir ornatiſſime:quam
n quod uetus iactura:quam latina lingua tam bellorum:quam temporum iniu-
ria:multis retro ætatibus fecerat:paucorum hominum induſtria nobis reſarci
reꝛ. Exhauſtæ prorſus cõſumptæque erát bibliothecæ:Romanus ſermo barbaricæ ſœ
ditatis uitio preſſus: facie:ſitu: & ſqualore obducta:ſordida:& neglecta in obſcuro eſſe:
nec ſiqua interim ingenia emergere:q̃ ré tátá auderét ſeruitio eximere:ob ipſam libroꝝ
inopiá ꝓficere poterát.Multi uariique hominū conatus extitere.Sed inutiles illi: & irri
ti omnes:& iá nihil aliud norát noſtra tépora:quá uetera deſiderare: & quæ ſemel deplo
rata eſſent:ꝑpetuo lugere.Quū noua hæc:& inopinata imprimendi ratio: quaſi munus
quoddá cœlo demiſſum:maiore oíno admiratiõe:quá ſpe futuri ſucceſſus ꝓdiit in aper
tū:q̄ res incredibili celeritate:nõ Italiá modo:ſed totá pene Europá:mira libroꝝ referſit
opulétia . Verū ſæpe fit:ut ſpes ſpei gradū faciat:plærięq; his paucis annis:ꝑtim noua ſcri
bédo:ꝑtim q̃ uetuſtate corrupta eſſent:in integrū reſtituédo ré auſpicatiſſime incoha-
tá:mirū in modū iuuerunt. Velles tamé in hoc publico ſucceſſu:ut q ad recognoſcéda:
emédandaque alioꝝ ſcripta:librariis officinis ſuá operá locarūt:cõmunis cõmodi maio
ré:quá ſui rationé habuiſſent : effeciſſent illi haud dubie:niſi q̃ſtui nimium ſtuduiſſent:
ut nihil hodie:aut quá pauciſſima in multiplici:& uaria lectiõe deſideraremus . Cæterū
eoꝝ:uel incuria:uel negligétia ita accidit:ut nūc quoq; multi:uelut anfractus paſſim le-
ctoribus occurrát:qbus ſublatis facilior oíno conatus fuiſſet:ad bonaꝝ artiū ſtudia ca
peſſenda.Id ego uitiū:quū in aliis ægre:tū in Liuio:qd toties iprimi cõtigiſſet:ægerrime
ferebá:in quo pene plura mercenaria opera:quá ulla tépoꝝ iniuria inuerterat. Nec inte
rea ſolus ego eá moleſtiá ſentire.Erát & alii quáplurimi:q ob id ipſum eá lectioné cun-
ctantiu adirét:quū nulla alioqn:uel utilior:uel ſuauior adiri poſſet . Huic igiꝛ multoꝝ
ſiue q̃relæ:ſiue ſollicitudini: occurrendū ratus Bernardinus Heraſmius Nouocomēſis
homo:ut te nõ ignorare arbitror:fide:& induſtria ſingulari:a me nuꝑ petiit:qua potiſſi-

mum ratione Liuium in integrum poſſet reſtituere:cui ego uetuſtiſſimo aliquo exem-
plari opus eſſe reſpondi:ut pauca hæc:quæ ex tanto naufragio fragmēta adhuc reſtant
emendatius legerentur:tum ille quando id inquit:haud facile datur:tu ſi potes: da ope-
ram quæſo:ut clariſſimam hiſtoriam aliquanto integriorem nouæ impreſſioni ſubiici
amus.Recepi ego:quum ipſius cauſa:tum:ut iis:qui hiſtoriæ cognoſcendæ ſtudio tenen
tur:aliquid gratificarer:me id factururn . Sed quum multo plures loci quam putaram:
uno atq; altero exemplari parum integri occurreretent:pro magno habui negocio cum
iis:quæ obſeruata a me eſſent uetuſtioris alicuius codicis:lectionem cōferre:qui diutiſ-
ſimerequiſitus ex ornatiſſima bibliotheca tua officioſe mihi eſt demum oblatus. Mul-
ta fateor:eram in medio relicturus:quæ lectione illa confirmatus a uitio uindicare per-
ſeuerauí.Cōtra plura quidē in eo ſunt:quæ nihilo ſinceriore fide(ratiōe enim & auctori
tate conuincitur)quam in cæteris notata obſeruaui:quorum ratio:ut aliquanto tibi fa-
cilior cognitu eſſet:quum decadum ordine:tum librorum ſeruato ad ducentos & ampli
us locos:tibi certa ſcire digeſſi:quibus ſapientiſſimo iudicio tuo penſitatis facile perſpi
cies uteriſſimū eſſe illud Sophoclis gr̄a gratiā parit. Qui:quū cæteris paribus ſatis emen
datum:mihi librum conceſſeris:pari officio acceperis:per quæ illum adhuc emendatio-
rem habere poſſes. Vale.

.M. Anto: Antonio Cornario.S.

p Ræſagium fuit illud credo uir clariſſime:quod ſeptimo ab hinc anno ex ue-
teri carnorum ora Venetias appulſus :librum de prætoris officio proxima
apud me fœtura natum tibi in primis cognoſcendum tradidi .Accepiſti tu
quidem uernam librum perhumane:ut ſoles:amplitudinemq; tui nominis & ſplendo-
rem formidantem:crepundiis etiam adhibitis molliter pertractaſti:tum uero lineamen
ta corporis non aſpernatus cætera:ſi recte memini:probare perſeueraſti . Vnum:ni fal-
lor:in eo uiſus es mihi deſiderare:ut quando membra locorum fortaſſis natura non ni-
hil remacruiſſent:pluſculum haberent:& carnis:& ſanguinis. Tuo itaq; ſapientiſſimo iu
dicio motus non aliter:quam celeſti quodam oraculo:cœpi mecum continuo conſide-
rare:qua potiſſimum ratione ea reſarciri poſſet calamitas: conſtitiq; duobus in primis
opus eſſe tempore:& diligentia:quorum neutrum ſine altero id ſatis præſtare poſſet.Fu
it itaq; ille diu in tenebris:eratq; adhuc diutius futurus:quum ultro per hos dies forte
bibliothecam recognoſcenti ſqualida:bone deus:ſed ſic quoq; haud inamabili ſe ſe mi-
hi obtulis facie:eum ego non nihil intuitus: quia non adeo multa me in illo offende-
rant:quaſi ex duriſſimo ergaſtulo in cataſtam traduxi : ubi uel natura : uel mangonica
potius induſtria:ita breui profecit:ut dignus non multo poſt:ſit mihi uiſus:quem liber
tate donarem:Sed quum iam manumiſſus liberaliq; cultu eſſet in medium proceſſurus
non uidebam:cui honeſtius inſcribi poſſet : quam tibi uir clariſſime : per quem ornari
melioremq; fieri contigiſſet:ſed duriuſcule fortaſſe adhuc tecum egimus : tranſlatione
magis longa quam neceſſaria uſui:nunc omen illud magis quam cōſilium fuiſſe dicam:
quod noſtra hæc lucubratio ad te primum ſit delata : cuius erat nomine aliquando in
apertum referenda:quæ ſi tibi cultior:pleniorq; quam antea uidebitur: tuæ auctoritati
aſcribi uolo:illud uero a tua amplitudine ſtudioſiſſime contendo : ne eo conſilio exiſti-
mes:hæc a nobis præcepta tibi miſſa:quod te illis aliquo modo indigere arbitraremur:
eſſem ego uere ſtultus:ſi uiro in philoſophiæ ſtudiis eminentiſſimo: quippe qui Vene-
tam achademiam multa nominis celebritate plures annos rexerit:ciuilis adminiſtratio-
nis præcepta proponere auderem : quin id potius feci:ut quum hæc legeris : ſentien
que iſtam adminiſtrationis formam tuo ſapientiſſimo conſilio inſtitutam : his :
Quæ breuiore hoc libello continentur : ex omni parte reſpondere uberiorem
tuorum ſtudiorum uoluptatem percipias : ſimul : ut & alii : Qui non ita ſape-

rent : ſi quandoque in hanc forte lectionem inciderint:per te haberent : quibus in prætorio munere obeundo præceptis uterentur. Reliquum eſt:ut Vicentinos meos:quod conſtanti omnium prædicatione facis : quam commendatiſſimos habeas:eaque animi prudentia & moderatione tractes:quæ tua ſit ſapientia : & manſuetudine: maxime digna. Ex omnibus tuis officiis : immo beneficiis potius:quæ & multa & magna in me contuliſti:erit illud certe mihi longe gratiſſimum. Vale.

.M.Anto. Marco Antonio Mauroceno Equiti.

f Verunt ad hunc diem non pauci : Maurocene uir clariſſime : qui te celebri doctorum hominum cœtu: circuliſque frequentioribus : quibus ſi quando per ocium datur oportune admodum inſereris : ſæpius prædicantem audiuere : poſt duo præclara naturæ munera : quod & homo:& quod proximum illi eſt: in libera eſſes ciuitate natus:nihil maius te habere:quo nomine:deo optimo : maximo gratulari oporteat:quam quod hac potiſſimum tempeſtate naſci contigerit:qua paucorum hominum induſtria romanam linguam : quæ diu inculta. ac pene extincta : in tenebris iacuit:ab omni ſorde:diraque barbarie ſeruatam uideres: mirarique proinde te ac uehementer probare recentiorum hominum ingenia:quæ ſi non ea ſint : ut cum ueteribus illis:quæ eruditiſſimo olim ſæculo floruerunt:merito conferri poſſint : at certe immodicis ob id laudibus efferenda : quod romanum decus uetuſto uindicare ſeruitio ſint adorta:rem multis ætatibus : aut hominum ignauia neglectã : aut deſperatione minime tentatam. Hæc cum ad me perplures detuliſſent:uiſus ſum mihi nihil inepte facere : ſi noſtram hanc de latinæ linguæ reparatione : ueluti μελέτην quandam καὶ αὐτὴν ταχυτάτην tibi uiro clariſſimo cognoſcendam traderem:ut quando præſens ſtudiorum ſucceſſus ita tibi cordi eſſet : & hac breui lucubratione cognoſceres ; quid eorum cuique : per quos tam inepte loqui deſinimus : deberi oporteat : cui ſermoni:ut aliquanto maior ineſſet auctoritas : omnem de re ipſa diſputationem Benedicto Prinulo Liniacenſi : & Baptiſtæ Guarrini filio uiris : ut plane noſti: multa auctoritate : & eruditione dedimus : ſiqua interim uiſa fuerint:aut nimis indulgenter recepta : aut uerecundius accuſata : illorum moribus aſcribito:uterque enim : quod credo te non ignorare:probo:ſane eſt mitique ingenio:magiſque ad defendendum : quam accuſandum comparato: quippe qui uehementer cupiant ſuam unicuique phamam: quaſi honeſtiſſimi laboris præmium: integram conſtare:ſed noſtro ne an illorum potius nomine:hæc lectio tibi magis placitura ſit : incertum habeo: illud pene perſuaſum mihi eſt:fore:ut ſi reliqua magnopere ſordeſcant: tot tamen uirorum illuſtrium memoria : per quos paucis annis latinam linguam:quaſi poſtliminio recepimus : animum non iniucunda tangens:nomenclatura nobis id præſtet:ut ſiquando hæc uir clariſſime legere inceperis : quod mihi uehementer erit gratum:non inuitus perlegas. Vale.

.M.Anto.Io.Matthæo Contareno.S.

r Ecognoui his paucis diebus Iuſtini & Lucii Flori Epitomen:fuitque ea mihi lectio parum iucunda : non quia non uterque ſit amabilis : & ut hic ex Liuii maieſtate multum referens:ita ille ex Trogi grauitate. Verum Romanæ peregrinæque hiſtoriæ imaginem : uelut duplici tabella intuitus : non ſine dolore animi admonebar:quantum in duobus uiris : quorum hi liniamenta uerius quam typum expreſſere:amiſerit poſteritas. Cæterum:ſi fatorum inuidia ea fuit:ut tanta hominum indole neceſſario careremus:haud uulgaris gratia debetur his:per quos demũ cõſecuti ſumus:ut ſi nõ corpus:imaginẽ ſaltẽ tantaꝝ lucubrationũ teneremus: q̃q̃ (ph dolor)ne hãc quidẽ umbrã:niſi mendoſam:claudã:& ex oĩ pte mancã librarioꝝ:ſiue inſcitia:ſiue

incuria ad poſteros tranſmiſit. Scio ego uirum noſtri temporis: ingenio: & eruditione florentem: in hoc multum operæ adhibuiſſe: ut Florus ipſe. quam emendatiſſime legeretur. Sed uel ſuo ipſi⁹ iudicio: uel quod magis credo librariæ officinæ uitio: parum: quod uoluit: effecit: quod tu uir eruditiſſime ita eſſe facile depræhendes: ſi recentia exemplaria (niſi ego quoq; pari fraude ſum deceptus) cum ueteribus illis contuleris: nihil enim: quod ad eam recogninonem attineret: quæ diligentiſſima eſſe potuit: a me prætermiſſũ puto: nec Antonius Moretus: uir ſumma diligentia: ac ſupra quam dici poſſit accuratus gerendæ rei defuit. Sed ſic ego euenire arbitror: ut nihil quod a nolentibus & inuitis fiat recte fiat: Tu uero quid in hac parte profecerim uide: ac boni conſule. Vale.

.M. Anto. Antonio Moreto.

S demum amicitiæ uerus eſt fructus: ea uis ſumma: Morete humaniſſime: ſi iis
i qui mutuo amẽt: certo: perpetuoq; iudicio in uirtute cõueniat. Soleo ego: quod tu non ignoras: officioſa predicatione multorum: qui his paucis annis ſunt latinam linguam reparare adorti: & ingenium: & diligentiam probare. Sed quum omnium ſcripta altius rimari pergo: eorumq; uirtutes cõfero: qui Sypõtino antiſtiti in omni ſcribendi genere præferri poſſit: reperio neminem: is unus mihi ſemper uiſus eſt: qui uel natura: uel induſtria: uel utraq; re potius id ſit conſecutus: ut quicquid dixerit: id ipſum & uenuſte: & eleganter: & quod urbaniſſimus poeta potiſſimum in libro requirit: non ſine genio appareat dixiſſe. Sed tu: ſiue p te noris: quid tui Sabellici ſtomach⁹ animoſe capiat: ſiue quod magis credo pari ſtudio eorum: quæ ex perſpicuo illo fonte manarunt: mecũ tenearis: nulla unquam lectione: aut ſæpius: aut libentius nobis occurris: quam hac una: q̃ ſemper ambobus fuit ſuauiſſima: & ne non ſemper noſtræ uoluntati: & ſtudio ſatiſfacias: quia p has ferias non ita: ut ſoleo: tecũ cõgredior: per puerum tuum: iam tertia noctis hora: quũ iam cœnaturus cum meis accubuiſſem: frugiferum Antiſtitis noſtri opus: ad me miſiſti: quod tu: ut ille mihi prædicabat: diligenti recognitione: rebusq; perſpicue digeſtis: accuratiſſime per hos dies imprimendum curaſſes. Arripui fateor librum cognoſcendi cupiditate: quid recẽtiore iſta cura: in eo profeciſſemus: breuiq; ex his: quæ celeri tranſcurſu potui obſeruare: induſtriam tuam: & diligentiam iam antea Venetæ academiæ: immo uniuerſæ ciuitati perſpectam facile agnoui. Habebunt igitur tibi gratias: quicumq; poſt hac in ipſam lectionem incident: qui eam per te tam emendatam habebunt: quam ille ipſe: qui ſcripſit in publicum exire uoluiſſet. Scriberem ad te plura: niſi domeſtici: qui iamdudum loti ſuſpirare non deſinunt: me breuitatis admonerent. Vale.

.M. Anto. Principuallo. Manticæ.

Riſtibus nunciis: & mox litteris multo triſtioribus trepide eſt: huc nuper allatũ
t his paucis diebus uehementer eſſe in iſto Italiæ angulo laboratum: partemq; multo cultiſſimam carnicæ oræ flebiliter afflictam: ſubita turcorum incurſione: quicquid amœni: cultiq; ſoli eſt inter Tiliauentum: & Liquentiam: id totum ferro: & igni: ceſſiſſe uno die: uillas direptas: & incenſas: agreſtes cũ omni pecore in predam abactos: & quod omnium atrociſſimum eſt: præter impuberes: cæteraq; captiuorum multitudo: quæ porro ingens fuit nocte una crudeliter trucidata eſt: ab immaniſſimo hoſte: quum ad Tiliauentum amnem haberet caſtra: dubium: ut graui preda ſe ſe expediret: an qđ ꝓprius uero eſt: ueritus ne ſi cum hoſte manus conſerenda eſſet: illa captiuorum manus ex occaſione in ſe conſurgeret: iuuaretq; ſuorum uictoriam: ſed quæcunq; fuit his cauſa in captiuos ſeuiendi: multo atrocior ea cædes cenſẽda eſt: quam uillarum deflagratio: aut cæterarum rerum amiſſio. Doleo ego ac debeo: ob eã neceſſitudinem quæ mihi intercedit cum Hunnienſibus: immo cum patrianis omnibus: ob Hunnienſes ipſos: res atrociter iſtius patriæ affectas: ſed hi ſunt Principuali bellorum fructus: incendia: cædes: direptiones: aliaque eiuſmodi malorum exempla: quæ eo fortius ferenda ſunt: quo magis omnibus communia: nulla fuit gens unquã: quam nõ uis bellica

aliquando attigerit. Nunc quia diceris mihi publico nomine caſtra illa ingreſſus:
ut de captiuis redimendis cum barbarorum duce ageres: non dubium eſt: quin non
pauca abs te uiro iſta prudentia apud hoſtem fuerint obſeruata:quæ non indigna ſint:
ut in litteras mittantur.Facies rem mihi non mediocriter gratam:ſi de omnibus: quæ
tibi memoria digna uidebuntur:perbreue dederis ad me commentarium. Iuuabiſq; hi-
ſtoriam:quæ eſt nunc in manibus:aliqua ex parte:erunt ea:quæ ad me ſcripſeris:eo gra
tiora:quo maiore fide ſubnixa uidebuntur:fide nobis opus eſt:ut ſcribere non ludere
uideamur. Vale.

.M.Anto.Frontiſco Roſſeto.

Egi hymnos tuos:legique cupidiſſime:eo dico cupidius:quo res fuit diutius
I expectata.Inceſſerat incredibilis cupiditas animum tuæ iſtius hymnologiæ
uidendæ.Sed tu omni expectatione mihi maior occurris comptus: elegans:
uenuſtus: multo ueteribus quam noſtris propior.Difficile dictu eſt:quam ex omni par
te placeas:feciſti certe:ut te:quem ſemper dilexi:iam & amare & mirari incipiam. De-
bebit tibi omnis chriſtiana pietas:ſed omnium maxime protomyſtæ & hymnicines:
qui per te habebunt: quod & cantent:& utiliter legant.Gratulor tibi:Frontiſce cultiſſi-
me:gratulor equidẽ:& gaudeo quod per hæc(niſi multũ opiniõe fallor)factus ſit tibi gra
dus ad immortalitatem nominis. Quod utinam Petrus Antonius pater tuus:uir clariſſi-
mus:huic tuæ laudi ſuperfuiſſet:eſſet omnium ille hodie fœliciſſimus: qui te filium
iſta indole:ſingularique profectu:genuiſſet.Sed is ea natus erat lege:ut fatali pareret ne-
ceſſitati.At uiue tu:uiueque eo diutius:quo pluribus es profuturus:ac patris memori-
am pie colas:quem totum ore refers:ingenio & uirtute longe ſuperas: quantum dico:
Aiax Thelamonem:Achilles Peleum. Vale.

.M.Anto.Petro Contareno Rogerii filio.

p Ercrebuit rumor:immo conſtãs phama eſt:pergrandem epiſtolarum Fran-
ciſci philelphi numerum:uelut ſeruile agmen in ergaſtulo tumultuari:poſce
reque libertatem.Eſt:ut mihi dicitur:uolumen pene imenſum:ſed quo ube-
rior ſeges:eo maior prouentus.Gratulor ſtudioſis:quibus non ſolum librorum copia
ingens aſſidue cuditur in librariis officinis.Sed quod ſemper eſt aliquid:quod nouiter
cudatur:atq; id non inutile.Nam quod ad Philelphum attinet:qui eiꝰ ingenii ſtudia nõ
probant:quid in re litteraria ſit probabile:parum meo iudicio intelligunt:fuit ille: quũ
ſingulari eruditione:tum ſumma dicendi copia ueteribus ſimilior:quam noſtri tempo-
ris hominibus. Nõ enim pluuias:ut ait Pindarus: colligit aquas:ſed uiuo flumine redũ-
dat natura illa omnium rerum capax:&:ut breuiter dicam:dignus eſt legi: quum prop-
ter cæteras uirtutes:tum quia ſit omnium:qui mileſimo ab hinc anno ſcripſerunt:pro
pemodum elegantiſſimus.Sed tu:qui ingeniis impenſius faues:conſule rogo in medi-
um:nec patere:ut unus tãquam ſenex ille comicus eiuſmodi theſauro incubet. Sunt li
bri illi epiſtolarum apud hominem tibi familiariſſimum:ut Hieronymus Alexandri-
nus inquilinus tuus prædicat.Cuſtodiuntur non minus religioſe:quam libri ad Mone
tam reperti. Vale.

.M.Anto.Amaſeis fratribus.

d Vm omnia omnibus concedo quæ mea ſunt:ſæpius deſidero: ſæpius dixiſ-
ſed ſemper uerius dixiſſem:deſunt mihi frequẽter & multa & magna:& nũc
unum deeſt:id & ſi leue:& quod mirari poſſit aliquis uſui fuiſſe cuiquam:de-
eſt tamen.Sunt hæc poemata:quæ de cæde ſontiaca:de incendio carnico:de Hunnii ori
gine ſcripſi:quum apud uos publice profiterer.Eſt: quis non uidet:res parua:& omni-
no indigna: quæ ullum ſortita ſit locum in ueſtra ornatiſſima bibliotheca. Verũ quia
eius ſit terræ laudes complexa:quæ uos genuit:aluit:inſtituit:digna uideri potuit: quæ
ueſtris liminibus non excluderetur.Si carmen apud uos eſt:pergratum mihi erit: ſi per
Marium puerum meum: qui hoc uobis attulit epiſtolium:ad me id miſeritis: con-
feſtim iſtuc recurſurum: aut ſi diutius hic erit tanquã: ſi in quæſtum exierit ad uos

cum lucro rediturum. Valete:

M. Anto. Auguſt. Barbadico Venetiarum Principi.

n ihil eſt omnino in tua florentiſſima repu. a qua ego contemplanda nunquam mentis oculos auerto: Sereniſſime Princeps: præclara iſta publicæ adminiſtrationis forma: aut maius: aut pulchrius: cuius effigies: ſi qualis ſit ſpectantium oculis cerneretur: incredibiles hominum affectus: ſtudiaq; ad ſe amandá excitaret: cogeretq; haud dubie ipſum humani generis conſenſum fateri: nihil ueſtris maioribus: qui hanc per manus diſciplinam tradiderunt: fuiſſe in terris ſanctius: nihil maiore æquitate: & innocétia præditum: quorum memoria non ſolum ob id merito ſit colenda: ſed immortalitatis etiam laudibus poſteritati conſecranda. At quam prudenter illi ciuitatem ſanctiſſimis inſtitutis munitam uobis reliquere: tam tu ſolertiſſime princeps: diligenter & accurate: ex ſublimi iſta dignitatis arce: uelut ex ſpecula quadam: procuras: ne quid eorum: quæ ab illis ſunt rite tradita: negligentia: aut iniuria eximatur. Et enim præſentem hanc rerum omnium ubertaté: quietem: ſalubritatem: quæ cum tuo principatu quinto iam ab hinc anno huic urbi affulſere: ſecúdum deum optimum tuo fœliciſſimo genio aſcribimus: quod uero iuris: & æquitatis cultus: ut ſi quádo alias: núc maxime toto Veneto floret imperio: quod religio & innocentia paſſim omnibus alludunt: quod auguſta principum ſedes: porticus: uiæ: templa: multaq; alia ædificia publica & priuata his paucis annis: aut ab imis ſint fundamentis erecta: aut ſumptuoſiſſime inſtaurata: quod urbs tota pene nouam atq; eam ipſam longe pulcherrimam induerit faciem: non fortunæ tantum: ſed æquitati etiam tuæ: prudentiæ: & religioni damus. Verú quanquam ea ſit ſapientia tua: inclite princeps: id ſanctiſſimi iſtius ordinis: qui tecum aſſidue de repu. conſultat: & ſolertia: & prudentia: ut non Venetarum rerum tantum: licet & ipſe multum terra mariq; polleant: ſed omnium etiam gentium gubernaculo admotus: quantam uis adminiſtrationis molem: ſine ullo maiorum exemplo: ſuſtinere poſſis: nihilominus ueluti nauis rector: qui & ſi omnia cœlo & aquis longa callet experientia: lineas tamen: & numeros quoſdam: breuiſſima tabella intuetur: ut non modo non locorum ratio: ſed ne temporũm quidem ulla ſe inſcio prætereant momenta: ſic & tu: iucundiſſime princeps: & potes quidé: & debes: in tua iſta fœliciſſima adminiſtratióe: ſi quando per ocium uacat: illuſtrium uirorum exempla recognoſcere: uel eorú in primus: qui in ſummo rerum faſtigio collocati: in ſuorum ciuium conſpectu: non in armis uixere. Sed quum non unus auctor id ſerenitati tuæ præſtare poſſit: qui tráquillo auctore grauiſſimo: in eo genere plus ualeat prodeſſe: eſt meo iudicio nemo: id ego quum pſuaſum haberem: haud inepte ſum mihi uiſus facere: quod eius ſcripta: quibus duodecim ille Cæſarum uitas fuit complexus: cum uerborum nouitate: tum obſcuris hiſtoriarum inuolucris a quam pauciſſimis nuper: nec ſine cunctatione: adiri ſolita: laborioſa enarratione perſpicua: atq; ob ipſum multo fortaſſe utiliora reddidi. Hæc ego ſecutus: quia certo ſciebam non defuturos: qui Cæſareum nomen auerſati: non aliter Tranquillum a liberæ ciuitatis oculis: quam Homerum poetarum longe principem: ex emendatiſſima illa Platonis repu. ablegandum cenſerent: cunctátius lectionem hanc ſerenitati tuæ cognoſcendá propoſuiſſem: niſi ſingulare ipſius ingenium: longeq; accuratius quam uerbis ullis explicari poſſit: id eſſe intelligerem: ut quæ in alterutram partem ſcribantur: ea ipſa & ſciret: & uellet: tam ad ipſius uſum uitæ: quam ad reipu. ſalutem accomodare: clementiá in quibuſdam manſuetudinem: innocentiam: cæteraſq; uirtutes: haud tibi iam antea ignotas cóplexus: munificentiá in aliis induſtriá: popularitatem & breui: utrąque uirtus uſui: aut ornaméto eẽ poterit: ita aliá in alio ſtudeas imitari. Cótra ſi qua uitia occurrerint: nam non eo inficias eſſe omnino aliqua: pene indigna relatu: eorum fœditatem deteſtatus: merito tibi gratulandum putes: quod tanto uirtutum comitatu: præſidioq; ſæpius ad iſtud dignitatis culmen acceſſeris: ut nullus ſit turpitudini locus: ad fœliciſſimũ iſtum uitæ curſum labefactádum relictus: enixius inde operam daturus: ut eiuſmodi laudis detriméta: quæ lógæ abs te ſemper abeſſe uoluiſti: lógius adhuc remouiſſe uidearis.

ſic enim natura comparatum eſt:ut ingenia ad laudem nata:non minus uiciorum odio
proficiant: quam uirtutum æmulatione: ita ego euenturum arbitratus Tranquil-
lum ipſum: quem ex duro: tetrico: obſcuro: tractabilem feci: planum:ac perſpicu-
um: ſerenitati tuæ interim dum alia longe utilior tibi: Venetoque nomini texitur
hiſtoria: cognoſcendum propoſui. Eſt:ſi fateor id: quod damus: ſiquis tui nominis
ſplendorem intueatur: omnino exiguum: ac pene ſordidum. Sed tu mitiſſime prin-
ceps ſatis amplum & ſplendidum facies:ſi quicquid id eſt:quod tuis auſpiciis in publicū
retuli:ſapientiſſimo iudicio tuo probaueris:quod ſi ita:ut ſpero:euenerit:iuuabit me ue
hementer ſuſceptus labor:ſin minus nec adhuc conſilii pœnitebit:ſi dum tuis sereniſſi-
me princeps commodis ſtudeo:fuero fortaſſe non paucis gratificatus. Vale.

.M.Anto.Iacobo Pontano.S.

e T ad filios tuos adoleſcentes optimos nuper ſcripſi: Pontane uir doctiſſime:et
ad te nunc ſcribendum duxi:ut:quæ de illorum ſtudiis ſit mihi ſententia: non
ignorares. Probo dialecticen:cui ambo tuo:ſiue iuſſu: ſiue hortatu impenſius
incumbunt. Probo & philoſophiam:cui iminent:enim uero quis rem tantam non pro-
bet:ſed quod eloquentiæ ſtudia:parum ob hæc frequentent:nec probare poſſum: nec
uolo. Vtinam breui epiſtola tibi monſtrari poſſet:quantum noſtra hæc ſtudia:ad quæ
ambo mihi nati uidebantur:fuerint ad omnem doctrinarum profectum eis collatura:
ſi rem pulcherrimam non cogerentur deſerere. Nec uerendum eſt:ne lectionum nume-
ro nimium onerentur:ſequaturq; ex labore tedium:nihil oneri eſſe poteſt:quod ſua na
tura dulce eſt & ſuaue. Quid:quod reficiuntur etiam animi lectionum uarietate: ut in
plurifariam cibis appetentia. Sed uideo quam improbe faciam:qui plus uolo:quam pa-
ter:quaſi quiſquam melius ſcire poſſit:quid illis præcipue conducat:quam tu:qui eos ge
nuiſti:cui ſunt ambo præter cætera chariſſimi. Sed qui multum amant: ſæpe multum
decipiuntur:nec patitur patrius affectus omnia uidere. Eſt præterea amici conſilium:ſi
amicus ſit:ut poetæ carmen teſtatur non inutile. Sed tu uelim id de filiis ſtatuas: quod
illorum ſit profectui maxime conducibile. Vale.

.M.Anto.Antonio Moreto Brixienſi.S.

l Ibrum de latinæ linguæ reparatione:quem toties efflagitaſti:miſi tandem:Mo
rete uir humaniſſime:nec aliud fuit in mora:quam conſilium. Sciebam ego in
celebri emporio homini negocioſo:uix tantum ocii dari:ut tris de ſitu urbis
libros:unumq; de prætoris officio:quos tibi cognoſcendos tradidi:tā breui perlegeres.
Sed tu contentus credo illorū indicibus:ut es in re litteraria egregie officioſus:ad hanc
anhelabas lectionem:quæ illuſtrium ſtudioſos omnes uirorum laude contineret. Verū
meminiſſe oportet hos inter ſe libros cognatos eſſe:ac tua opera:uelut implumes pul-
los ex eodem nido deuolaſſe. Quare magnopere abs te peto:ne patiaris illis:quod & egy
pti filiis euenire:ſed:aut per te rogo:u iuant omnes:aut nox una apprimat. Vale.

.M.Anto.Auguſtino Tremulano.

p Erquam uolupte eſt: Tremulane:quod auenter:ut mihi ſcribis:iuuare cōſtitui-
ſti ſerietatem hanc ſcribendi meam:uel potius ocioſitatem:granditer enim iu-
uabis:ſi per te hoc indipiſcimur:ut ne imaginarie:& umbratiliter ſcriptitare ui
deamur:enim uero tribuloſum ſcribendi ſchœma:tapinomataq; uerborum culpa: ſatis
ueniabili & toleranter leguntur in hiſtoria:ſed illud uituperonibus oppido obnoxium:
ſi a Platonis ſemita aberret ſtilus:ſed tu meas haſce apinas uindica ab eiuſmodi terricu
lamentis oblatitia iſta opera. Fatim enim uindicabis:ſi per te fides nobis conſtabit:hoc
præſta:& ridebo hirriantium obloquia:expecto opiſtographum abs te libellum:qui me
de gallicana illa expeditione erudiat:per quam Tremulani tui tremere deſierunt:eſt res:
ut uides. proſariæ operæ:nec enim uolo te fabulariter carminari:ſed ad fidem ſcribere
omnia:ſtataria nobis opus eſt fide:non fabula:fac:ut uerum audiam:& placebis:ſed iam
parum latialiter dices me hæc ad te ſcripſiſſe:quid quod ſic non aliter ſabellicus latia-
lis eſt:ſi tuis credimus apeniniolis:qui plus ſapiunt quam uetus & recens latium. Vale.

M. Anto. Georgio Cornelio Equiti Aurato. S.

n Vlla maior: ſanctiorq; eſt charitas: Corneli uir ornatiſſime: quam ea quæ eſt cũ patria unicuiq; noſtrum indita a natura: quæ quo nobilior eſt: honeſtiuſq; in ea uiuere contigit homini: eo certe charior eſt: multoq; amabilior: quæ duo ſi in te: & urbe quæ te genuit diligenter ſpectes. Nulli hominum fuit unquam dulcior patria: nulli eſſe potuit: quam tibi: cui hæc ſcribuntur. Nam quid per deum eſt hodie i terris ueneta urbe: clariꝰ: pulchriꝰ: maioreq; admiratiõe dignũ: aut qd ipæ uenetiæ hñt: tua domo celebriꝰ: clariꝰ: fœliciꝰ: ſi q̃ pter uetꝰ ſtẽma gẽtis: cuiꝰ ſi altiꝰ ſit origo repetẽda: clariſ. oĩum q̃ ũq̃ ĩ oĩ gẽte fuerũt: repiaſ cognoĩa. In quo recẽtioſ memoria cẽſeſ Georgiꝰ auꝰ tuꝰ: q gallico bello captꝰ memorabile illud cõſtãtiæ fideiq; erga patriã retulit Attilii exẽplũ. Ea ĩſũt regæ ornamẽta: q̃ multo maiora ſint: q̃ priuata domꝰ capiat: Enĩ uero ĩclyta ſoror tua: ꝙ nulli ũq̃ ꝙ ſciã cõtigit ĩ libera ciuitate a pricipe & uniuerſo ſenatu pu: adoptatiõe filia appellata ẽ: Ceſſit eadẽ cyprii regis cõnubio tulit: fertq; hodie reginæ nom̃ filiꝰ tuꝰ adoleſcẽs alta ĩdole ſuppremo ãtiſtitũ ordini aſcitꝰ puniceo ẽ galero ab alexãdro põtifice maxio donatꝰ. Tu Equeſtri fulgẽs dignitate: pluribꝰ magiſtratibꝰ ſũctꝰ: cõiugio: liberis: cognationibꝰ cliẽtelis florẽs tãtũ poſſides: q̃tũ uenetoꝝ: ut ferẽ nemo: ſed quo ſplẽdor iſte maior ẽ maiorq; fortũa: eo qs neſcit iucũdior ẽ tibi pĩa: q̃ te ad hæc ornamẽta genuit: illuſtri loco collocauit: opibꝰ abũdãtẽ tueſ: ꝙ quũ ita crederẽ æquũ ſit: & ego pſuaſũ habeã: nõ uidebã: cui nr̃ũ hoc uenetæ urbis genethliacõ meliꝰ iſcribere poſſẽ q̃ tibi uir pſtãtiſſime: cui quũ pp ea q̃ dixi nõ igratũ fore arbitrabar tũ q̃a ĩ oĩ gñe ſtudioꝝ nihil: ut mihi dr̃ libẽtiꝰ ſpectas: carm̃: nulliꝰ ordis iuris libẽtiꝰ faues q̃ poetis. Nũc ſiqd ocii dat̃ a publicis: & puatis negociis id huic cari cognoſcẽdo: quo fœliciſ. uenetæ urbis cõtieſ ortꝰ libẽs ĩpẽdas uelĩ: ac ſil' illd ſpectes rogo: ſit ne magis iseptꝰ equo ſedẽs Sabel. an pedibꝰ iter faciẽs peterẽ: ut & ſequẽs carm̃ cognoſceſ ꝙ ad uĩæ urbis apparatũ ptiet niſi uirtꝰ eẽ ne pl'ra petã q̃ æquũ ſit pauciora ĩpetrẽ q̃ ueli ſat itaq; mihi & muſis dabiſ: ſi hoc qcqd ẽ cognoſcere: nõ dedignaberis. Vale.

EPISTOLARVM FINIS.

Orationes. M. Antonii Sabellici ad cariſ. equitẽ auratum Antoniũ lauretanum: patritium Venetum.

Encomiaſtice.

De laudibus poetice artis una i. F. Horat.

De laudibus hiſtorie una in. T. Liuium.

De laudibus eloquentie una in. M. Tullium.

De preſtãtia latine lingue una in Plautum.

Funebres.

In funere Zaccharie barbari equitis una ad Principẽ ⁊ ſenatũ.

In funere Benedicti Rugii regii oratoris una ad pricipem ⁊ ſenatũ

Progymnaſtice

De ortu ⁊ incrementis philoſophie una.

De fructu philoſophie una.

De uſu philoſophie una

Panagyrice ⁊ encomiaſtice.

De laudibus religionis una.

De diuo Vincentio ⁊ eius Martyrio una

De ſacerdotii dignitate vna.

.M. Anto. Sabellicus Aotonio Lauretano Equiti Clariſſimo. S.

Vam contumax ſit hominis natura :& in omne uetitum procliuis : nunc de-
q mum itelligo:Lauretane uir doctiſſime:pulſat grauior ætas ad hoſtium.& ego
tam ambitioſus ſum: quam olim maxime : nec ex omnibus rebus:aliud magis
optat animus:aliud cupidius requirit:quam quod illi a principio negauit natura: cuius
ductu & imperio ſi hodie uiueretur: nihil optaret quiſquam: niſi quod æquum eſſet:&
parabile ſucclamat animus experientia rerum omnium magiſtra docet : demonſtrat:no-
ſtrorum temporum ingenia:tantum a ueteribus diſtare:ab iis dico :quæ eruditiore ſecu
lo fuerũt:q̃tũ ipſa diſtat terra a cœlo:aut ut notiora dicam extremus occidens:a primo
ortu ſolis:nec propterea deſinit:ambitioſa poſteritas florem illum hominum nulli imi-
tabilem inepte æmulari:pumilionum morem imitata: qui nõ altiore Calciatu :non ſug
geſtu capitis contenti:in digitos ſe ſe erigunt:ut proceriore ſtatura homines æquare ui-
deantur.Laborãt alii fortaſſe:hoc uitio:ſed qui me uno ineptius:id faciat eſt nemo :qp-
pe qui tanquam ſolus omnium poſſim:ſine riſu ueterum æmulus uideri: quum iam an
tea paſſus ſum res meas temere euagari:tanquam ex hac tenuitate ingenii : quod quam
rude ſit:& ſterile nũquam alioqui diſſimulare ſum auſus: queat aliquid proficiſci:quod
dignum ſit legi:tum his paucis diebus duodecim epiſtolarum libri:ſed multo uerius ine
ptiarum dixiſſem:& ſi me non probante: non tamen prohibente domo euolarunt:man
cipem quendam ſecuti librariæ officinæ:digni qui:ut turpia:& fœda mancipia domi cõ
tinerentur:ne inter atrienſes quidem ſeruos habendi:Et ut improbi ſunt ; & impudẽtes:
iam ut audio:ad hoc ſe ſe parant:ut mox paulo ex officina illa prodeãt in apertum:tan-
quam libertate digni.Sed quo euentu ipſi uiderint.Aſt ego magis improbus:qui tanquã
res ipſa ſit fœliciter ceſſura:horum ſorores pari numero totidem dico orationes:quia
uelut iam maturæ uiro diu noctuq; flebiliter lamentabantur : qd' diutius domi conti-
nerentur ſine cultu:& tanquam detractis ueſtibus: ut eãdem officinam ſubirent indul-
genter nimis ne ſtulte dicam tuli:haud dubie fratrum ueſtigia ſecutæ ut cum illis pu-
blicum ſortiantur:ſed uideo:uelut ea quæ oculis uidentur:fore: ut & fratres & ſorores
pro ludibrio abeant in ora hominum: eundemq; ſortiantur exitum omnes:ut niobes &
amphionis filii:ſed cur non ſortiantur:quum quædam earum ſapiant noſtrorum ſtudi
orum tirocinium:ſed quicunq; illas manet exitus in eo uiſæ ſunt:mihi ſaperem:qui nõ
prius pedem domo extulerunt :quam tuos fuerint nomine inſcriptæ: uelut cauterium
per quód ubiq; tutæ eſſent ſecum habituræ : id ego eo paſſus ſum:a me facilius impe-
trari:quo maior eſt lauretani auctoritas in omni ſtudiorum genere ac quo maior eo cer
te habilior ad illas ab omni contumelia & obtractatione iudicandas :quod ut facias uir
præſtantiſſime: ut per te ſint ſaltem inter tuos incolumes:niſi pro te inepta inepte om-
nia peruntur:te oro plurimum & obteſtor. Vale. Laus deo.

M.ANT.SABELLICI COCCII DE LAVDIBVS POETICAE ARTIS IN FLACCVM HORATIVM.

e

A demum in omni diſciplinarũ genere:aut ſola eſt futuri profectus ratio. Magnifici & præſtãtes uiri:ingenuiq; adoleſcentes:aut certe omniũ: quæ in ea re excogitari potuerunt optima:ut ſi qua lectio nobis cognoſcenda proponitur:delectationem hæc ſecum afferat & eruditionem : enimuero officium mouet hæc:illa perficit:hinc proficiendi ratio:illinc diſpoſitio reddit hæc melioré q̃ accipiat lectoré:illa:ut reddi poſſit: haud dubie p̃ſtat. Adeoq;:uel arte:uel natura: ſunt duo hæc arctiſſimo nexu copulata:ut neutrum ſine altero ſatis prodeſſẽ poſſit. Fuerũt : quod ad præſentem ré attinet : plæriq; hominũ(alii alia uia ingreſſi)qui uitam iuuare adorti uarie multa ſcripſerunt. Sed qui melius q̃ poetæ duo illa effinxerint:fuerũt meo iudicio nulli:potuerint ne plus aliis:aut magis uoluerint:haud facile dixerim:id affirmare poſſum : uiri & adoleſcentes optimi:nullorum ſcripta magis q̃ poetarum ab initio popularia fuiſſe: nullorum maiore hominum fauore:& conſenſu:recepta:nec ob id credo:quia ſit poetice omnium artium antiquiſſima : q; uenuſta:pulchra:eminens:ipſumq; humanitatis faſtigium ſupergreſſa:ſed quod naturæ beneficio:ut uulgo perſuaſum eſt:potius q̃ ſtudio & uoluntate fiant poetæ. Quæ ſane opinio uſq; adeo inoluit:ut ſoli mortaliũ eſſe poetæ credantur:in deorũ tutela: dearumq; frui comertio:miſceriq; illarũ cœtibus. Quod non ſolum ipſi teſtantur:quorum auctoritas multo in hac parte eſſet leuior : ſed ex noſtris. M. Tullius:& Plato apud ſuos ueri amiciſſimus:hæc eadem opinio Calliopen matrem dedit Orpheo:Apollinem Lino patrem.hæc a Pindari domo hoſtilem iniuriá abſtinuit:Sophocli defuncto exequias præbuit. Hæc demũ adepta é:ut poetæ pii: ſanctiq; ab omnibus credantur:digniq; exiſtimentur:qui ſacrum caput ſacra arbore præcingãt: ſed leuiora ſunt hæc:quæ opinione continentur:rem ipſam:ſi placet: nudam conſideremus:nudam dixi:quoniam non hodie:ut ſi quando alias dicturus:locum hunc præmeditatus conſcendi. Etam ego ueterem hanc dicendi conſuetudinem:hoc anno intermiſſurus:non ut laudatiſſimũ morem antiquarem:ſed ne amicis toties ad officiũ reuocando nimium moleſtus eſſem. Cæterum familiarium quorundam ſubitæ admonitiones: grauiſq; caſtigatio me in priſtino inſtituto retinuit:&:ut in eo perſeuerarem:effecit. Hi enim identidem prædicantes:multo ſatius fuiſſe eiuſmodi ritum nunquam inducere: q̃ inductum per deſidiam & ignauiam omittere:facile perpulerunt: ut negligentiæ : uel temeritatis potius periculum adire maluerim:q̃ illorum uoluntati minus obtemperare. Nũc agite uiri:& adoleſcentes optimi:& q̃ pulchra:populariaq; ſint poetarum ſcripta q̃ præ cæteris grauia:atq; ſublimia:breuiter cognoſcite: quæroq; illud omnium primum:an quiſq̃ hominum tam a re litteraria abhorreat:tã omnis ſit iudicii expers : tam ineptus:ne ſtultus & demens dicam:ut grammaticorum humilitatem conferre audeat: cum tragica ſublimitate:aut dialecticorum infantiam cum comicorum ubertate : aut oratoriam ſeueritatem(de forenſi loquor)cũ lyrica iucunditate: ſterilitaté arithmeticæ: aut geomethriæ perplexitatem cum opulentia:& luce heroica: Aſtronomiæ ſolitudiné cum elega celebritate:ſiquis hæc:q̃ magnis inter ſe ſpatiis diſtent:minus intelligit: is ne nigrum quidem ab albo queat diſcernere:non magis credo: q̃ Thireſias ille Thebanus: qui uiſu caruit:aut Phineus potuiſſet:ſed quid attinet huic:neſcio cui uel cœco:uel cœcutienti ſimili conuicium facere. Quin dicat hic quiſquis eſt:qui diſciplinarum ullam putet poetice præferendam: ex omni ſcriptorum numero:quos omnis uidit ætas : qui præter cæteros:multas uno tempore ciuitates unum in locum audiendi ſtudio contraxere?poetæ:qui martiam illam Ro.populi indolem ad prœlia:& labores: natam:in theatralem caueam:& anguſtiſſimos cuneos coegerunt?poetæ:qui aures: cornibus:& lituis: aſſuetas cantu demulcere poterunt?animoſq; omnibus gentibus infeſtos tam uariis af-

eſt ne non omnis dicendí ratio ſit ad poetas referenda: enimuero tantum abeſt:ut de ea
re aliquo modo dubitari poſſit:ꝗ multi:qui de arte dicendi ſcripſerunt: omnem proe-
miorum legem:Epilogos:ſigna:argumenta:ſimilitudines:omnem deniqꝫ probandi:refu
tandiqꝫ rationem:ex poeticæ artis apparatu deprompturn fateantur: affirmantqꝫ ſum-
mos oratores:& multa:& uaria dicendi exempla:uel ex uno Homero mutuatos : O res
eximia & cœleſtis poetice: O mater artium:diſciplinarumqꝫ omniū nutrix:per te gram
matici præcipiunt:Dialetici diſputant:perſuadent Oratores:Arithmetici numerant:me
tiuntur Geometræ: Muſici uoces diſponūt:Aſtronomi cœleſtes motus:& Sydera agno
ſcunt:merito te unam ex omnibus artibus in deorum tutela conſtituit uetuſtas:in mu-
ſarum gremio collocauit:cœlo per uraniam intulit. Iacent:quod bona omnium oenia
dicerē liceat:cæteræ artes in hac terrena fece conuolutæ:manifeſto ſuæ originis argu-
mento.Tu ſola omnium receſſu:puroqꝫ gaudes incolatu:muſarum cœtibus:& choreis
dedita:mittuntur reliquæ diſciplinæ in queſtum:ſordideqꝫ negociantur:tu ſanctioribus
lucis gaudes:fontibus:& fluminibus:quæ docta tibi uetuſtas dedicauit: terrena deſpici-
ens:ſublimia ſectaris:nullius comertii patiens:præterq̄ illorum:qui ſacri ſunt . Vtinam
adoleſcentes optimi nobiliſſimæ artis:atqꝫ omniū ſanctiſſimæ:forma:& idæa oculis cer
neretur:alliceret illa:traheret:arriperet:totum hunc ad ſe conſeſſum:mirabileſqꝫ omni-
um animis ad ſe amandam concitaret affectus. Verum:quia id non datur:quæ ſint illi-
us præmia:ſpectate ſtudioſi adoleſcentes:Afferunt cæteræ artes diuitias:dignitates: ma
giſtratus:at ſuper ea:quæ in terris ſtulte mirantur homines:nihil præſtant:non quia no
lint:ſed quia non poſſint:contra poetæ ſacri:pii:caſtiqꝫ habentur:tantumqꝫ cæteris ho-
minibus ſanctitate præſtant:quantum homines ipſi cæteris animantibus . Ac tantum
abeſt: ut mortem metuant:ullamue obliuionis iniuriam : ut horum munere cæteri ho
mines immortalitate donentur:æterni ipſi:atqꝫ æternitati conſecrati . Et quia in pul-
chris excellere pulchrū eſt:nihil a meo officio alienū me facturum exiſtimaui: ingenui
adoleſcentes :ſi uobis unum aliquem ex omni poetarum numero de ligerem:quem po-
tiſſimum imitaremini.Cæterum:quū multi ſe ſe ultro offerrent:cognitione digni: Flac
cus Horatius unus omnium mihi digniſſimus uiſus ē:qui ad profectum artis uobis po
tiſſimum proponeretur: ut eius ductu : & auſpiciis:eo ueniremus : quo ueſtræ curæ : &
cogitationes intenduntur.Hic eſt ille Flaccus:ſtudioſiſſimi adoleſcentes : qui libertino
patre Venuſiæ in Apulia ortus:tantū liberalibus diſciplinis puer ꝓfecit:quantū ea æta
te nullus:incidit eius adoleſcentia in turbulentiſſimas bellorum ciuilium procellas:un
de emerſus ad poeticen:& muſarum ocia animum reflexit.Idqꝫ multo auſpicacius :quā
quod arma induiſſet.Mœcenati primo:mox Auguſto principi carmine conciliatus: tan
tum gratia:& celebritate floruit:quantum ex iis:qui ea tempeſtate fuerunt poetæ: qui-
liber maxime. Tractauit omnes poetice partes tā uenuſte & accurate:ut ad id:quod agi
tur:potiſſimum natus uideatur.Et enim quid per deum illius ode eſt in tota poetice
uenuſtius:quid cultius æpodo:poetica arte frugalius:utilius ſatyra : epiſtola urbanius:
ut prouidentia quadam natus uideatur: in quo omnes uires ſuas depromerent Muſæ.
Quod :quum talis ſit Flaccus:ſitqꝫ ſentētiis ferox:uarietate mirabilis:cultus frugi:face
tus:omnibuſqꝫ uirtutibus redundans.Ite adoleſcentes optimi:huncqꝫ omnium maxime
diligite:amate:frequenter legite:totum perdiſcite:ut quum illius perquam ſimiles fue
ritis:tantum cæteris poetica uirtute præſtetis: quantum Flaccus omnibus ſui ordinis
præſtitit uatibus : qppe qui Fabii teſtimonio:unus propemodū dignus ſit legi:uel quia
proſit:& delectet maxime:uel quod ſe talem præſtitit: qualem optimum poetam ipſe
ſuo carmine demonſtrauit.

M·ANTO.SABELLICI COCCII ORATIO: DE LAVDIBVS HISTORIAE IN TITVM LIVIVM.

P Lurium annorum conſuetudo fecit patres & uiri ornatiſſimi:
ingenuiq́ adoleſcentes:ut hæc dicendi ratio: qua poſt autum-
ni ferias ſoleo meorũ auditorum cœtũ:ad litterariã ineuntis
anni exercitationem:uelut claſſico quodam reuocare:non mei
amplius muneris:uoluntariiq́ officii eſſe uideatur: ſed uete-
ris cuiuſdã inſtituti:legiſq́ ſanctioris:quã nefas ſit mutare:hoc
uero:ut credam: duo præter cætera faciunt: et q̄ nihil ueſtra
intereſſe poteſt:adoleſcentes optimi:quod non idem ſit.& me
um præſtare:& id ipſum:quod datur:uel ex eo uobis uehemen
ter placere intelligo:q̄ quot annis maiore quodã ſtudio:cele-
brioreq́ cœtu uos dicenti mihi adeſſe perſpicio.Cæterum:q̄ utiliter & honeſte ſit com
paratum:ut ſtudioſi adoleſcentes ex aliena laudatione:alta:& ſublimia ingenia mirari aſ
ſueſcant:& ea:quæ mirentur:omni cura:& diligentia nitantur emulari: nemo eſt uitæ
tam ignarus:qui non id plane intelligat.Quid:q̄ ne exẽplo quidẽ res huiuſmodi caret:
nam quid per deum panigyricæ illæ actiones apud maiores ſibi uoluerunt: quibus ma
gnorum principum:deorumq́ laudes continebantur: an aliud q̄:ut mortales tali lauda
tione accenſi ad ſplendorem uitæ:& nominis immortalitatem niterentur. Quia igitur
operæprecium eſt id facere:& uos:ut uideo:nihil paſſuri eſtis: ex hoc meo inſtituto de-
perire:requirebam nuper animo:quid potiſſimum ſequerer: de quo hodiernus mihi in-
ſtituendus eſſet ſermo:quod nec inutile eſſet relatu:eſſetq́ ſua magnitudine & nouita-
te non ingratum auditu:ſuccurrebat interim animo nihil fere eorũ eſſe:quibus late dif
fuſum eſt corpus eloquentiæ:de quo non ex hoc loco uerba fecerim:ſic a me laudata
poetice eſt: ſic oratoria facultas: ſic hiſtoria: ſic latinæ linguæ maieſtas: & amplitu-
do defenſa.Apparebat igitur ex iis:q̄ dicẽda reſtant: reſtãt enim adhuc nõ pauca:quæ &
ſi non ita ſunt rei accommodata:ſunt tamen relatu non indigna:nihil eſſe eorũ:de quo
cõmodius in præſentia:dici poſſit:q̄ de anguſtiſſima urbis Romæ origine:unde Liuius
quem:quod mihi & uobis fœliciter uertat:ſum hoc anno enarraturus:ſuam auſpicatiſ-
ſime orditur hiſtoriam.Quibus auſpiciis fuerit ea urbs condita: qua indolæ adoleue-
rit:quibus adulta uiribus ſteterit:qua demum uirtute propagauerit: in omnes gentes
imperium:uerum quia res nimium multis nota eſt:atq́ ita graphice a Liuio ptractata:
ut nemo ei⁹ libros legerit:cui nõ tota rei ſeries ſit notiſſima:acta agã: ut prouerbio fer
tur:ipſe potius auctor erit nobis materia ad dicendum: de quo omnis noſter hodie fu-
turus eſt ſermo: qui ut breuior ſit: ut dilucidior de iis: quæ in reliqua cõdenda hiſto
ria illi fœliciter euenerint.primo dicam: apparatum operis: & dignitatem explicabit
oratio. Sed uos patres:& uiri humaniſſimi:pro ppetuo ueſtro ĩ me ſtudio:meaq́ in ſuos
beniuolentia attentas:oro:ut ſi quando alias hodie mihi adhibete aures: nam: quod ad
rem attinet:certo ſcio ita futurum:ut eorum:quæ dicenda ſunt:alterum uehemẽter mi
raturi ſitis.Alterum: quod ueſtrum eſt iudicium:ſingularisq́ eruditio non mediocriter
probaturi:ea eſt humanarum rerum cõditio:patres & uiri præſtantiſſimi: ut ſatis ſit fœ
lis in hac uitæ inconſtantia:iudicandus is:cum quo ita fortuna decidit:ut merito infœ-
lix dici non poſſit:omnis autem de fœlicitate ſermo:haud multum ab eo diuerſus uide
tur:quem Plato uir ſummus de bono tripliciter inſtituit:ut pars una ſit poſita in ipſi-
us rei ſcientia:quæ εὐδαιμονια græca uoce dicitur:altera in poſſeſſiõe quæ εὐτυχια
εὐπραγια reliqua eſt: quæ ad uſum refertur: uſum hunc auctor ille ſummus adeo
præ cæteris probauit:ut auri montibus: & huic arti: ſi qua ars inueniri poſſet: quæ
in mortalitate hominem afficeret: non dubitauerit anteponere. Nunc:quum to-
tam Liuii uitam inſpicio omia illi affuiſſe uidentur: quæ ad fœlicitatem conſe-

quendam pertinere creduntur : celebris patria : populare nomen : temporum fœli-
citas:maturitas ſtudiorum : ſublimis ad ſcribẽdum materia : ſummi principis fauor:
& in ſtudioſos beneficentia:ut benignior natura larga manu tot & tanta in unũ contu
lerit:quot:aut quanta in alium eorum:qui hiſtoriam ſcripſerũt: quod ſciam:neminem.
In quibus percipiendis:ornandis:diſponendis:non ſolum ille non ſibi defuit : ſed quod
eſt omnium iudicium : ipſeq; ſtudiorum exitus demonſtrat : longe etiam ſuperfuit.
Nunc quod ad patriam attinet:quid ſecundum Romam fuit olim tota Italia patauio
clarius:cuius urbis:ſi originem quæras ab ilio eſt:ſi auctorem originis Anthenor condi
dit : Troianorum poſt Priamum celeberrimus :ſi opes centum : & amplius hominum
milia olim miſit ad bellum .cccc. equeſtris ordinis ex ſuo corpore cenſuit :ſi erudi-
tionem omniũ bonarum artium eſt hodie domicilium: & quod omnium maximũ eſt:
maximeq; conſpicuum:quum per hæc ſatis eſſet nobilis clariſſimo partu : multo facta
eſt nobilior. Ab ilio eſt Patauium:ex patauio inclytæ Venetiæ:præcipuum hodie maris:
terrarumq; decus:chriſtiani nominis ne orbis dicam ſpecimen:cuius ſtupendus ſitus al
ternis naturæ uicibus neſcias commodior ſit colentibus an ſalubrior:an ab omni exter
na iniuria tutior. Tranſeo magnificentiſſimum urbis apparatum: templa areas : põtes:
porticus:conciliabula: ædificia ſumptuoſiora publica:& priuata:ſacra & prophana:qui
bus plus pene auri ineſt q̃ tectorii : Tranſeo omnium gentium commercia : ciuium
greſſum:ſtatum:alloquium: uirorum & mulierum cultum ingeniorum præſtantiam:
morum ſanctitatem:ut plane affirmare audeam:aut hanc urbem eſſe in toto orbe om
nium præſtantiſſimam:aut nullam aliam inueniri:quæ illi cultu:uirtute:& opibus præ
ferri poſſit:Nec modicæ fœlicitatis duxerim aliquem in præclara ciuitate naſci:Plato:
cuius auctoritatem ſequor libentiſſime : uel quia ſapientiſſimus fuit : ut inter omnes
conſtat:uel ꝙ ueritatis amiciſſimus:inter pauca:quibus eſt naturæ gratulatus:eo nomi-
ne illi gratias egiſſe fertur : ꝙ Athenis potius quam alibi natus eſſet:Et Liuio talis con
tigit patria : quali neq; maior:neq; illuſtrior : niſi Romæ natus eſſet: in italia continge
re ea tẽpeſtate potuiſſet. Age uero:quod nomẽ tota quiritium ciuitate fuit Liuii appel
latione popularius? id tribunus nomen tulit:qui Romanæ plebis : totiuſq; italiæ cau-
ſam amplexus:inimicorum fraude periit:id conſul :qui Carthaginenſium Opes ad me-
taurum fregit:ſed nihil eodem amabilius : quam quum id Liuia Auguſta tulit: ut me
rito ſuſpicari poſſis:non minus gentile nomen Liuio profuiſſe ad Auguſti gratiam in
eundam:quam:aut ſtili dignitatem:aut uitæ elegantiam. Age rurſus:Ecquando ſcripto
rum: cuiuſq̃ tãta cõtigit tẽporum fœlicitas:ut difficile ſit dictu:maior ne illi materia:
an fauor fuerit ab initio cõparatus:quãto dii boni ſatius fuit ea tempeſtate floruiſſe:q̃
maxime res romana floruit bonæ artes: & diſciplinæ in precio fuere:quam ſi eius or-
tus in Romanorum regum tẽpora incidiſſet: quibus præter quam ꝙ nullus fuit in no
ua ciuitate litterarum uſus: nulla materia ad ſcribendum parata. Saluti etiam quibuſ-
dam fuit prudentiam diſſimulare:aut ſi in tribunitios motus : & procellas:quum ciui-
lis ocii turbatoribus forum:& roſtra non oratoribus ſonarent:aut in punica tempora:
quum acie cadendum fuit:aut in armis ſeneſcendum:aut in ciuilia bella:quum bis fuit
eloquentia proſcripta:aut in ea tempora:quæ auguſtum ſecuta ſunt:quibus uel unum
uerbum imprudẽter poſitum multis exitio fuit:ut haud quiſpiam facile ſtatuat tempo
rum ne fœlicitate:an ingenio magis Liuius profecerit : ſtudio & eruditione an princi-
pis præſentia:& fauore:ſequitur ſtudiorum maturitas:quæ tanta illi affuit:ut nulla ma
ior adeſſe potuerit:iam ſatis conſtat nullas latinas ab initio litteras in uſu fuiſſe : ac ſi
quæ fuerunt ad ſenonicum bellum:uſq; i infantilibus crepundiis iacuerunt: inde ad ex
cidium Carthaginis puaraſcere. Cœperunt : Adoleuerunt cum Marco Tullio: cum eoq;
maturuerunt. In delitiis fuerunt ſub Auguſto : quo extincto tacito quodammodo ui-
ſæ ſunt ſeneſcere:ut quicunq; poſt illum ſcripſerint:& ſi multæ alioqui in his fuere uir

rutes:Romanum ſonum:perſpicuitatemq; præcipuam ih ſermone ueritatem parum in-
tegre cuſtodiuerint:potuerint ne illi:& noluerint:an re ſemel inclinata temporum uitio
amplius in integrum reſtitui:nequiuerit:haud quiſq̃:ut arbitror:facile dixerit. Profuit
maturitas hæc nõ pauꝗ:ſed mľto plus materiæ dignitas:q̃ nulla maior:ſublimior: uberi
or contigit cuiq̃:niſi forte aſſyriorum rex:unde Trogus ſuam exorſus eſt hiſtoriam:fœ
diſſimaſq; ſemiramydis libidines cum ſabinarum pudicitia:cũ Lucretiæ:Martiæ:& Sul-
pitiæ caſtitate compares. Aut ſardanapali plumas:& cæterorum regum ocium & inerti-
am:cum Romuli ſolertia:Numæ religione:pugnaciſſima Hoſtili indole:Martii pruden
tia:Priſci conſilio:Seruii popularitate:Superbii acrimonia:aut Aſtyagis & Medorum ſo
cordiam cum Bruti calliditate:Cincinnati prudentia:Camilli fœlicitate: aut fugaciſſi-
mos perſarum exercitus cum Romanarum legionum robore & conſtantia:aut Theba
norum ſuperbiam:ſæuitiam Lacædemoniorum:Athenienſium imbelliam:cum Roma
ni populi manſuetudine:clementia & fortitudine:aut Carthaginéſium periuria:cum fe-
tiali iure ciuitatis:ſolemniq; bellorum cerimonia:aut Alexandri domeſticas cædes & in
tempeſtiuas ebrietates cum Scipionis in ſuos ciues ſtudio:& Cæſaris ſobrietate:aut gẽ-
tes quas Macedones bello uicerunt:cum latinorum robore:qui toties ſunt a Romanis
uicti:cum ſamnitium pertinacia:rebellionibus Ligurũ gallorum ferocia:& breui:ſi om-
nium gentium geſta:in unũ conferas:haud tanti ſint:ut cum iis:quæ unus populus Ro.
geſſit:aut uirtute:aut fœlicitate : comparari poſſint : nec ſi totus orbis terrarum hoc:
in quo nunc ſumus:templo contineretur:uerendum mihi ſit:ne nõ hanc meam de Ro.
populo prædicatiõem tam æquo animo laturus eſſet:quo eiuſdem populi tulit ipium.
Niſi forte hiſpani id audeant iſiciari:de quibus ſæpius propemodum Romæ triumpha
tum eſt:quam cum ipſa ſit gente bellatum:aut Balleares hiſpaniis propinquæ:quæ cum
multis gentibus Metellorum familiæ cognomen tulere : aut Galli : qui Romæ : qui to
ta italia :qui ſua ipſorum terra ſæpe ad internitionem cæſi dicuntur : aut britanni toties
uectigales facti:aut germani:cuius gentis cognomen plæriq; Roma.Cæſaꝶ:quia eos ui
ciſſent geſſere:qd daci:Gethæ:ſarmatæ:pannones:& Macedones:an non ab his ſunt Da
cii:Gethici:Sarmatici:pannonici:& Macedonici::partim Romano.Ducum: partim cæ-
ſarum cognomina:quid Achaia:Creta:& Iſauria:unde Iſauricus Creticus:& Achaicꝰ:Ac-
cedit Bithinici appellatio : & quæ omnium:quas diximus longe clariſſima fortaſſe uiſa
eſt:Aſianici:Cæterum Pompeius:qui de põto Colchide : hiberia:albania: Armenia Cili-
cia:Cappadocia :pamphilia:Iudea:& toto fere oriente uno die triumphauit:magni quod
plus fuit:quam ſi unius terræ tuliſſet cognomen ferre maluit:quid qđ parthi :& perſæ :
& ſi ſero dedere tamen:id decus Romanis Cæſaribus :Alexandria cum tota ægypto non
ſolum triumphata eſt: ſed ſublato ptolemæorum regno in prouinciæ formam redacta:
Iam uero cyrenenſes:Hammonii Naſamones :& garamantes triumphandi materiá cor-
nelio balbo præbuerunt:ſed quid Clarius Romæ auditum: aut quid longius illuſtratũ:
quam africanorum nomina:quorum hic Carthaginem Ro.imperii æmulam fregit:il-
le fractam ſuſtulit:quid getulici appellatio:quid Numidici:quid alia mille præclara no
mina:quæ plane arguunt Ro.Po.non ſolum gloria : imperiiq; magnitudine præſtitiſſe
cæteris gentibus:ſed uirtute etiá bellica ſuperaſſe:Et ne non i plenum prædicatio hæc
ualeret ſcythæ:& indi:ad quos Ro.arma non peruenerãt:non quia non uinci potuerit:
ſed quia quam longiſſime omnium repoſti eſſent : hi ad aquilonem illi ad orientem ſo-
lem ad Auguſtum Cæſarem legatos miſere:eius amicitiam : & ſocietatem petentes:quo
contigit:ut hoc principe tantum Ro.Po. gloria patuit: quantum nunquam alias:quod
proditum ſit:memoriæ Auxit:hác fœlicitatem optatiſſimus principis genius: qui haud
dici poteſt:maiore ne pietate ingenia ſui temporis fouerit: an honoribus:& præmiis ex-
tulerit:an præconio ampliarit:quo contigit:ut paucis ãnis tantum prope Ro.lingua cre
uerit:quantum ab urbe condita:ipſum creuerat imperium:Teneris credo uiri:& adole-

ſcentes ſtudioſiſſimi ;quibus fœlicitatis gradibus ſit Liuius immortale nomen adeptus: nunc accipite quæſo:quo ſit ille i ſcribẽdo uſus conſilio:& quibus in uniuerſum eius hiſtoria redundet uirtutibus:nam hoc illud erat:de quo me altero loco dicturum promiſeram:uos adhuc paululum quæſo ueſtras mihi aures accommodate uiri :& Adoleſcentes optimi:tantiſper inquam dum hoc quicquid eſt:quod reſtat multo breuius dicam:q̃ ab ullo dici poſſe uideatur. Zeuſis ille Heracleotes qui in uuarum figuratione adeo eſt: naturam æmulatus:ut uolucres earum ſint:ut proditum eſt memoriæ aſpectu deceptæ. Tabulam Agrigentinis figuraturus in Laciniæ Iunonis templo dedicandam publice petiiſſe dicitur : ut aliquot ingenuas puellas detractis ueſtibus per ocium ſpectare liceret : ut quod in ſingulis eximium : & elegans eſſet : una repreſentaretur imagine:ingenioſe quidem : & nouo fortaſſis exemplo:ſic Liuius nobiliſſimam ſcripturus hiſtoriam quum ſe totum ad imitationem contuliſſet:uiſus eſt mihi effingere ſibi copiã Thucididis:Herodoti cãdorem: polibii:diligentiam:& in noſtris grauitatem Trogi imitatus eſt:catonis uetuſtatem:breuitatem criſpi:Etenim ut conuerſo dicã ordine:quis eo breuior quam quum urbis Romæ originem:& origini proxima paucis uerſibus explicat: quis uetuſtior:quam quum faceſſe:& auerruncare uſurpat:& alia a faunorum:& aboriginum ſæculo repetita:aut quis grauior:quum aut ſenatorum ſententias ſcribit: aut ducum ſtratagẽmata:aut diligentior quam quum fabii:cincii:piſonis quadrigarii:& alioꝝ ſcripta comparat:aut candidior quam quum aut temporum momẽta:aut locorum ſitꝰ demonſtrat quis demum copioſior quam quum rerum conſilia ſucceſſus:& euenta late exequitur.Quis præterea in magnis ſublimior:aut quis in paruis propior:cui maior fides in dubiis conſtitit : aut in obſcuris ſignificantia : quanta rurſus uerborum copia : quantum ſententiarum pondus : quid hypotypoſis illa : quæ efficit: ut ea quæ ſcribuntur : non ſcribi : ſed geri uideantur . Taceo figurarum uarietatem : & ſi nemo fuit in tranſlationibus ſobrior : nemo in uerborum nouitatibus uerecundior. Creber in ſententiis : in affectibus crebrior : & ut breuiter dicam:nulli maior materia contigit : nullus maiore facultate ad ſcribendum acceſſit : ut dubium ſit : utrũ ſtilus materiæ : an materia ſtilo plus contulerit : tantum affirmare poſſum:ex omnibus hiſtoriæ uirtutibus:quas Cicero præclare colligit: quum ſit eadem : & uitæ magiſtra nullam aliam fuiſſe unquam:neq; ut arbitror:futura eſt hiſtoria:quæ melius uitam poſſit in omnes ciuiles diſciplinas inſtruere quam hæc:quam Liuius ſcripſit:q̃ p̃ter q̃ ꝙ omnes ciuilis regiminis explicat formas:regiam popularem:tyrãnicam:paucorũ & optimatium potentiam:nullum eſt uirtutis exemplum:ꝙ in tam longa rerum ſerie non plane eluceat:nam ſi iuſticiam ſpectes:quid Bruto:poſthumio Torquato fuit iuſtius?q ut iura & leges tuerentur ne filiis quidem parſum uoluerunt:ſi fortitudinem:quid Sceuola:Coclite:Curtio:duobus Deciis fortius:quorum hi legiones:& exercitus:illi urbem ſuis corporibꝰ texere.Quid ad hæc Catõibus:Lælio Rutilio & Sceuola prudentius.Quid Fabritio & Menenio frugalius.Quid Numa ſanctius.Quid metello & ueſtalibus religioſius:cui Coriolanus pietatis exẽplo non merito præferatur.Cui non puerpera illa:q̃ matrem in carcere uberibus aluit:cuius rei monimentum fuit ad poſteros pietatis templum publice conſtitutum:ſed quo ego prouehor:quo me ſermonis impetus rapit: qua ſi fando quiſquam breuiter complecti poſſit:quod Liuius imenſis uoluminibus uix potuit:quin inhibeo habenas Fabii contentus teſtimonio:qui tantum Romanos ait exemplis ualuiſſe:quantum omnis græcia ualuit præceptis:quum talis igitur ſit Liuii hiſtoria:ut & ad dicẽdum multum:& ad bene beateq; uiuendum prodeſſe poſſit: hoc exemplorum auctoritas præſtare poteſt:illud ſtili ornatus & elegantia:poſſitq; hæc lectio ita in omnes diſciplinas lectorẽ iſtruere:ut domi foris in curia in foro publice & priuatim ſibi : & ſuis utilis ſit futurus : quæ a te operam ingenui adoleſcentes . Nam ad uos hæc attinet adhortatio omnem curam : ſtudium : & cogitationem ueſtram

in unius Liuii lectione defigite. Hunc legite: uoluite: perdiſcite unum hunc eloquentiæ & uitæ moderatorem: uobis proponite: quod ſi: ut ſpero: feceritis: ſatis fore confido: ut uobis uſui ſitis parentibus honori: amicis emolumento patriæ: quæ uos genuit: aluit: inſtituit. Cui poſt deum omnia debetis officia decori: & ornamento operam: & induſtriam meam ad optatum rei profectum: deſiderabit Nemo. Dixi.

MARCI ANTONI SABELLICI. ORATIO DE LAVDIBVS ELOQVENTIAE IN MARCVM TVLLIVM.

r

Ecte & utiliter: ut arbitror: a me fieri contigit. Magnifici: & præſtantes uiri: adoleſcenteſq; ornatiſſimi: quod hoc proximo triennio tribus uelut pergimnaſticis actionibus de Hiſtoriæ laudibus poeticæ: & Oratoriæ certis: ſtatiſq; diebus ex hoc uobis loco copioſe diſſerui: neq; enim: quũ dicerem ſatis habui oſtendere: quantum tres illi eloquentiæ fontes: ueraq; conceptacula: ad demonſtrandum: perſuadendum: delectandum ualeant: ſed quæ cuiuſq; fuerit origo: quæ incrementa: quis in omni uita fructus: in uariis diſciplinis uſus: per partes: demonſtrandum curaui: fuitq; meum conſilium eiuſmodi: ut quum illarum uim: ſplendorem: amplitudinem demonſtraſſem. Vos iuuenes Optimi: ingenuiq; adoleſcentes ad eloquentiæ cultum inflãmaremini: tantumq; ſermone: & dicendi copia: cæteris hominibus præſtaretis: quantum homines ipſi hoc naturæ bono: cæteris præſtant animalibus. Sed quum totum hoc mecum reputo: diligenterq; conſidero: multo minor is mihi uideri ſolet: qui alicuius artis rationem explicat: quam qui perfectum aliquod artis opus: in quo nihil deſit: nihil deſideretur: ſabrefaciat. Nec: ut arbitror: Phidias ille Athenienſis tantum ſibi laudis quæſiuiſſet unquam: ſi de auro: & ebore: deq; toto opificio in frequentiſſimo Græciæ conuentu diſſeruiſſet: quam ꝙ Iouem Olympium ad ſtuporem uſq; ſpectantium: ſubtiliter: & ingenioſe fecit. Quod Mineruam Athenis: quæ ob eximiam operis elegantiam in arce locata eſt. Sentient aliter fortaſſe alii (libera ſunt hominum iudicia) ego ſic perſuaſum habeo: tantum omnem operis effectum a præceptis diſtare: quantum corpus diſtat ab umbra: plenum a uacuo: id quod recte fiat ab eo: quod quoquomodo præcipiatur: facile eſt præcipere: ut dicitur difficile præſtare. Sed quo uerius: hoc eſt: eo minus ſatis me adhuc feciſſe arbitror: qui pulcherrimas artes tantum laudaui: experiar hodie an eloquentia: quæ poeticæ filia eſt: hiſtoriæ alumna: Typum: immo ueram quandam imaginem queam ueſtris oculis admouere: opus: in quo nihil praxiteles ſculpſerit: Lyſippus fuderit: Apelles deliniauerit: ſed uerum hominem perfectum oratorem: ſi quiſquam ad hunc diem perfectus fuit: & qui naturæ prouidentia natus uideri poſſit: in quo omnes uires ſuas eloquentia fuerit experta. Et ne ueſtras aures: animumq; traham longiore uerborum Serie is Marcus Tullius eſt uiri ſtudioſiſſimi: quem hodie uobis cognoſcendum: contemplandum: ſuſpiciendum propoſui: qui magis ne Eloquentiæ debeat: an illi Eloquentia haud quiſquã facile dixerit: unũ affirmare poſſum hunc ipſũ: de quo habẽdus eſt ſermo: tantũ ĩ ſuo genere eminuiſſe: ut eius nomẽ: pro oratore: dicẽdi facultas: pro eloquẽtia ad poſteros: ſit recepta: Et Cicero tãtus quidẽ fuit: de quo: ut breuiter: & ꝑſpicue dicã: tripartita erit omnis noſtra de eius uita: & profectu demõſtratio: quæ ĩ priuata illi uita contigerint: primum ſunt nobis referenda: proximo dein loco dicendum: quibus ille

ſit caſibus in republica iactatus : poſtremo erit de eius ingenio & ſtudiis : ſermo quæ
quum omnia ordine diſcruero:& uos:quæ dixero :attēte audiueritis:ſatis ſcio futurum:
utquātꝰ uir ille fuerit :& qualis:facile iudicare poſſitis.Plato ille ueteris academiæ prin
ceps:quo nihil maius habuit Græcia.quum propter alia quædam naturæ gratulatus di
citur:Magnifici & præſtantes uiri:tum quod Athenieſis:quod Græcus: ꝙ Socratis tem
poribus eſſet natus:tanti uir ille ſummus referre arbitratus eſt:quo tempore:qua ciui-
tate:in q̄bus gentibus aliquis naſcereť : quæ omnia adeo peroportune ſub ipſum uitæ
ingreſſum:Marco Tullio affuerunt:ut ſi in uno aliquo eorum paululum uariari conti-
giſſet:nunquam:quod fari liceat:ille in tantum uirum: quantus poſtea extitit hodieque
phama celebratur:euadere potuiſſet:nam:ut miſſa faciam: quod Romæ:quod in terra
Italia natus eſt:quorum hoc ad eloquentiam:illud ad uitæ ſplēdorem:& dignitatem ma
nifeſtum præbuit iter:quid ; ſi eius ortus in Romanorum regum tempora incidiſſet:
quum nullus fuit litterarum cultus:nulla diſciplinarum cura:non qui eas traderent:nō
qui tradentibus operam impenderent.Quid:ſi exactis regibus: in tribunitias procellas:
ciuileſque diſcordias: quum ſæpius in ſacro monte : in Auentino:in Ianiculo : quæ in
foro:aut in curia dicendum fuerit:quum in armata & ſæuiente multitudine:non in to-
gata non in officio permanente:ubi plus una rudis fabella: qualis fuit illa Menenii:ua-
luiſſet:quam artificioſa ulla eloquētia.Age uero:quid ſi in gallicos tumultus:aut in pu
nica tempora:quibus tantum abeſt;ut aliqua eius artis dignatio apud Romanos fuerit:
ut qui rem ipſam per id tempus mouere : parum abfuit quin pro maleficiis ſint urbe
eiecti.Quid poſtremo ſi republica Marianis:Syllaniſqꝫ:armis:capta : quum ius:& æqui-
tas:& omnia ciuitatis ne humanitatis dicā:eſſent iura:ac fœdera:e medio ſublata:quum
unius arbitrio omnia fierent:quibus non modo non honorata fuit eloquentia : ſed ad
Supplicium etiam requiſita.At Sylla rempublicam tenente : Roſcium defendit Cicero
(id enim dicet aliquis)ſcio hoc ego:& fateor:ſed nondum ille quæſtor:non Aedilis:non
Prætor : non Conſul fuerat:nō in foro regnare cœperat:nihil adhuc erat:unde inuidia
illi conflari potuiſſet:fauebant alii naſcenti laudi:fauere potuit:& dictator Sylla. Cæte-
rū tāta illi ex ea actione contracta eſt offenſa:ut ad declinandā dictatoris iram: in Græ-
ciam nauigarit:Fœliciter igitur illi contigit:qui Romæ ſit ortus:& ſi Arpino oriundus:
qui in præclara ciuitate iam dum Italiæ principe : pluriumqꝫ terrarum domina : mox
paulo omnium gentium futura:quæ uberem naſcenti:locupletemqꝫ ad futuram digni
tatem præbuit materiam:fœliciter ꝙ in Italia:quæ ingenium:mores:linguam: ad omni
um bonarum artium cultum præparauit:fœliciter quod ea demum tempeſtate ſit na-
tus :qua non ſolum domeſtica ſtudia placebant;ſed externa etiam accerſebantur:quum
late Romanum nomen:Romanaqꝫ nominis patebat auctoritas:quum Græcorum co-
mertia placebant:linguamqꝫ:& diſciplinas uulgo mirabantur homines : quū duo Grac-
chi roſtra.Craſſus:& Antonius forum:Cato & Lælius curiā futuris oratoribus patefe-
ciſſent:quum deniqꝫ eſſent:quæ hominum ſtudia ad eam laudem:non ſolum hortaren-
tur:ſed magna etiam præmiorum ſpe propoſita ſollicitarent.Et quod omnium fœliciſ
ſime illi contigit:in ea reipublicæ tempora incidit:quibus optimatium factio ex Syllæ
inſtituto:multo plus quam unquam antea in ciuitate poterat.Atqꝫ hæc illi ab initio ob
tigere:quibus non ſolum non defuit:ſed beneficio etiam naturæ & diligentia ſuperfuit
naturæ enim commoda arctiſſime complexus:adeo cupide prima litterarum rudimen-
ta arripuit : ut omniū iudicio reminiſci nō diſcere crederet̃:recipere a p̄ceptoribꝰ :quæ
illi traderēt:nō accipere:mox blandiēte ꝓfectu:uiſum eſt ingeniū illud omniū diſcipli-
narum capax poeticen appetere:cæterū ſui priuilegii admonitus pedeſter ire maluit: in
quo genere tā clarū futuræ uirtutis apud dicēdi magiſtros depoſuit rudimētū: tantū lu
minis circūſtantiū oculis offudit:ut non magis charus p̄ceptoribus eſſet ſuis:q̃ cōdiſci-
pulis & æqualibus uenerabilis . Nobiliſſimi adoleſcētes:& in ampliſſima fortuna natis
ꝑ porticus & baſilicas euntē:nō ut æqualē & cōdiſcipulū ſed ut ſenē & magiſtrū:frequē

ti cœtu comitari. O præclarum ſtudiorum munus eloquẽtia: egregium uitæ ſpecimen:
nondum aderas:nec quatenus affutura eſſes:ſatis ſciri potuit: & te in puero obſtupuit
doctorum auctoritas:ceſſit æqualium æmulatio:nobilitatis faſtus coluit:aſſecuta eſt di
uitiarum ſuperbia. Quid optandum in uita credam uiri clariſſimi:niſi hoc omnium
maxime optabile putẽ. Cuius nõ rẽ ſolũ: ſed ſpem:non præſentis effigiem:ſed umbram
abſentis.ſic mirantur homines:colunt:uenerantur:ut non uirtutis nomen: ſed cœleſte
numen colere ſe credant. Fuitq; ille talis ab initio. Verum quibus uſus ſit præceptori-
bus domi:fotiſq; nec ordine dicere nunc uacat:nec ſi uacet:facile dixerim. Criſpus Salu
ſtius:ut minora ſtudia prætereantur:præcipuam eloquentiæ partem eum ex.M. Piſo-
nis conſuetudine adeptum credi uoluit. Plutarchus Menippum carem:poſſidonium:
& Dionyſium Magneſium:in philoſophia præceptores illi reddidit: ipſum eloquentiæ
profectum: Apollonis Molonis rettulit acceptũ:huic Romæ primum Cicero ſeſe inſti
tuentum tradidit:mox patroni nomen adeptus recoquendum ſe ſe illi reddidit: hu-
ius uox illa memorabilis: quum hunc:quem inſtituerat græce declamãtem Rhodi au
diuiſſet:dolebam inquit:prius quod Romani rei militaris gloriam noſtris hominibus
ademiſſent: at nunc ꝙ eloquentiam quoque adimant:dolendum eſt. Hoc præceptoris
omine:uel oraculo potius ſpei plenus Romam reuertitur:ubi tantum celebritatis in fo
ro eſt breui quæſitum:ut omnium prædicatione in iudiciis regnare diceretur. Concilia
uit hæc phama illi populi fauorem: fauor aditum ad rempublicam præbuit: difficile
dictu eſt quam celeri honorum decurſu. Quæſtor:ædilis:prætor: & conſul fuerit. Sed
multo difficilius q̃ innocenter: utiliter:& ſapienter rempublicam adminiſtrarit: quam
neminem iniuria læſerit: quam acer patriæ cuſtos. Iuris & æquitatis moderator
fuerit. Quæſtor ciuitatẽ aluit:ædilis excoluit:prætor inſtituit:Conſul ſeruauit: nec au-
diẽdus ẽ Criſpus:q cũ hæc immortalitatis opera ĩ hiſtoriis ꝓbaſſet:poſtea maledictis la
befactare eſt conatus:ut enim quiſq; infenſiſſime odit:ita maxime in calumniã eſt pro-
nus:ſed Ciceroni dies dicta eſt:igni & aqua interdictum domo:urbe: Italia eiectus exula
uit:quæ iniuriæ argumenta ſunt:dicet aliquis non innocentiæ: non ſeruatæ reipu.ſed
per ſcelus & flagitium adminiſtratæ:non moderati & ſapientis uiri:ſed ſeditioſi & amen
tis. Video qualia ſint hæc:ſed ſatis conſtat rempublicam nefaria coniuratione ab eo ſer
uatam:quo contigit:ut primus in toga ſit pater patriæ dictus:nec ipſe de ſe illud temere
ſcripſiſſet:o fortunatam natam me conſule romam. Quod quum ita ſit nõ exilium:ſed
exilii cauſa ſpectanda eſt:nec quouſq; progreſſa ſit iniuria:ſed unde egreſſa:non Cato Ci
ceroni diem dixit:ſed Clodius:non eum optimatium conſpiratio urbe eiecit: ſed ſcelera
torum coniuratio: ſic Camillus: Scipio Rutilius: Metellus:ab extremæ ſortis homi-
nibus in re publica uexati:ſic apud Athenienſes Phocion:Pericles: Themiſtocles & De-
metrius Phalereus:nihil eſt his fluctibus tam obnoxium quam uirtus:quæ quo maior
ẽ eo: in acriores incidit inuidiæ ſtimulos:non enim iacẽtia & humilia carpit id uitium:
ſed:ut ignis:alta & ſublimia petit:ergo nõ ꝙ Cicero patriam læſerit:in exiliũ actus eſt:
ſed quod eam in ſummo periculo ſeruarit. Clodius homo ſacrilegus & inceſtus urbe ex
pulit:ſenatus reuocauit: populus iuſſit: italia ſuis humeris reportauit.xx. ciuium mil-
lia:cum eo ueſtem mutaſſe dicuntur:quo apparet non tam eum non potuiſſe ſe tueri:
quam noluiſſe:nec ego unquã hũc exulem appellabo: cuius abſentis ſalutem omnibus
gentibus ſenatus commendauit:quem redeuntem ad portã urbis ciuitatis oſculis & cõ
plexibus per diem fatigauit:cui reuerſo populus Ro.exercitum & prouinciam deman
dauit:ſocios commendauit. Fuit igitur illud non exilium:ſed conſilium:non phamæ in-
tertrimentum:ſed ante actæ uitæ monimentum:quo nullum maius:pulchriuſq; in libe
ra ciuitate cuiquam contingere potuiſſet:per hos ille fluctus:alternoſq; fortunæ flatus
uarie agitatus:iã magna pre uitæ exacta:uelut ex alto & procelloſo mari ſe ſe in tutiſſi-
mũ philoſophiæ portũ recepit. Turbato ciuitatis ſtatu:ſublatis iudiciis: cõuulſa domo.
Q.fratre aliẽato:Terẽtia ꝓbroſe exacta:Tuliola immatura morte adẽpta quũ neq; pu-
neq; priuatæ rõnes cõſtarẽt illi amplius ad rei litterariæ aſilũ mens tot cladib⁹ cõcuſſa

uelut ad unicum malorum ſolatium ſe contulit:ſed quanto pulchrius fuit: honeſtiuſq;
id facere:quam ſi ad inertiam:& deſidiam ſe dediſſet:tanto mehercule Romanæ linguæ
conducibilius:& enim uidetur mihi Cicero una manu philoſophiam:altera eloquenti-
am Romanæ urbi intuliſſe:effecitq; togatorum unus: quod tota alioqui Roma nequi
uiſſet : ut quantum iacturæ per id tempus fecit ciuitas in amiſſa libertate: tantum in
linguæ propagatione reſarxerit:fieret: itaq; nũc a me & honeſte & uerecunde:ſi quum
de ſummi uiri:ac propemodum diuini dicendum ſit:ingenio:fandoq; ſim omnia mino
ra facturus:ſi rei magnitudini cederé : pauciſq; apud nos teſtatum relinquerem : quod
multis exprimere non poſſim.Neminem unq̃.M.Tullium:aut dicẽdo æquaſſe:aut ſcri-
bendo aſſequi potuiſſe.Nulla quidem pars philoſophiæ eſt: quam non ille erudite: ele-
ganter:& copioſe tractauerit.Abit primaria quadam partitione res ipſa : in naturalem:
moralem:& quam a loquendi facultate noſtri ſermocinalem dixere. Prima illa in phyſi
cen abit:& methaphyſicé:ſupernaturalia hæc(quod uox ipſa declarat)diuináq; contem-
platur naturam.Mundum illa:cœliq;:& ſiderum conuerſiones cum iis: quæ ad opifici-
um naturæ pertinent:complectiturq; linearum:& numerorum rationem: diſciplinas &
artes illas:quas græca uoce mathematicas dixere: pars altera in politicen abit Oecono-
micen & monaſticen:quæ reliqua eſt in Grammaticen:Poeticen : Rhetoricen: & diale
cticen:ſi methaphyſicen ſpectes: tres illi occurrunt libri:quibus eſt ille deorum naturã
complexus:& ſi:quæ de fato & diuinatione ſcripſit: non multum ab his diuerſa uideri
poſſunt:ſi phyſicen Arati materia de mũdi eſſentia: liber Thimeus & Protagoras in la
tinum uerſi:ſi politicen:ſex de re publica libri: quorũ unus hodie extat:tres de legibus:
totidem ad Ciceronem filium:qui de officiis inſcribuntur:ſi œconomicen peculiare Xe
nophontis opus:quod in latinum uertit:& in Catone maiore non pauca: in eum uſum
ſcripta reperiuntur:Monaſtice:& ipſa non aliqua ſibi uendicat:in paradoxis & tota Læ-
lii materia:Tuſculanæ quæſtiones:diſputationes academicæ:libri de bonorum & malo
rum finibus:qbus nõ ſtoicoꝝ ſolũ:ſed omniũ illuſtrium philoſophorũ colligunt dog-
mata:non quia aſiſtatis fuerit:ſed: ut quid e multis optimum eſſet : melius intelligere-
tur.Ad poeticen uero Arati carmen:& tres de temporibus libri pertinẽt:ad dialecticen.
Topica ad Trebatium:ſed Rhetorices multo plures ſunt libri: duo de inuentione: qui-
bus tris poſtea libros ad.Q·:fratrem ſubſtituit:& aliud ad Brutum de perfecto orato-
re opus.Alterum ad Hortenſium:& filium:de partitione oratoria : quæ tam multa ua-
rie & copioſe ſcripta . Siquis altius ſpectet : nihil eum præter id unum : in tota ui-
ta egiſſe Fateatur neceſſe eſt:contra: ſi ciuilia:˜& forenſia acta: non modo non ad ſcri-
bendum fuiſſe illi ocium dixerit:ſed multo maius in foro & in re publica:negocium :q̃
ut ad ſcribẽdũ idoneus eẽt magnus:itaq; Cicero in philoſophia:ſed multo maior:ac ſine
æmulo:ſi romanos ſpectes in eloquentia:nullus in paruis proprior:i mediis cultior : in
magnis ſublimior fuitunq̃ :lenis:concitus:ſublimis:pugnax : & ad omnes dicendi uir-
tutes:non accõmodatus ſolum:ſed natus:inuentione:uero conſilio:diſpoſitione talis:ut
cæteros oratores q omni ætate fuerũt:uno dumtaxat Demoſthene excepto:poſt ſe pro-
cul reliquerit:huius in omnibus perquam ſimilis:in elocutione:ſi diuerſus non tamé in
ferior:grauior ille:hic copioſior: ille ſtrictius pugnat : hic latius : ille acumine nititur :
hic pondere:nihil illi detrahi poteſt:huic nihil addi:maior ille ſtudio:hic natura . Mul-
tæ præterea in multis:qui cum eo uixerunt:quiq; poſtea ſecuti 'ſunt : extiterunt uirtu-
tes:ut in.C.Cæſare dicendi uigor:in Cœlio indoles:ſubtilitas in Calidio:grauitas in Bru
to:in Sulpitio acumen:in Caluo ſanctitas:in Pollione diligentia: in Meſſala dignitas:co
pia in Seneca:in Aphricano uires:uox in Trachalo:in Criſpo iucunditas:in Afro matu-
ritas:in'Phinio elegantia.Cæterum:quum ſingulæ uirtutes in'ſingulis fuerint: laudentur
que aliæ in aliis:unus Cicero in omnibus eminentiſſimus fuit:ut merito credi poſſit:
a muſis aliquãdo:& gratiis in ſacrariũ eloquẽtiæ admiſſus:unde deprõpta ſit illi indoles
qua pro Roſcio dixit copia:ꝑ Põpeio: pro Milone ingenium:pro Cœlio urbanitas:pro
Cluẽtio ſides:in Piſoné acerbitas : ad Põtifices eruditio:unde uis illa:qua ꝓſcriptorum

filios ad honores reuocauit: Agrarias leges publicæ diſcordiæ ſeminariū ſuſtulit : qua
Catilinam accuſauit: Verrem obruit: Antonium hoſtem iudicauit. Sed quū in omni ge-
nere ſermonis humanæ eloquentiæ faſtigiū exceſſerit Cicero: alioſq; ſine controuerſia
ſuperarit: in iis actionibus: quibꝰ eſt Antonius inſectatus: quod opus: hoc anno: quod mi
hi & uobis bene uertat: interpretandum ſuſcepi: adoleſcentes optimi: lōge ſeipſum ſupe
rauit: uideturq; mihi Cygni auis notiſſimæ naturam imitatus: qui: ut poetæ quidā ſuo
carmine teſtantur: & Plato affirmat: tum ſuauiſſimos edit cantus: quum fatalem ſentit
horam aduentare. ſic Cicero ſenſit: quidem & credidit: ſed: ut publice libertati cōſuleret:
exitiale illud Antonii odiū: funeſto eloquentiæ ſpiritu: in ſe armare non dubitauit: qua-
re hoſtis ille nuper iudicatus inito cum Octauio: & Lepido: ad Euenum fluuiū triumui
ratu: in magno proſcriptorū numero Ciceronē primo loco rettulit : nec ita multo poſt
nefarius homo: nefarii uoti: ſceleſtiſſimo populi miniſterio: factus eſt compos : peremit
dirus ſatelles circa formias: nō ſolum eloquentiæ patrem: ſed ſui capitis: patronum : ca
put & dextram triūuirali menſæ intulit. O crudele facinus: ſpectaculumq; lachrymabi-
le. O dira & crudelia tempora: tuq; Antoni ſceleſtiſſime: tu ne in ipſo humanitatis domi
cilio: in ea familia natus: cui tantum ſplendoris attulit eloquentia: caput hoc eloquen-
tiæ conſecratū: cui toties ſenatus aſſenſus eſt: cui forenſis turba perpetuo ceſſit : quod
Ro. populus coluit: Italia ſecuta eſt: omnes gentes tantum tribuerunt: quantum toga-
torū nulli: tuis temulentiſſimis interponere epulis nō dubitaſti: tu diſertiſſimæ linguæ:
per quam innumeræ gētes romane loqui didicerūt: illudere es auſus: diſpereat dies: qui
te genuit: Bibas totam italiam: deuores Aſiæ tributa: fatiges Aegyptum luxuria : ſacra
tiſſimo nomini eloquētiæ ignoſcas: an ignoras amentiſſime quantū odii ex iſto ſcelere
feras: q̄tū ſis ad poſteros laturus. i nunc & quando quod libet: licet: facundum caput: ex
roſtris ſuſpende: quid aliud id ſit: q̄ ſcelus ſceleri addere: tuum dedecus prodere: omnium
gentium in te odia inflammare: ſpectat urbs Roma ſui eloquii decus: contumelioſe ſu-
ſpenſum: ſpectat quidem & dolet. Illud laudat: te execratur: alli æternitatem: tibi exitium
ominatur: illud eloquentiæ te temulentiæ uindicem uocat: facūdum ſpargerent omnes
caput floribus: ſi ſint libera ſtudia: te lapidibꝰ obruerent: & ne querela hæc longius pro
cedat: perierunt cupiditates & libidines tuæ: periiſſet & nominis memoria: niſi ad inuidi
am ſupereſſet: cōtra uiuit Cicero: quem per te extinctum putaſti: uiuit inquam hodie: ui
uetq; ſemper: iā nunc Roma ipſa clamat: altaq; teſtatur uoce: uultq; plus illi q̄ tibi debe
re: ſed qd tibi dixi : cui nihil debet: præter ſcelera: plus dico q̄ cuilibet maiorū: plus unā
Ciceronis linguam ſibi contuliſſe ait: q̄ Bruti indolem in aſſerenda libertate : quā in ea
ſtabilienda Valerii populare ſtudiū: q̄ Fabritii cōtinētia: Curii frugalitas: charitas Decio
rum: Camilli celeritas: Fabii cunctatio: Scipionum fœlicitas. Marii ferocia: Pompeii pru
dentia: & auctoritas. C. Cæſaris ſucceſſus. Iecerunt alii clariſſimi imperii fundamēta: alii
iacta ſtabiliuerūt: multi ſtabilita uirtute & fœlicitate auxerunt: ſed: ut ſunt res humanæ
fluxæ: & caducæ: & quæ fortunæ nutu: uel potius ꝓuidētia modo huc: modo illuc: tranſ
ferūtur. Excidit moles illa imperii. Ea ciuitas: quæ fuit arx & caput omnium terrarū:
nunc multarum gentium famula facta eſt: potuit tempus & uetuſtas: quæ omnia confi
cit: quicquid Ro. indoles: tantaq; uirtutum præſtantia quæſiuit: funditus euertere: uni-
us Ciceronis opus nō potuit. Defierunt Romanis parere ligures: Thuſci Latini: Campa
ni Picētes: Lucani Brutii: aliæq; italiæ gentes: Defierunt: Hiſpani: Galli: Germani: Defiit
reliqua Europa. Romanæ linguæ uſum: cuius propagandæ Cicero auctor fuit: adhuc
nulli repudiarunt: quo uno ſe Romanis adhuc inferiores fateantur: neceſſe eſt: quia ho
rum lingua nec alterius gētis ſit omnibus communis. Quo igitur certius: pulchrius: uti
lius fuit Romani eloquii: q̄ imperii fines propagaſſe. Eo ſane maior: plenior : cumulati-
orq; gloria eſt: Ciceronem apud omnes gentes : ſecuta: quem unum omnnū uobis imi
tandum cenſeo: Veneti adoleſcentes: hunc uobis uitæ ducē: exēplum proponite: atq; eo
libentius imitamini: quo meliora tempora q̄ ille nacti eſtis: & in re pu. ſanctius inſtituta
uerſamini: in qua æquatum ē ius omnibus: nullius eſt iniuria formidāda: ubi de re pu.

libere loq licet:cliētes & hoſpites tueri:ubi uirtuti p̄mia ꝓpoſita ſceleribꝰ & flagitiis ſupplicia:ſed quū p cætera ē:ſit ille uobis ſtudio ſequēdꝰ:tn̄ i hac lectiōe p̄cipue:q̄ hoc anno publice enarrāda ē:hāc adoleſcētes optimi cognoſcite:ediſcite:arripite:auideq̧ amplexamini hāc tāto itētiorē operā nauate:q̄to maior:copioſior:ſublimior:Cic.hic extitit q̄ alibi:agite atq̧ ita foř dſpōdeo:ut ex huiꝰ lectiōis ꝓfectu:dōi parētibus totiq̧ familiæ i foro amicis & cliētibꝰ:i curia pr̄ibꝰ:ac pr̄iæ magno cōmodo futuri ſitis & ornamēto.

M. ANTO. SABELLICI COCCII ORATIO DE PRAESTANTIA LATINAE LINGVAE IN PLAVTVM.

m Arcus Varro Romanoꝝ litteratiſſimus:Magnifici & præſtantes uiri:ingenuiq̧ adoleſcentes : Epiſtolonis auctoritatem ſecutus:Plautino ore credidit muſas locuturas: ſi latina lingua loqui quandoq̧ uoluiſſent:quibus uerbis duo illi tantum Plauto tribuiſſe uidentur:q̄ tum latinorū nemini:quod ſciam: fuitq̧ id teſtimonium:quum mihi ſemper gratum tū hodie ſupra quam dici poſſit:& gratum:& iucundum:quanto enim maior eſt Plauti laus:q̄to dignitas celebrior : pluriumq̧ teſtimonio probatur : eo in maiorem ſpem adducor ita fore:ut omni ſtudio:induſtria:& diligentia : ſitis uos adoleſcentes optimi huic lectioni quam uobis hoc anno enarrandam propoſui: mecū operam daturi.Cæterum:ſi uerus eſt Varro:ſi uerus Epiſtolo:qui Varronē in eā traxit ſententiam:uix tantum unius laude nobis gratulandum eſt:quantum communi nomine dolendum:quod Romanam lingnam ad hunc diem muſæ non receperint: uel quia rudis ſit:inepta & inculta:& id circo non potuerint:aut quod magis optabile ſit: quia deæ ſint nec humana uoce indigeant:& ob id recipere noluerint:ſed utcumq̧ res habet : enitar ego totis ingenii uiribus:quæ q̄ tenues ſint:quam parum ualide : ni unquā obſcure præ me tuli:nitar iquā:daboq̧ operā uirili parte:ut mox paulo illud omnes teneatis: ex omnibus linguis:quibus humanæ gentes utuntur:quæ ſono:accentu : ſpiritu : prolatione:multum inter ſe diſcretæ ſunt:nullam ea quā poſtremo latini habuerunt eſſe cultiorem:nullam magis amabilem:nullam digniorem:qua non ſolum muſæ in quarum tutela ſunt poetæ:uti uelint:ſed ipſe ſupremus deus in cuius poteſtate ſunt poetæ : & reges:ſi opus ſit uſurpare:non recuſet:uos uiri:& adoleſcentes ornatiſſimi huc aures: quæſo huc oculos aduertite hunc animum:& mentem intendite: dum non minus pie q̄ officioſe eum ſermonem qui mihi uobiſcum communis eſt:a fœdiſſima calumnia uindico ſeduloq̧ demonſtro:tantum Romanam linguam iis quæ ſunt cæterarū gentium auſpicatiore:ortu:cultu:uiribus:celebritate præſtare q̄tum Roma ipſa : in quo nata eſt:i & coaluit magnitudine imperii:nominiſq̧ celebritate præſtitit : & ut de tota re commodius dicam:repetēda eſt nobis prima rei litterariæ origo:quarum complexu omnis uis & ratio loquendi continetur:quibus qui præditi ſunt:uulgo eruditi habentur:& ad beatam uitam agendam præ cæteris idonei:qui igitur mortalium primi hoc ſingulare uitæ bonum inuenerint in medio:ut uideo:relinquitur:quidam phenicibus:id inuentum aſſignāt:alii ægyptiis:Plinius cuius non parua eſt apud omnes auctoritas antiquiſſimum putat:apud aſſyrios litterarum uſum:qui rem altius mihi perſcrutati uidentur : eius rei primordia ad Aethiopas referunt:ut ea gens id inuentum Aegyptiis per manus tradiderit:Aegyptii phœnicibus: Phœnices græcis:græci latinis:latini ad cæteras gentes tranſmiſerintꝰ: & ſi ſatis conſtat litterarum uſum in libya:& ad occidentem ſolem ex phœnice tranſlatitium eſſe:ut ex græcia in ea aſiæ ora:quæ a Pamphilio:licioq̧ mari helleſponto: propontide:& Thracio:boſphoro alluitur:& res ipſa per tot gētes adhuc euagata ēt in qua propaganda accidit:ut dum quælibet dialectos linguarum dico proprietas ſibi rē accomodat:& litterarum figuræ:& figurarum uoces nō parua ſint ex parte immutatæ: quum una omnibus fuerit ab initio origo:quæ animalium figuris:cæterarumq̧ rerum

mæ pars urbis non ícelebris:quæ quo uetuſtior res eſt:eo plus admirationis habet:nec quia antiquior res ſit apud illos:idcirco melior:antiquius ilium roma:Pataulum Venetus:ſed roma & uenetiæ multo illis clariores:non enim res æuo:ſed uirtute & proſperitate penſautur:ſed dicat hic aliquis:quid audes ne uir optime latina ſtudia cum græcis comparare:aut ſcripta ſcriptis:aut ingenia ingeniis conferre.Ego:& ſi plane uideo:quãtum inuidiæ ſim mihi ex hoc certamine concitaturus:præſerti quum nulla ſit talis cõparatio:quæ non eadem ſit & odioſa:quia tamen omnis contentio:quæ pro patria ſuſcipitur & honeſta & laudabilis eſt libens:negocio occurram:unde ſi non ingenii:at pietatis:quod æque erit gratum:laudem omnino aliquam reportabo.Vos uiri & adoleſcẽtes ſtudioſiſſimi:attendite quæſo dum ſigna ſignis:ordines ordinibus conferunt:ſpectate initium pugnæ:uarios conflictus:totiꝰ rei exitum conſiderate : ac quæ ſint noſtratiũ litterarum uires:quantum omni ſtudiorum genere polleant:cognoſcite : proferet inde græcia aciem explicatura:rorarios:accenſos:& ferẽtarios:per quos pugnam ineat:erũt hi Ariſtarchus:Crates:Euſtathius:Apollonius:Herodianus:Iulius:Pollux:& alia illuſtrium grammaticorum nomina.(nam flores hominum non fecem legimus.)Verebor ego his opponere Donatum:Seruium:Apronianum:Lactantium:Priſcianum : aut ſi uetuſtiora delectant nomina:Palemonem:Caprum:Diomedem:Phocam:Meliſſum:Probum:& alios ꝙ plurimos:qui ſi in ordinem redigantur:non ſolum manipulos:ſed centurias prope modum explebunt:nec uereor ne multi ſint paucis terga daturi : aliarum gentium eſt fugam meditari:Romanorum:aut in ueſtigio cadere:aut hoſtem profligare.Quid:poetæ:ſtabit ne Meonides ille:uelut Hercules in olympico agone:cũ quo nemo audeat cõgredi:An potius hinc Maro fortiter ſe ſe illi obiiciet:manum conſerturus:qui : & ſi paruus corpore:tanquam alter Tydeus inuictus pugnam ciebit:maior ille ingenio:hic diligentia:ille copia:hic uenuſtate:plus ille carnis habet:hic plus neruorum : ſuccenturiaẽ illi Antimachi grauitas:Heſiodi copia:Theocriti proprietas:Apollonii diligentia:Piſandri ferocia.Huic noſtro Macri elegãtia:Silii maieſtas:Papinii robur:Lucani uigor: Flacci indoles:Ouidii copia:& urbanitas:mouebit inde Barbiton Pindarus : mouebit hinc Flaccus Horatius:inde lyram Alceus:hinc Valerius Catullus.Ornauit Pyndarum Alexander:cuius defuncti edibus pepercit.Ornauit Flaccum Auguſtus:qui ex paupere diuitem fecit:ex obſcuro nobilem:qui in amicorũ numerum recepit.Audax Alceus:qui Tyrannos inſectatur:audacior Catullus:qui.C.Cæſarem:a quo tyranni & reges uicti ſunt: armatũ carmine proſcidit.Stant inde in cothurno Sophocles & Euripides:ſtant hinc Pacuuiꝰ & Accius.Celebrant inde Elegi Calimachum & Philotam: hinc Tibullum Propertium & Naſonem.Vendicat ſibi græcia ueterem comœdiã:iactatq; in ea Ariſtophanem Cratinũ:& Eupolim:uendicat ſibi latium recentem ſatyram.Probatq; in ea Luciliũ:Perſium: Iuuenalem miratur:geſtiunt in ſocco Menander & philemon:geſtiunt hinc multo plures Cecilius:Plautus:Neuius:Attilius:Terentius:& Turpilius.Mirantur graii in hiſtoria:Cadmũ:Mileſium:Ephorum:Theopõpũ:Eratoſthenem:Thucididem:Herodotũ: Polybium:Clytarchũ:Dionyſium:& Appianũ:mirantur Latini:Portium Catonẽ:Feneſtellã:Liuium:Criſpũ:Trogum:Valerium:Tranquillum:Tacitũ:&.C.Plinium:qui uniuerſæ græcorum phalangi:quum elegantia:tum copia tuto opponi poſſit. Stupuerunt Athenæ in Demoſthene eloquiũ:in Aeſchine:Hiperide:Demade:& Pericle:qui coruſcare dictꝰ eſt:& fulmina ciere:at Roma in.M.Tul.non ſolum ſtupuit:ſed eloquẽtiã ipſam non hominem ſe audire putauit:ſtupuit in Grachis:in Cato.A.Hortenſio:Meſſala:Pollione:Celio.C.Cæſare:qui non coruſcare & tonitrua ciere dictus eſt:id enim non hominum eſt:ſed ſuperũ.At certe eo ardore dixiſſe fertur:quo bellauit:clari apud illos rhetoricæ artis ſcriptores.Leontinus Gorgias:Iſocrates:Traſimachus:Theodectes:Atheneus Ariſtoteles:Theophraſtus:Theodorus Bizantius:& Apollodorus:clari apud Romanos Portius Cato:Antonius:Cicero:Celſus:Lenax:Virginius:Cornificius:Statrinius:& ꝗ cũ quolibet græcoꝝ diligentia & facundia cõferri poſſit Fabius Quintilianus. Illuſtrarũt inde mathematicæ artes Architam Tarentinum:Archimedem ſyracuſanum:Euclidem:

Prolæmeum : illuſtrarunt hinc Nigidiuḿ: Varronem:Boetium:& Campanum. Inſignes
illic aſtrorum cultu Aratus:Eudoxus:& Empedocles:neq; hic ignobiles:Sulpitius: Gal-
lus:Manilius:& Lucretius:ſed quo tuis Sabellice:quo cootétionis ſtudio raperis: iam co
uentum eſt:ubi aut Victrici græciæ porrigendæ ſint manus:aut in ueſtigio cadendum:
Ecquem tibi Thaletem dabit italia:ſi phiſicen ſpectes:quem Anaximandrum:Anaxime-
nem:Anaxagorá: Arcelaum:quem pythagoram:Democritum: Heraclitum:quem ex eo
numero : qui naturæ cauſas ſuot tanta indole perſcrutati : uel ſi cauſarum demonſtra-
tiones intuemur:quem Socratem monſtrare poterit:in tota turba quiritium: quem Pla
tonem:Ariſtotelem:Theophraſtum : Senonem:Chryſippum:Cleantem:poſſidonium:&
alios ſtoicæ diſciplinæ uiros. At uidete quantum mihi audaciæ ne nimium dicam ſuper-
ſit:audeo affirmare:ſi in aliquo congreſſu pares fuimus græcis fore:ut in hoc multo ſu
periores futuri ſimus:ná dicite quæſo utrũ maius eruditius ſublimius rerũ cauſas ſcruta
ri an cauſarum cauſam utrum præſtantius naturæ opera:an ipſam oaturam utrum mi-
rabilius:quæ oculis:& auribus percipiuntur cognoſcere:an quæ tantum ſpiritus elatio-
ne.Magnũ quidé é de cœlo:& múdo:de ſyderibus & planetis diſerere:de ortu & occaſu
ſyderum:de tota cœli conuerſione:de pluuiis:fulguribus:tonitruis:corruſcationibus :&
cæteris tempeſtatibus:de elementis:de animalibus: plantis:ſeminibus:arboribus:& lapi
dibus:& ut uno uerbo dicam de toto opere naturæ:ut illi fecerunt diſputare:ſed multo
maius & mirabilius: de deo: qui cœlum & omnia:quæ cœlo continétur : mouet:diſpo
nit:gubernat:haud dubie:quo nobilior é materia:q̃ tractať eo diſciplina & ars pſtátior:
eſt maioreq; laude & admiratione digna:Methaphiſice materia deus eſt:nihil é deo ma-
ius:nihil aut beatius:aut perfectius:ergo neq; methaphyſice ulla eſt maior ſcientia:nulla
ars ſublimior:nulla diſciplina perfectior:in qua nemo é ita rerum humanarum expers:
ut græcorum io hac parte oblucinaméta comparare audeat:cum Theologica luce:quæ
romanarum litterarum complexu continetur:niſi forte aliquis: aut Anaxagoræ tene-
bras miretur:aut Socratis deſperationé:qui ſe nihil ſcire confeſſus eſt: aut Empedoclis
arctas ad ueritatem ſemitas:Democriti cecitatem:ambiguitatem Heracliti:aut duo im-
pietatis præcipitia:epicurum:qui prouidétiam ſuſtulit:& prothagoram:qui deum in du
bium uocauit:ſcripſit fateor Plato aliqua i ea materia:ſcripſerũt & alii quidé: ſed admo
dum pauci:fueruntq; omnino minus impii:ſed hos in cymeriis tenebris uerſatos affir-
met:neceſſe eſt:qui Auguſtini ſubtilitaté non ignorat:qui Hieronymi copiam:Ambro
ſii fidem:Gregorii pietatem:qui Thomæ robur:Scoti acumen:Anſelmi indolem : Ber-
nardi ſuauitatem:Tráſeo Alexádrũ:Igidiũ: Leonem:Tertulianum:Cyprianum:Lactanti
um:& alia chriſtianæ fidei lumina:per quæ oobis ueritas patefacta eſt(quam illi nõ ui
derunt): nec tantum patefacta ſed oculis etiam admota:ſummum bonum in aperto cõ-
ſtitutum:cœli fores ſequétibus recluſæ: per quæ cœleſtis arcani compotes facti ſumus:
quæ neq; illis cõtigerũt:neq; ea cœcitate tempoꝝ contingere potuerunt . Et italia fœ
lix terra ſuperis amica:mortalibus coléda:iam & lætari fas eſt:& gloriari:ceſſit tibi græ
cia bellica uirtute ceſſit:imperio ceſſit eloquentia ſua ipſius coofeſſione:cedit hodie ſa-
pientia:neq; enim diſputandi:præcipiendiq; ratio eſt uera ſapientia:ſed ueri dei agnitio:
ueræq; religionis cultus:nec mihi græcia nũc demum inclinata acie academicos ſtoi-
cos peripateticos:aliaſq; illuſtris philoſophorum obiiciat familias:ſunt & nobis multo
illuſtriores:Minoritani:Prædicatores:Heremitani:Carmelitæ:Crucigeri:Ieſuani :Hiero-
nymitæ:petreii:& alii numeroſi coetus:qui & morum ſanctitate:ueraq; ſapientia longe
antecellunt:iactabunt illi nobis capillum:barbam:pallium: & crepidas:nos illis caluam
tunicam cilicinm:& pedum nuditatem:illi præceptis gloriantur.Hi:quod plus eſt exem
plis:& uirtute ꝓbát illi inopiá & abſtinentiá:hi ſua ſpõte colũt:& obſeruat:& quod præ
cipue eſt in noſtris probabile: quum innumeræ ſint initiatorum familiæ : Cerimoniis
ueſtitu:caltiatu:diſcretæ:omnibus tamen una eſt ſententia:ut deum in trinitate: trinita
tem in unitate colát & adorent:quum ueteribus philoſophis:quos uetus iactat græcia:
neq; mens una:neq; ſenſus unus in uno aliquo duobus fuerit . Ergo nihil illi relinqui-

tur:nam hoc dicet aliquis:imo multum meminimus:& fatemur tantum latinos illi di
ſciplinarum nomine debere:quantum filii recte inſtituti optimis debent parentibus:ne
mo inficiatur:inde ad nos primo litteras fluxiſſe:inde bonarum artium diſciplinas glo
riamur:etiam id munus ab nobiliſſimo hominum genere : ac longe facundiſſimo:po
tius q̃ a barbaris acceptum : uerum quando ſic accidit:ut res noſtrorum ingenio:& dili
gentia ſupra modum creuerit:ſitq; maior oı̃no profectus ſecutus:q̃ ab initio aliquis ſpe
rare fuiſſet auſus: nam quod ad liguæ propagationē attinet:præter Italiam:ubi res orta
eſt:& mirifice coaluit:Hiſpani etiam Latino utuntur ſermone: galli: germani: Rhoeti:
Norici:Liburni:Delmatæ:Illyri:Pānones:Triballi:Daci:Sythe:Sarmatæ: Britanni:& Hi
berni:& ut breuiter dicam : latine loquūtur:quæcūq; gentes a Thanai & boſphoro:Cy
merio ad Athlanticum mare:& Ibericum:Oceanum longe : lateq; Europam incolunt:
ferant : itaq; græci hunc Italiæ ſucceſſum: cuius & imperium tulere : nec indigne fe
rant: parentes a filiis ſuperari: præceptores a diſcipulis clarus fuit Priamus Thelamon
& Peleus:ſed multo clariores Hector:Aiax: & Achilles : qui ab illis procreati ſunt illu
ſtres:Proconeſius:Ariſteus:& Dionyſius:Magneſius:ſed multo illuſtriores Homerus:&
Cicero:a quibus illi inſtituti fuerunt:enimuero natorum uirtus:diſcipulorumq; celebri
tas patribus:præceptoribuſq; non dedecori ſunt:ſed laudi:quod quum ita ſit uiri:& ado
leſcentes optimi:ut latina lingua origine:cultu:incrementis:ſucceſſu:fœlicitate omnes
alias antecellat:ſitq; omnium celeberrima:& ob eam rem non indigna:qua non ſolum
muſæ : ſed deus etiam immortalis:ſi humana ſit opus uoce: quum propter alia multa:
tū qa uerus in ea contineatur pietatis cultus: ſit libenter locuturus. Summa ope nobis
adnitendum eſt:ut & morum integritate:& humanitate inſigni digni illius cultores ha
beamur:cæterum uos optimi adoleſcentes:& hæc ſimul preſtare oportet: ſimulq; dili
gentiam adhibere in Plauti lectione cognoſcenda:quam hinc interpretari agredicmur:
qui ſi:ut ſtrenui milites:mihi frequentes affueritis:quales uos eſſe:& cupio:& opto: da
bo operam:ut me Ducem:neq; ſegnem:neq; inertem experiamini.Dixi.

M.AN.SABELLICI COCCII ORATIO DICTA VENETIIS IN FVNERE ZAC
CHARIAE BARBARI EQ VITIS ET PROCVRATORIS DIVI MARCI CO
RAM PRINCIPE ET SENATV.

Ihil eſt ſereniſſime prīceps:patres:& Viri ampliſſimi:qd ego
aut ſæpius: aut intentius ſim ſolitus a deo optimo maximo
precari:quā ſiue īgenii ī me eſt:ſiqd dicendi facultas:ſiqs cul
tus copia in ſermonis : ſiquis deniq; meorum nunc eſt ſtu
diorum uſus : aut deinceps eſſe poterit:hunc ipſum ita mihi
omni tempore loco occaſione diſponere liceat:ueſtriſq; lau
dibus:& ornamentis accomodare : ut pro publica & priuata
ampliſſimi ordinis ueſtri in me beneficentia non in te tan
tum:Auguſtine princeps optime : & in hos uiros patritios:
qui hodie tecum rem Venetam tam ſœliciter: quam ſapien
ter adminiſtant:grato ſim aīo exiſtimandus : ſed grata etiam:piaq; in eos memoria:qui
ex hac uita deceſſerunt:quando & illi pari ſtudio : & pietate contenderunt: ut imperi
um hoc:quā opulentiſſimum a ſe uobis p manus traderetur. Eſſem ego uere ingratus:
ne impius dicam:ſi hoc ſtudio:& uoluntate in eos eſſem:qui utiliter hodie in ueſtra re
pub.uerſantur:illoꝝ memoriā:qui tantū decus:tantas opes : ſua uirtute quæſiuerūt:&
qui quæſitas tueri:& augere perſeuerarūt:nullo pietatis pſequerer officio: patererq; ne
fario ſilentio taliū uirorū memoriā oblitterari:præſertim quū nulla gens in terris:nul
lus populus:nulla ciuitas poſt diuinos honores:ſtataſq; ſacrorū Cerimonias: tāta defun
ctos pietate proſequatur: ac ueneratione:quāta ueſtra hæc:quam illi inſtituerūt īſtitutā
uobis reliquerūt:Accedit huc:quod & uetus eſt: & a multis gētibus receptū: ut iis q de
repub : de ſuis ciuibus bene meriti eſſent:nō ſolū magnifice funerarent : ſed p cōciōe

etiam uitæ ante actæ amplũ redderetur:illis teſtimoniũ: publiceq; laudarentur. Quod:
quũ ita ſit:ſatis ſcio me ex hodierno officio:ſi nõ ingenii(nã q̃ ſit in me tenue ieiunũ &
infirmũ obſcure nũq̃ ꝑtæ me tuli)at graritudinis laudẽ:& pietatis:haud dubie reporta
tuꝝ:quod Patritii uiri:quod equitis ſplẽdidiſſimi:ſenatoris optimi de re repu. de uni-
uerſa ciuitate bene meriti:memoriã laudaturꝰ:celeberrimũ hũc locũ cõſcẽdi.Id ego : ut
ſtudioſius facerẽ:nihil æque me ac ueſtra hortata ẽ pietas: princeps: & patres optimi: q
ciuẽ hũc dignũ cẽſuiſtis:quẽ tã celebri frequẽtia:tãto reꝝ apparatu: nouo pene exẽplo
extuliſtis.Cæteꝝ uellẽ ego quãdo ad hoc ueni:ut de ꝑſtãtiſſimi ciuis laudibus dicerem:
tãtũ mihi tẽporis ad id dari:ut ꝑ omnes ipſius uitæ laudes libere noſtra euagari poſſet
oratio:quod ſi de ingenii ꝑſtãtia:de cõſilio:comitate: tẽperãtia . Cæteriſq; animi uirtuti
bus:ſi de corporis cultu:ſenatoriaq; maieſtate:ſi de maiorum ſplendore: & amplitudine:
aliiſq; uitæ ornamẽtis ordine dicere liceret:tã ampla & redũdans agẽti mihi ſeſe apiret
materia: tã uaria multiplex:ut nõ unde principiũ ſumẽdum mihi eſſet: aut qua ſequen-
dũ ꝓſpici oporteret:ſed inſtituti ſermonis exitus ſollicite reqrendus. Verũ:quia nõ adeo
multa cõplecti in tãta tẽporis daẽ anguſtia.Dabo ipſe operã:ut nullius rei magis hodie
q̃ breuitatis rationẽ habuiſſe uidear.Haud ſane tã multa illa ſtudio ſecutus:quæ cæte
ri in funebri ſolẽt laudatione:nã ne ꝑipateticos qdẽ ſequar: qui hoc quod in uita lauda-
bile ducimus:nõ ſolũ a bonis animi & naturæ hauriunt:ſed ab iis etiã:quæ in fortunæ
poteſtate eſſe dicunẽ:quod genus:ſi ꝑ ociũ liceat in Zachariæ equitis ſplendidiſſimi me
moria celebrãda:ex ſententia tractare:uel clariſſimum Barbaræ familiæ ſtẽma:tam diu
me in ſuis laudibꝰ explicãdis detineret:ut nõ eſſet ad ulteriora ꝑuenire:ſed qd ego ſtem-
ma dixi:quũ uel ſolus defuncti pater ſatis dicẽtẽ fatigare potuiſſet : ſi ad hoc ueniſſem:
ut de eius laudibus dicerẽ.Et.n.qs ueſtrũ ẽ:princeps optime:& uos uiri Patritii:qui non
aut phama acceperit:aut in huius urbis annalibus:& hiſtoriis aliquãdo legerit. Quam
eminens græca:& latina facundia fuerit.Franciſcus Barbarus huius Zachariæ pater:
quo cõſilio in toga:qua in bello auctoritate:nullius credo tã procul ab urbe ꝑegrinanẽ
aures:q nõ aliquãdo fando audiuerit : quãta is olim prudẽtia:fortitudine:ſolertia:Brixi
am urbẽ clariſſimã lõga obſidione defenderit:q̃ inuicto animo uno tẽpore:famẽ: hoſtẽ:
peſtilẽtiã tulerit:ꝓditũ memoriæ eſt:q̃diu obſidio illa tenuit : tenuit.n. integrũ annũ &
amplius nunq̃ illũ: niſi in apto hæſitaſſe:neq; interim aliũ panẽ q̃ hordeaceũ:aut furfu-
riũ in eius menſe cõſpectũ:quæ hominis frugalitas:& immodicis conſtantia efficit : ut
minore admiratione audianẽ:quæ de Menenii:Curi:Cincinnati:uictu:deq; eoꝝ patien-
tia:qui ad Caſilinũ diu aſſidentẽ pœnum tulere:memoriæ ſunt ꝓdita. Nec dicã:quibus
ille artibus ſic ſæpe hoſtẽ ludificatus:quo ſucceſſu ſingulos appellando:hortãdo: ſuble-
uãdo:ciuitatẽ ſane fidelẽ & cõſtãtẽ multo fideliorem: cõſtantioreq; ueſtro reddidit im
perio:fuitq; talis ille.Age uero:& ipſa defuncti mater q̃ta: ut quali fuit indole:quãta uir
tute fœmina digna:quæ Lauretanũ patrẽ:uirũ clariſſimũ habuerit: eũ dico qui in ligu-
ſtica ora circa ſiciliã:circa padũ:toto ſuꝑo:inferoq; mari pene plura uno Genuẽſi bello
pro Veneto nomine geſſit:q̃ omnibus bellis eoꝝ qſq̃:qui rem Venetã ſoris adminiſtra
runt.Digna quæ Iacobũ fratrẽ paternæ uirtutis æmulũ:qui pari ſucceſſu:rerumq; geſta
rum gloria ueſtræ aliquando præfuit claſſi:digna quæ fuerit iunioris Lauretani amita:
q his paucis annis othomanicas opes in ora Macedoniæ ad ſcodrã nõ pertulit ſolũ:ſed
lõga etiã obſidione fregit.Qui deinde ueſtræ claſſis imꝑator factus:incredibile dictu ẽ:
q̃ fortiter Naupactũ defenderit:Lemnũ ſeruauerit: Iacynthũ ſubegerit . Digna demum
mulier:q̃ ꝓcuratoris mater fuerit:filia:& ſoror raꝝ in Veneta urbe fœlicitatis exem-
plũ:nec multũ ab eo lacedæmoniæ Lampidus:ac Beronices diuerſum: quaꝝ hæc triũ
olympionicaꝝ illa triũ regũ ꝑneceſſaria fuiſſe dicitur.Sed hæc eo tẽdũt:ut uel ſolis pa
rentũ laudibus ſatis:ſuꝑq; mihi fuerit immorãdũ:ſi omnia cõplecti uoluiſſem:ubi & il-
lud una oſtẽdere potuiſſem:uerisſimũ eſſe:quod Euripides ſcribit:ex bonis bonos pro-
creari:nã quũ tales fuerint:qui eũ genuerunt:nõ potuit nõ optimus is eſſe:cuius hodie
funus celebratis:piẽtiſſime princeps:& patres ornatiſſimi:q̃q̃ in omni genere laudis uir

ille tantus extitit:ut nõ modo non defuerit ſuis maioribus:ſed lõge etiã ſuperfuerit. Et
enim quadrageſimo:ut mihi dicitur:ab hinc anno:reipu.admotus pene plures prouinci-
as obiit:ut Phocion ille Atheniẽſis:q̃ ab eo tempore annos uixerit. Et:ut ſilentio præte
ream domeſticos honores:quos incredibili totius ordinis fauore pene prius q̃ per æta-
tem liceret:decucurrit:ut præturas:& externas legationẽs:& in his unam ad Fœdericum
imperatorem:unde ſibi & familiæ clariſſima inſignia reportauit : quid quod nullus eſt
in Italia populus:nulla libera ciuitas:nullus quidẽ princeps:ad quẽ nõ ille fuerit aliquan
do oratoris functus munere:quo contigit:ut non pax:non bellum: non induciæ:nõ fœ
dus:non ſocietas ulla ſit publice inita:cuius non:aut domi conſiliarius fuerit: aut foris
arbiter : homo ad negocium non ad ocium natus:ad uirtutem:ut Ariſtoni placuit: non
ad deſidiam:& uoluptatem:ſenator grauis & in dicendo uehemens: ac circunſpectus: &
ad hominum animos in utranq; partem uerſandos ſupra q̃ dici poſſit : accommodatus:
honeſtatis amicus:turpitudinis hoſtis:frugi parcus:induſtrius : domeſticæq; diſciplinæ
exactor diligens:utilis patriæ:iucundus amicis:comis hoſpitibus: & ut breuiter dicã ad
omnium gratiam promerẽdã naturæ beneficio comparatus. Dignus qui patre uiro ſum
mo eſſet procreatus. Qui matre fœmina inſigni uirtute:ſummoq; loco nata: qui uxo-
rem clariſſimo principe ortam duxerit. Qui tris ex ea filios tulerit præſtanti ingenio ui
ros:de quibus ſuperuacuũ ſit in præſentia dicere:ſatis ſunt uobis noti principes: & uiri
Patritii in gremio ciuitatis orti ſunt:in luce educati: publice inſtituti:uos illos : a pue-
ris amaſtis:fouiſtis:ornaſtis:ueſtroq; ſuffragio extuliſtis: ueſtræ ſapientiæ eſt non meum
de his iudicare:ſed ille q̃tuſcunq; fuit:fuit enim:ut ſcitis uir per omnia egregius fatali
neceſſitate periit. Homo quidem erat:eaq; lege natus:ut ex humanis aliquando decede-
ret:debemur morti nos:noſtraq;:nec eſt mortalis:quẽ non dolor: & interitus attingat:
uerum tum periit:quum illi ac ſapientiſſimo cuiq; mors fuit optabilis:uxore liberis:ne
potibus:atq; omnibus:qui illi in uita clariſſimi fuerunt ſuperſtitibus:incolumi patria:
qua nihil fuit ei charius:incolumi ciuitate : repu . opibus & imperio florente: te prin
cipe & reipu.moderatore Auguſtine dux fœliciſſime:qui tua ſapientia : conſilio: inno-
centia:ſaluberrimoq; genio tuo cõſecutus es:ut tã hodie te principe res Venetæ flore-
ant:q̃ a prima urbis huiꝰ origine ad hũc diẽ maxime floruerũt. Abiit itaq; ille lætus om
niq; cura:& ſollicitudine ſolutus optimã ſecũ ſpem ferens:publice & priuate fœlicita-
tis ad ueſtros maiores nuncius:& iã ex ipſo pioꝝ cœtu: cui eoꝝ animæ:qui de repu.be-
nemeriti ſunt: conciliari credunt:ad hæc:quæ fiunt cõuerſus:agit tibi gratias: pientiſſi
me princeps. Agit uobis uiri Patritii:agit uniuerſæ ciuitati:quæ ſe tã celebri põpa extu
lit:eximio hoc exequiaꝝ apparatu numeroſo clero :longoq; flãmaꝝ ordine:clamat:fa
tetur:teſtatur:perpetui amoris ſui:ſtudii:officii:obſeruatiæ in repu.in ciues: in amicos:
uberrimum ſe hodie fructum percipiſſe cumulatiſſimã ſibi gratiam relatam:una dum-
taxat cura adhuc hæret animo:quæ ſiquis noſtraꝝ reꝝ apud eos:qui uita defũcti ſunt:
ſupereſt ſenſus:optimum quem patrem præcipuaq; in filios charitate comitetur. neceſ-
ſe eſt:hac ille cura incredibiliq; in ſuos pietate diſtrictus:ex eadem illa piorum ſede ſup
plices ad uos manus intendit:multo fletu:multiſq; lachrymis tibi: clementiſſime prin-
ceps:uobis uiri Patritii amantiſſimam coniugem:filios ſuauiſſimos:nurus:nepotes:atq;
uniuerſam domum ſuppliciter commendat:hanc ſuo præſidio fauore:conſilio:ſpoliatã:
ueſtræ fidei tradit:in ueſtræq; clementiæ ſinu collocat:precatur:orat:obteſtatur:per pa-
tris ſui uetus in rem publicam ſtudium:per lauretani aui fidem:ſiquid ipſe egit aliquan
do quod uobis:qđ patriæ:qđ uniuerſæ ciuitati fuerit gratũ:cõmodũ:& honorificũ:ne dul
ciſſimos filios: ne tãtas neceſſitudines iacere patiamini:ſed publica : & priuata caritate
fauoreq; cõplexos pie tueamini: quod unum:quũ a ueſtra clæmẽtia ſenſerit:impetratũ:
& tibi princeps optime lõge fœlicia:q̃ tẽpora ꝓcabiť huic urbi icolumitatẽ : & ꝑpetuum
ſucceſſũ:ciuibꝰ fœlicitatẽ:uti bñficii:memor iter maioꝝ manes fœliciter geturꝰ. Dixi.

M.ANT.SABELLICOC.ORATIO DICTA VENETIIS IN FVNERE BENEDI-
CTI RVGII REGII ORATORIS:CORAM PRINCIPE ET VENETO SENATV:

Equum fuit:& maxime optabile: Sereniſſime: Princeps pa
tres:& uiri ampliſſimi: ut Clariſſimus uir Benedictus Ru-
gius:quē Alfonſus Rex inclytus his paucis menſibus:ad uos
oratorē miſit.Quēadmodum publico:& priuato ſtudio fue
rat exceptus: comiter in curis appellatus: ubiq; benigne cul
tus :ita hodie ſuæ legationis munere fœliciter fūctus inco-
lumis ad ſuos remearet:ut quātuſcūq; honor a uobis illi tri
buendus erat : uiuo potius:q̃ mortuo tribueretur. Et.n.di-
gnus erat:qui ampliſſimis hinc honoribus ornatus dimitte-
retur dignus:q ob excellētiſſimas animi uirtutes lōgiorē ui-
tam ſortitus eſſet:diutiuſq; humanis rebus īterfuiſſet:ac tā diu quoad regiæ maieſtati:
cui merito gratiſſimus fuit:uniuerſo regno patriæ neceſſariis oībus utilis eſſe potuit:
potuiſſet ſane uiuens ſemp:nunq̃.n.nō uirtus utiliter operatur. Verū quia homo erat:
eaq; conditione in lucē editus:ut fatali aliquādo pareret neceſſitati:præclare ac fœlici-
ter cū eo actum exiſtimo:laudoq; eius fortunā:q amplissimis honoribus functus:ī am
pliſſima ciuitate:clariſſimoq; orbis emporio:nō ſolum mori:ſed exquiſitiſſima etiā exe
quiarum pompa funerari cōtigerit.Cui ne non oīa affuiſſe uiderētur:ac cumulatiſſime
præſtita : quæcūq; ad clariſſimū funus celebrandum adhiberi potuerunt : publicum
decretum tuliſtis:princeps:& patres pientiſſimi:ut more maiorum pro cōtione defun-
cti memoria laudaretur:ubi non ſolum uere laudis illi teſtimonium redderetur:ſed cer
ta orationis ſerie:uelut in tabula quadam:uetuſtoq; gentis ſtēmate omnia eius uitæ or
namenta intueremini:quod minus:ut rite defuncto ſolueretur non tam mea ſponte:q̃
ueſtram auctoritatem:& imperium ſecutus:hunc celebrem hodie locum conſcendi:in
clyte princeps:& patres optimi:quod quum ita ſit uberrimum:ſane fructū ex omni la-
bore:& induſtria meorum ſtudiorum ad me hodie perueniſſe crederem : ſi in hoc præ-
ſtantiſſimorum hoīum coetu:conſeſſuq; celeberrimo:tantum ſermone præſtare poſſe:
quātum uos ipſi arbitramini : qui me huic negocio parem iudicaſtis : cæterum quia
neq; id datur:neq; ipſe:qui ex hoc loco ornatiſſimo dicturus:ueni iam plures dies ad-
uerſa ualitudine conflictatus non modo corporis:ſed ne mentis quidem ſim ſatis com-
pos:dabo operam:ut ſi non copia orationis non ornatu:non ſentētiarum & uerborum
pondere ueſtræ reſpondebo expectationi:breuitate oratiōis & nouitate ſatiſfaciam. Et
ne longius hic euagetur ſermo. Audite quæſo princeps : & uiri pientiſſimi : qualis uir
Rugius fuerit:cuius funus hodie celebratis:q̃ nō imerito duobus excellētiſſimis regi-
bus fuerit gratus:& ꝑ amicos reges uobis publice & priuatim nō iniucūdus.Et quia oīs
laudādi ratio nō niſi ex bono ꝓficiſcitur:nihi lq; laudabile ſtatuimꝰ: quod nō idē ſit &
bonum : ſitq; non una philoſophorum de eo ſententia : conſulto prætermittam mul
tiplicē illā ꝑipatheticorū de bono partitionē:illi.n.quæ ī poteſtate fortunæ eſſe credū
tur:quia coeco quodam:temerarioq; motu:huc:atq; illuc:uarie trāſferūtur:bona appel
lare nō dubitarūt:quibus quū breuitatis cauſa:tū quia lōge aliter cæteris ſapiētiæ affe-
ctatoribus ꝑſuaſū uideo:tātū abeſt:ut hodie accedam:ut ne in laude qdem ſim defūcto
poſiturꝰ:quod ſalernū fuerit illi patria:urbs alioq in amoenitiſſima italiæ parte ſita: atq;
medicinæ ſtudiis multa olim phama celebris:nec q claris in ea ortus ſit parentibus: pa
tre uiro eiꝰ ciuitatis: & nobilitate gēeris:& opibus lōge principe:Matre:& ſi externi ge
neris Romani tamē ſanguis: illuſtriq; loco nata: quippe quæ ob familiæ claritatē Mar
tini Romani pontificis auctoritate clariſſimo ſit cōnubio locata.Nec quod ipſius ma-
iores trecēteſimo ab hinc anno:ut mihi dicitur:ampliſſimis ī ea urbe ſint magiſtratibꝰ:
ac pene principatu potiti:trāſeo familiæ diuitias:Affinitates:cliētelas:trāſeo cætera ui-
tæ ornamēta:q̃ uulgꝰ ꝓ bonis arctiſſime cōplectitur:ꝓbat:miratᷣ:ſuſpicit: quid libera
lis ipſius facies : quid corporis habitus: memoria:ingenii promptitudo: & quod ad ſe-
xageſimum uſq; uitæ annum:in offenſa uixit ualitudine:quæ licet commodo ſint mor
talibus:ſint & ornamēto: uerum quia eiuſmodi ſunt: ut iis:qui habeant:uel morbo:uel

hominum iniuria facile auferri poſſunt: non ſecus : ac illa:quæ extra laudē poſui:ſunt
a uobis accipienda:nec in bonis: ut philoſophorum plærịq; fecerunt:aliquo modo ha-
benda.Quare agite:& quæ animi uirtutes in hoc hoie fuerint : iureq; laudari poſſunt:
mecum conſiderate:quæ non modo abunde illi affuerunt:ſed ſiquid horum ſuperuacu
um eſſe poteſt:ſuperfuerunt:etiam ſunt hæc:quæ ſequuntur idcirco: ut arbitror:bona
appellata:quia eum:in quo poſita ſint omnino meliorem faciant:uel certe ob id bona
nuncupata:quia eorum ſit ſtabilis:firma & manſura poſſeſſio:uel quod ꝓpriis uero eſt:
quia utrunq; ſimul hominibus præſtent.Et:ut tota hæc laudandi ratio a liberalium ar
tium cultu ſumat exordium:primum omnium fuit illud in puero:nō ſolum probabile:
ſed præcipua etiam admiratione dignum : quod tanta indole: tantaq; facilitate prima:
ut mihi dicitur:hauſit litterarum rudimenta:ut ii :quibus illius inſtitutio fuit a princi-
pio credita:incertum habuerint: eſſet ne illud diſcere in tam puerili ætate : an ut Plato
perſuaſum habuit : reminiſci. Hinc quod ſatis conſtat: feſtinatus ille litterarum pro
fectus extitit : hinc præcox eruditionis ſeges : quæ in cauſa fuit: ut ex omnibus æqua
libus nemo fuerit præceptori charior:nemo commēdatior:nemo cuius naſcenti laudi
omnes ſtudioſius fauerent. Attigit mox in ipſo cæterarum diſciplinarum ueſtibulo
muſicen:immo diligenter & accurate percepit natura illa omnium bonarum artium ca
pax:audiuerat credo eam diſciplinam non tantum uitæ utilem : ſed omnium in litteris
ſtudiorum eſſe antiquiſſimam:&:ut Timagenes ſcripſit arctiſſimam cum coelo habere
cognationem . Secuta ſunt deinceps diuinarum litterarum ſtudia: poſt hæc noſtratia:
quæ nomen ſibi ab humanitate uendicant:cum quibus ille in primo profectu muſicē:
ut dixi:copulauit:cæterum tantum ſanctioribus ſtudiis homo ad uirtutem natus breui
profecit:ut rerū diuinarū deſiderio accēſus:oīa hæc:quæ cæteri mortales in terris mirā
tur:laudāt:exoptāt : aſpernatus: unum illud ſemper in ore haberet : irregetum eſt cor
meū deus donec ueniat:& regeſcat ī te.Ex hoc beatiſſimo fonte : coeleſtiq; ſcaturigine
fluxit alius frequēs uirtutū coetus:ꝑ quem tantū cæteris hoībus innocentia:& pietate
præſtare eſt creditus:ꝗtum homines ipſi reliquis animantibus ſermone:& ratione præ-
ſtāt.Hic ſpectata illa ī ſecūdis modeſtia:æquitas ī aduerſis: ī ſubditos clæmētia: caritas
in ꝓpinquos : inhoſpites:bn̄ficētia:ſtudiū:& amor in cæteros.Hinc demū cōtēptus ille
mortis ad extremū uitæ cuſtoditꝰ.Nemo ad hæc:ſi uera ſunt:quæ de eo homine uulgo
prædicātur:bonis artibus libentius fauit:pauperibus ſubuenit:Afflictos erexit:proſtra-
tos:ſubleuauit:Nemo caſtius ſacra coluit:nemo religionē ardentius adamauit:Et quod
oīum maximū ī eo fuit:maximeq; memorabile:nullum ſciens uolenſue læſit unꝗ.Tan
ta fuit innocentia:tanta in omnes iuſtitia: & æquitate.O uirum uere egregium : uereq;
excellentem:dignum:quem tantus extulerit ſenatus:tot clariſſimi Oratores: tam fre-
quēs eruditorum hoīum coetus:tanta nobilitas:in clariſſima chriſtiani noīs urbe nō tā
tum funerarit:ſed exquiſitiſſimis ēt honoribꝰ tuū nomē īmortalitati cōſecrarit: ſed Re-
gie maieſtati id datū dixerit aliqs:imo & uirtuti:quippe quæ nulli gētiū:quod oīum alia
rum bona ſit uenia dictum:gratior fuit nulli commendatior : honoratiorq; ꝗ Venetæ:
His ille gradibus princeps optime : & uiri præſtantiſſimi: hoc uitæ inſtituto:Ferdinan
do regi a principio īſinuatꝰ breui tēpore tātū fide diligētia:& obſequio meritꝰ eſt.Vt rex
ille oīum.q noſtra tēpeſtate fuerūt:ſapiētiſſimꝰ eximiā uirtutē in nouo homine cōple-
xus:nō ſolū ad ſua ſecreta admiſerit:ſed & ſecretoꝝ oīum magiſteriū : & prefecturā ul-
tro detulerit:munꝰ qdē amplū:& eximiū:& qd aliquis:ſi uirtute nō ꝗat:ābitione:& ma-
lis artibꝰ uelit ſibi quæſitum.At Rugius nō modo nō ābiuit:ſed ultro oblatū cōſtanter
repudiauit:nō ingenio:nō uiribus diffiſus:nō ꝙ tāto oneri ſe īparē arbitraret.Sed ne ab
īnocētiæ:& iuſtitiæ cultu aberraret:uitaṙ itaq; uoluit ñ negociū:ſed ſcopulū:haud igna
rus raꝝ īnocētiæ locū hoībus ī ſūma adminiſtratiōe relinq.Age uero:qua ille aī magni
tudīe quo cōtēptu āpliſſima ē ſacerdotia:aſpnatꝰ:Baſiliū credo:& cæteros ſūma religio
ne uiros imitatus: qui nihil horum habuerunt: nihil habere uoluerūt:ſatis gnari plæ-
riſq; mortaliū amplū ſacerdotiū nō tā honori fuiſſe:ꝗ oneri:materiāq; illā in multis eē

periclitandi potius q̃ locupletandi:ſed ſic res habet:ut dicitur:fugientem ſequitur: laus
fugit ſequentem:quo Rugius huiuſmodi honores:aut tutius ſpernere:aut uerecundius
auerſari:eo plures illi:maioreſq; undiq; regis indulgentia ingerebantur. Etenim nõ una
deinceps legatione functus:& Florẽtiæ Mediolani:in Germania:& utraq; Hiſpania:un-
de tantum laudis:& gratiæ reportauit:ut difficile ſit dictu: gratior ne ad ſuos redierit
an honoratior:poſtremo Venetias miſſus q̃ deus immortalis ſe popularem egit:nõ mi
nus dico:quã ſi mediis eſſem Venetiis natus. Laudare geniũ urbis:mirari ſitum :publi-
cas & priuatas opes colere urbana officia:& mores imitari:tẽpla iuiſere: oĩa publica &
priuata opera:ſacra & prophana ita ſuſpicere:ita admirari:tanq̃ omnia maiora anguſtio
raq; opinione ſua occurrerent oculis. Erat ille per hæc omnibus æque gratus: indigenã
crederes:non aduenam ciuem:non peregrinum:quum Alphonſus rex:qui eum miſerat:
priſtina credo eius merita:ut arbitror ſecutus. Hidrũtinum ſimul deſignauit Antiſtitem
ſimul:aut certe non multo poſt Alexander pontifex maximus in Alphõſi gratiam Car-
dinalem deſtinauit. His ſucceſſibus facile erat ille:quis non uidet ad humanitatis faſtigi
um peruenturus:niſi mors improba reliquum uitæ curſum nihilo maiore iniuria:q̃ in-
uidia interrupiſſet. Dira mors:dira quidem & crudelis:humaniſq; rebus ſemper infeſta:
merito oderunt te quicunq; in honoribus:& diuitiis:omne uitæ ſtudium locauere: me-
rito proſcindunt:accuſant:deteſtantur:qui ex rerum humanarum æſtimatione pẽdent.
Sic Macedo ille Alexander iuuenis:ſic Marius ſenes:de te extremo uitæ tempore ſunt
queſti:ille quia medios magnarum rerum actus fregiſſes: hic quia ad exitum perduci
non paſſa eſſes:ſed aliorum ſunt huiuſmodi querelæ. Rugius uero ab ineunte ætate di
dicit mortem contemnere:nihil niſi quod altum:ſublime:& perpetuum eſſet mirari:ſa-
tis diu eum uixiſſe ratus:qui recte uixerit nec ullius ſapientis uitam nõ longam eſſe:&
quæ ſi breuis ſit tempore phama:& celebritate:eſt perpetua: & æterna:nũc quoq; ſiquis
eorum:quæ hic fiũt: eſt apud defunctos ſenſus ſe fœlicem ille ſe beatũ putat:quod Hie
ronymo fratre ſuo uiro clariſſimo:quod regio miniſtro a ſecretis: quod tota domo: fa-
miliaq; ſpectante tantus ſibi ſit honos funeris exibitus: q̃tum ne uiuens quidem auſus
eſſet: a deo optimo maximo precari:& ut grato fuit animo:grataq; memoria huc ma-
nus:huc oculos:huc uocem tollit. Agitq; quam maximas gratias Auguſtino principi ſe-
reniſſimo:qui honorificentiſſimi huius decreti non ſolum fuit patribus auctor:ſed pi-
entiſſimi etiã muneris exactor:agit & huic ſanctiſſimo ſenatu:agit toti ciuitati: uniuer-
ſoque nomini Veneto:quod tanto hodierna luce ſe honore extuleritis: tanta exequia-
rum pompa:ut nulla maior pulchrior præſtantior:non modo requiri:ſed ne excogitari
quidem potuerit:ſateturque plus ſibi hodie datum q̃ ſi ſtatua aliqua: monumentumue
lapideum ſibi Veneti ante auream: edem alioue publico loco ſtatuiſſent. Conficit hæc
tempus:ut cætera hominum opera:uelut Cicero præclare ſcribit. Quod in ipſa pietate
locatum eſt:id ſtabile:id manſurum:& æternum putatur: & quia dies:ut dicitur:de die
iudicat:ſupremus:de omnibus ſatis ſe fœlicem egiſſe uitam arbitratur: cui tam fœlici
ter mori contigerit:atque diem hunc omnium ſibi pulcherrimum illuxiſſe:qui ut ulti-
mus uitæ fuit ita honoratiſſimus:quo præclara hui⁹ funeris pompa totius ſit uitæ cur
ſus illuſtratus:partaq; ſit ſuo nomini indelebilis memoria:quod quum ita ſit a deo op
timo maximo precatur:ut ſi pietas in defunctos:ſi cultus:ſi iuſtitia ſuperis curæ eſt. Au
guſtinum principem ſereniſſimum:uniuerſum ſenatũ:omnes ciuitatis ordines pro pu-
blica:& priuata: ueſtra in ſe pietate ꝑpetuo tueri uelit:optatiſque ſucceſſibus: & incre
mentis uenetum nomen augere:ut quantum hodie ciuitas hæc omnibus aliis pietate
præſtat & beneficentia:tantum omnibus gentibus ſenio dignitate antecellat: & impe-
rio. Dixi.

M. ANTO. SABELLICI COCCII ORATIO DE ORIGINE ET INCREMENTIS PHILOSOPHIAE VENETIIS RECITATA FREQ. VENTI PHILOSOPHORUM CONVENTV IN GIMNASIO RIVOALTINO.

Iquis unq̃ in doctorum hominum conſpectu ; de re nõ par-
ua dicturus:merito extimuit:patres : & uiri ſapientiſſimi:ea
mihi eſt hodie conditio:ut niſi rei:loci:temporis: meæq; im
becilitatis ſim oblitus : non ſolum timere oporteat :ſed dif-
fidere:etiam poſſe aliquo modo fieri: ut non locum húc or-
natiſſimum:unde præclara indole:ſingulariq; eruditiõe ado-
leſcentes audire cõſueſtis:uideat temere occupaſſe: poteram
ſcio ,temerarius uideri:ꝙ me muneri multo maiori:q̃ meæ
ferrent uires:obtuliſſem:niſi neceſſitas cui:ne deus quidem
immortalis repugnat : me tam arduam prouinciam adire
coegiſſet . Etenim quid per deum magis homini neceſſarium eſt: inuita q̃ parentibus
honeſta præcipientibus obtemperare.At præceptores more maiorum pro parentibus
iis fuere:quos legitime & ſancte inſtituiſſent:quem locum merito apud me iam pridem
ſibi uendicãt:clariſſimi i philoſophiæ ſtudiis uiri:Antonius:Cornelius:& Fráciſcus Bra-
gadinus:quorum hic:quicquid id oneris eſt:primum iniunxit:ille ſua auctoritate iniun-
ctum uoluit:& quia eorum uoluntati repugnare nec debui:nec potui : ſatis digna mihi
uiſa eſt hæc in præceptores optimos pietas:quæ me ab omni temeritatis ſuſpitione uin
dicaret: præſertim quum apud uos mihi dicendum eſſet:patres & uiri optimi:a quibꝰ
non minus humanitati:& officio dari ſoleat:q̃ ingenio:& eruditioni.Nam ꝙ de philoſo
phiæ laudibus hodie mihi ueteri inſtituto ſermo habendus eſt:ut de me ſileam: qui
ingenii me imbecilitaté non ignoro:nec diſſimulo:nemo eſt credo:niſi idem ſit:& ſtul-
tus:qui copia orationis rem tantam ſe æquare poſſe confidat.Quare ſi non ita uarie:co
pioſe : accurate dixero:ut ueſtra fuit expectatio:quum noſtræ adoleſcentiæ date ueni-
am:uiri ornatiſſimi:tum ipſius rei naturæ:quæ eiuſmodi eſt:ut nunq̃ ſatis abunde tra-
ctari potuerit.Cæterum erit fortaſſe noſter hic ſermo ueſtris auribus: quibus nihil eſt
alioqui humanius minus moleſtus:ꝙ non ea ratione:qua cæteri de philoſophiæ laudi-
bus dicere conſtitui:quin noua quadam uia ingreſſus:eaq; longe breuiſſima: Enimuero
repetam:ego primum totius rei initia. Adiiciam inde uirtutes & incrementa . Docebo
nouiſſime quanta celebritate & exiſtimatione fuerint apud omnes gentes ſapientiæ ꝓ-
feſſores:q̃tũq; mortalium conſenſus huic uni rei ſemper tributũ uoluerit: per quæ iu-
uenum animi ad hunc ipſum ſapientiæ cultũ:q̃q̃ nihil ſit ipſa re:aut pulchrius: aut ama
bilius accenderentur. Vos interim patres:& uiri clariſſimi:huc animum intendite:faci-
leſq; dicenti aures adhibete:nam quod ad breuitatem attinet:dabo operam:ut quũ om
nia conſpicue dixero pene prius uideat peroraſſe: q̃ de re tanta maturus ſermo inſti-
tui potuiſſe uideatur.Obſeruatũ eſt:patres & uiri præſtantiſſimi: ut qui ad hũc diem ex
hoc loco de philoſophiæ laudibus uerba fecere. inde fere exorſi ſint:ut litterarum ini-
tia:&:ut ſic dicam incunabula in remoto:caligantiq; uetuſtatis receſſu cõquiſita:in aper
to ponerent.Incertum:ut non parum multa & uidiſſe ſe & didiciſſe oſtéderent: an picto
res optimos potius imitati:imaginis ſimmetriam. deliniationemq; abſoluere uolentes.
Quod ego mei polliciti nõ oblitus:ut breuior eſſem ſilẽtio preteriiſſem:niſi uulgo per-
ſuaſum uiderem litterarum commẽtum ad phœnices:Syriæ accolas uerius q̃ indigenas
referri oportere:quæ ſuetera ta opinio:& ſi aſſertores habet nihil obſcuri nominis græ
corum tñ uetuſtiſſimi rerum ſcriptores Aethiopes pulcherrimi inuẽti auctores ꝓdide
rũt . Aegyptii:qui poſt illos litteris uſi ſunt:Aethiopũ coloni fuerunt.Qui ex Aegyptia
cis Thebis inde in pheniciam uenere:eaꝝ uſum Syriæ inuexerũt. Hinc Cadmus in Boe
tiam litteras deportauit.Mox illas græci latinis tradiderunt. Cæteris poſtremo gentibꝰ
Romani:Latii:& omniũ terraꝝ domini:& hæc litterarũ initia:incremẽtaq; fuerũt: ſed
quid hoc in litteris miramur & quæ:res multo uetuſtior eſt: iam ne philoſophiæ : qui-
dem origo:quæ fuerit:ut uideo ſatis perſpicue tradit : Aegyptiis huic pulcherrimi in-
uenti ad ſe laudem trahentibus:inde perſis qui Zoroaſtren celebrãt: Aſſyrii : caſtra &
indi ipſi quoq; rei tã pulchre auctores :& dici:& credi uolũt:ut nihil minꝰ a mẽdacio di

ſtet:q̄ philoſophiæ originē ad unā aliquā gentē referre:ſitq̧ uero ꝓpius dicere:nullū eſ
ſe genus hoīum:ī quo nō ab initio repti ſint:qui quū rerū admiratiōe: tū diſcēdi cupidi
tate:naturæ opera cōtēplari maluerint:q̄ ocio & deſidiā marceſcere:maniſeſto rei argu
mēto:quod neq̧ idē nomē:ubiq̧ ſapiētiæ ſtudioſi ſūt:ab initio ſortiti: neq̧ eādē opinio
nē ſecuti:quippe q a pſis magi nūcupati ſūt: hi caldei ab Aſſyriis:Ab idis gymnoſophi
ſtæ:a gallis Druidæ:ab aliis alio noīe:ut Vates p hi ꝓpheræ fuerit appellati:ſatis cōſtat
rē uetuſtiſſimā eſſe philoſophiā:ut quæ ī fabuloſa:uſq̧ tēpora ab Aegyptiis reuciatur:
cæterū omiſſa oī uetuſtatis ambage:ocho Zamolxi Atlāte:Vulcano:Zoroaſtre:& aliis
noibus ī lōgiſſimo uetuſtatis receſſu poſitis:ad græcos noſtra feſtinat oratio:quæ gens:
& ſi paulo ſerius philoſophata eſt:igenioꝝ tñ præſtātia:oiq̧ diſciplinarū genere tātū eſt
laudis adepta:tātū ſplēdoris & celebritatis ī eo genere laudis:ut fulgore ſui noīs cæteris
gētibus ꝓpemodū tenebras iduxerit.Nec græcoꝝ muſeus:Linus:Orpheus: & alii anti
gores uates:q iidē & ſapiētes fuerūt ad philoſophiæ uſū tātū cōtuliſſe uideri poſſūt : q̄
tū mileſi⁹ ille thales:q ſapiētiæ fores ab illis leuiter ſpulſæ:ut poſteris paterēt effecit is:
quod ſatis cōſtat primus oium ad naturæ opa idagāda mortalibus gradū:& uelut certā
ſemitā fecit:ſecuti eādē diſciplina clari Anaximāder Thaletis diſcipulus: Anaximenes:
Anaxagoras:Arcelaus:& huius auditor: Socrates: q primus ethicē iuexit. Plura ex hoc
fōte uelut īgenioꝝ flumia ubertim manarūt:quoꝝ ſtudiis:uariaq̧ & ſcribēdi:& diſpu
tādi cura:tertiā philoſophiæ ptē:quæ eadē eſt:& logice cōſumari contigit: fuitq̧ prima
hæc rei ptitio: quo factū:ut quū oēs ſapiētiæ ſtudioſi cōmuni appellatiōe philoſophi di
cerent ab ipſaꝝ partiū natura:alii alia ſint noīa ſortiti:ſubiit & alia ptitio:eſtq̧ logice ī
quatuor ptes diuiſa:grāmaticē:Poeticē:Rhetoricē:& Dialecticē.Moralis illa:quæ græ
ca uoce nup a me ethice nūcupata eſt : ī Politicē abiit Economicē & Monaſticē.Reliq̄
phiſicæ eſt:q̄ in Metaphiſicē diuidit:& Aſtronomicē:& quæ ab ipſa naturaliū rerū īnda
gine:& ſub phiſicæ appellatione manſit .Alii quadripartita uſi ratiōe : Mathematicēq̧
ſeorſū cōplexi:quæ & diſciplinaris dici poteſt ī arithmeticē diuiſere: Muſicē:& Geome
tricē adiicitur:a qbuſdā & Aſtrologia:taliſq̧ fuit altera ptitio:quæ ſeptē cū iis:quæ logi
cæ cōplexu cōtinētur:perſcribit artes.Nūc quia ſatis p hæc demoſtratū eſt:quæ fuerint
philoſophiæ primordia:p quos repta & aucta ſit:& ī quas deinceps ptes ſit diuiſa:ne gra
uemini quæſo patres: & uiri humaniſſimi huc tātiſp mentē adhibere dum earū artiū:
quas ī ordinē redegi:breuē ſimul & iucūdā explicationē pſtringo:nec aberit preciū opæ
cognoſcet:quæ cuiuſq̧ eaꝝ ſit ratio:quæ uis:quis uſus :& ne longius ꝓcedat ſermo:grā
matica auſpicatiſſimū nobis dabit exordium :eſt.n. cæteraꝝ dux artiū : uiāq̧ pandit ad
illaꝝ cultū:neq̧ niſi p eā ad altiora ſtudia patere poteſt:cuiq̄ acceſſus:nā ut uim:ut litte
rarū noīa:ut ſyllabas & alia:quæ uelut ī ipſo artis ueſtibulo occurrūt: preterea:q̄q̄ hæc
quoq̧ talia ſūt:ut uel altiſſimā queāt eruditionē exercere:Rectiſſima loquendi: ſcribē
diq̧ ratio hic ē: his oīa:q̄ aio meditamur:cōminiſcimur: excolim⁹:diggerim⁹ rite expli
cāt :eēt qs nō uidet uan⁹ oīs aioꝝ cōat⁹:niſi quæ mēs cōcipit:uox exprimat:expreſſa lit
terarū cōplexus ſignet:& quaſi ideas coꝝ:quæ iuenta ſūt: ad lectorē & eos:q audiūt trāſ
mittat:quid ad hæc ꝓportio:quid uoculatio: quarū hanc græca uoce ꝓſodiā appellare
maluerūt illā analogiā:hui⁹ uero quāta ſit uirt⁹:quātiq̧ eā ueteres grāmatici fecerint:ex
eo poteſt itelligi:quod Cratetē & Ariſtarchū duos grāmaticæ artis profeſſores:lōge om
niū principes:ī ꝑpetuū cōmiſit certamen. Quid ꝓſodia an hæc ulli grāmaicæ parti poſt
habēda:quæ latinū a barbaro diſcernit:doctū ab idocto: tātiq̧ a græcis eſtimata:ut nul
la ſit dictio:quā nō uoculationis cauſa diſtinguāt. Trāſeo Ethimologiā:nā in hac quoq̧
græca uoce liberius utimur:qd indagine illa ſagacius ſollicitius: & ad certā rei cognitio
nē utilius dici poteſt:ſed de ptibus adhuc ſermo eſt.At ſiqs artē ipſam ī uniuerſū cōtēple
tur:ſiquis uim pronunciandi:emendandi: iudicādi:enarrandi:conſideret: pene plus huic
uni:quam cæteris artibus tribuat neceſſe eſt: quæ non ſolum ad alias diſciplinas: ut
uulgus ait: iter præbeat : ſed in his etiam alia explicet : alia corrigat : quædam adiici
at : nonnulla eximat : ſitque nō interpres ſolum:ſed cenſoria quoque utatur in omnes

artes poteſtate:Age nunc & poeticen:quæ illi arctiſſime coheret paulum conſideremus:
quid ea arte pulchrius:iucundius:ſublimius:omniq; genere ſtudiorum:ipſaq; etiam phi
loſophia:cuius filia creditur uetuſtius:cui⁹ cultores:ut ingeniorum laudes prætercam:
iidem olim & ſapientes ſunt habiti:ac uelut in deorum immortalium tutela eſſent:dea
rumq; commertio fruerentur: tantæ ab initio admirationi mortalibus fuere:ut eorum
quidam diis geniti crederentur: alii tanta ueneratione recepit:ut infeſtiſſimis etiá hoſti
bus:ſuos inuiolabiles fecerint. Dedit lyſander lacedemonius inducias athenienſibus dũ
ſophocles ſepeliretur:pepercit pindari familiæ Alexander thebis captis . Donatunt ſy-
racuſani captiuos libertate in euripidis gratiam : & hi ſatis quidem clari:ſed nihilo mi-
nore admiratione:phama:celebritate: Homeri nomen ad poſteros propagatum:Heſio-
di:Antimachi:Apollonii : Calimachi :& alii:qui & ſi homero ſunt phama:& celebritate
inferiores:non tamen ad poſteros ignobiles & obſcuri . Quid rurſus apud noſtros Ma-
rone clarius:Horatio:Lucano:Naſone:Silio:Italico: papinio:aliiſq; nominibus:quorum.
memoria eſt æternitati conſecrata:eſt huic hiſtoria agnata:qua nihil uita ad ciuilem in-
ſtitutionem repperit utilius. Teſtis temporum:Cuſtos memoriæ:Magiſtra uitæ:Núcia
ueritatis : neque hinc minora nomina:Thucidides:Herodotus:Theopompus:Clitarch⁹
& Thimagenes:Et noſtrorum:Criſpus:Liuius:Nouianus:Aufidius:Baſſus & plinius:qui
illi hiſtoriam ſubtexuit. Tranſeo ſtili uarietatem:Ornatum:Diſpoſitionem:Affectus:Cõ
ſiliorum:& euentuum explicationem:ut ueriſſime dictum ſit a quibuſdam altricem eſſe
hiſtoriam orationis:cuius ratio:quoniam ad rhetoricen attinet : & iam uno complexu
de grãmatica:poetica:& hiſtoria pluribus fortaſſe:quam promiſſa pateretur breuitas:di
ximus : de ea quam preſſiſſime potero dicam : non enim eo conſilio ad dicendum ueni:
ut dei ſingulis diſciplinis longiorem inſtituerem ſermonem:quamquam haud ſcio an iu
cundior ullus hoc uno:qui de uirtute eſt:proponi poſſit ſermo : præſertim ſi ex eo pro-
ficiſceretur:qui rei magnitudinem dicendo æquare poſſet:uerborumq; copia illuſtrare.
Nunc attendite patres : & uiri optimi:quanta res ſit Rhetorice:quam uehemens:quam
excellens:quam omnibus uitæ partibus accommodata:& ne præcepta :quibus ars ipſa
conſtituitur ſingulatim referam:quæ de inuentione traduntur diſpoſitione:elocutiõe:
memoria:& pronuntiatione:refutatione:epilogo : quæ de ſtatibus & amplificatione:q-
bus magis uis artis:ac ratio quam laudis demonſtratio continetur : quin in hoc: quod
dicam:aures & mentem aduertite. Nulla unquam inter homines humana ſocietas eſſet
inita:nulla inter mortales coaluiſſet concordia : niſi eloquentia aliquãdo fuiſſet:cuius
rhetorice eſt magiſtra:nullas urbes:nulla oppida haberemus:uiri clariſſimi : non leges:
non mores:non inſtituta:non cætus: non cõciliabula:nullo fœdere : nullis uinculis:ho
mo homini iungeretur:ſoliuagi:ſine cultu : ſine moribus : ſine eruditione ferarum ritu
erraremus:niſi eruditus:compoſituſq; ſermo mortales ab initio unum in locum contra-
xiſſet:hic ille amphyonis cantus:quem pecudes & arméta ſecuta ſunt:Hoc in pelio theſ
ſaliæ arbores:& ſcopulos potius quam lyræ cantum ſecutos dixeri. Huic uni rei tertige
na illa in boetia ceſſit ſoboles : Deucalioni & pyrræ ſaxa incaluere. O uis immenſa elo-
quentiæ. O Humanarum rerum moderatrix. tu ex bello pacem & rurſ⁹ ex pace bellum
conficis:per te iura:leges:mores:inſtituta gentium durant:uigent : in offenſa manẽt. Tu
bonis præmia decernis:crimina uindicas:erigis afflictos : & ut breuiter colligam:tu illa
es:per quam tonare & fulgurare:ut teſtatur comœdia:hoíes credũt:& quod magis mirũ
eſt:maximeq; ad laudem pertinens : qui hac uirtute præditi ſunt : tantum cæteris mor-
talib⁹ pſtare credũt:q̃tum mortales ipſi ob hoc ipſum : quod ſunt ſermonis participes.
Cæteris animantibus dicerem:qui ſecundum demoſthenem:Hiperidem : & lyſiam: fue-
rint Athenis:& tota græcia clari:qq; apd Romanos:poſt Ciceroné:Hortẽſiũ:pollioné:&
Meſſalã:quã q̃ Portius Cato:& duo grachi magnũ per hæc & ipſi iá antea nomé fuerant
adepti:niſi modũ i hac quoq; pte mihi trãſgreſſus uiderer:q̃re agite & dialecticé:q̃ reliq̃
erat ex logicæ ptib⁹ breuiter pcurram⁹:& ſi ſi uideo qd min⁹ de liberaliũ artiũ laudib⁹
dicẽti cõuenire poſſit:q̃ eius artis uirtuté ſupprimere:q̃ niſi aliq̃ñ habuiſſem⁹ uan⁹ utiq;

erat omnis ingeniorum conatus:uanus inquam : & irritus : ſi demonſtrari non potuiſſet
& rationibus probari :quicquid ex animi co nceptu diceretur.Nec facile dixeris : utrum
plus ſubtilitatis in ea ſit arte poſitum:an ce rtitudinis: adeo omnia tam argute tam pro-
babiliter dicuntur . Nec me hercule in tota re litteraria ingenioſius quicquam reperio:
Iſagogica illa dialecticorum præcipiendi ratione : & enim quid preſſius:quam quum de
copula ſubiecto & prædicato prima ab illis traduntur præcepta:aut quid argutius quã
quum generis:ſpecies:proprium:acc idens:& differentia:& alia his ſimilia explicantur:aut
quum decem illa uelut elementa omnibus philoſophiæ partibus inſecta:ordine referũ-
tur.Tranſeo ſillogiſticam diſerendi rationem:tranſeo figuras:& figurarum modos:qui-
bus omnis ſita eſt argumenti ratio.Sunt hæc ſcio parua relatu : ſiquis abditiſſimos artis
huius contempletur receſſus:i quibus uelut ocioſa rerum indagine exquiritur:quid ue℞
ſit:quid falſum:quid poſſibile:quid non:quid neceſſarium : quid apparens :quibus per-
plexi illi & latentes & griphiſoritæ:ceratides:utides:ſæpius irrepunt : perque gradum il-
lum dialecticæ: i quo eſt falſa cognoſcere omnium ſoli:ut ſtoicis placuit: ſunt ſapientes
habiti.Cæterum:quando ita contigit : ut ex apertiſſimo diſciplinæ in phiſicæ ueſtibulũ
per dialecticen uenerimus:ne pigeat uiri ornatiſſimi:proximum ſapiẽtiæ atrium ſubire:
in qua uelut peculiari poſſeſſione uerſari mirificum:ut ſpero:percipietis ueſtræ attentio
nis fructum:quum multiplicem illum & uarium diſciplinarum theſaurum:ex omni par
te coaceruatum:ueſtris contemplandum mentibus:ſubiecero : & nequid in mora ſim:en
ſubeunti mihi offert:ſe ſe prima diſciplinarum omnium illa:quæ a metiendi ratione eſt
geometria dicta:quique eam tractant geometræ :an cernitis quam uariis hæc:de qua lo-
quor:diſtincta ſit figuris:puncto:linea:ſuperficiẽ:circulo:proportiõibus: diametro:angu
lis:æquilatero:& in æqualibus lateribus tetragono: paralelis : lineis:& iis:quæ ziphæ no-
minantur:accedunt aliæ tam multæ quam uariæ figuræ:uſque ad infinitam ſectionem
proportiones ambiguæ:multiplice ſq; conceptiones:& ut cætera omittam:quam iocun
da eſt:quam non indigna cognitu quæſtio illa de circulari forma triangula & quadrata:
quarum æquales lineas habẽtium ea ſit:demum capaciſſima:quæ ſit maxime circularis
contra quo lancinatior & anguloſior eo anguſtior:& minus capax.O inuentum:tam ue
tus quam nobile ac mortalibus:ſupra quam dici poſſit utile. O igenia:nominis eternita
te digna ſiue phœnices ſiue Aegyptii potius hanc ſibi laudem uendicant:per te ſumma
montium:per te uallium ima:per te cœlũ terrã & maria metimur:& i partes digerim⁹.
Tu romanas uires ad ſyracuſas fregiſti:tu urbes & montes macedoniæ ademiſti:tu ſex-
ton Abydo:Aſiam Europæ commiſiſti: Tu Rhenum:Iſtrum :Araxem & Euphratem põ
tibus iũxiſti. Tu gyngis impetũ minuiſti:Nilum corriuaſti:padũ coercuiſti. Tibi deniq;
turres:muros:mœnia:&qcqd ſupra naturæ opus:mortaliũ reb⁹acceſſit:merito acceptũ
referunt:plus tibi uni propemodũ uita debet:q̃ cæteris diſciplinis. Ve℞ enim uero q̃tũ
in geometria cõmodi ſtatuimus:tantundem patres:& uiri præſtantiſſimi i arithmetica
ingenii & ſubtilitatis:in qua præter uulgatam illam multiplicandi:partiendi:ſubtrahen
di:ſũmandi rationem:multo difficilior:maioriſq; ſcientiæ agitatio ea ẽ:quã Plato & Py
thagorici in rerum natura ſubtiliter inueſtigarũt.Nota eſt uerecũda illa Marci Tulii Ci
ceronis confeſſio:quædam ſe in Thymeo Platonis legiſſe:quæ neq; igenio: neq; erudi-
tione aſſequi potuiſſet.Hoc puto ſecuti ſapiẽtium quidam: affirmare ſunt auſi:nil ali-
ud eſſe aiam q̃ numerum quendam ſe mouentẽ.Tranſeo q̃ occultis rationibus:ſuã nu-
meris quibuſdam uim tribuant:ſuũ effectũ: q̃ ex omni numerorum uarietate pauciſſi-
mos ad muſicẽ conficiendam idoneos ſint arbitrati:de cuius diſciplinæ ratione:quando
de ipſa re:ſua ſponte incidit ſermo pauca ꝓ magnitudine ſubiiciam:neq; enim opus eſt
uos uiri clariſſimi:ut de iis diſciplinis:quas mathematicas uocant:nimis ſcrupuloſæ di-
cam.Cum ipſæ inter ſe ita natura cognatæ ſint:ut magis noie q̃ finibus diſcerni queãt.
Nec prima artis conſectabor erudimẽta:ſunt ea fere nota oibus:quæ & quibus inter ſe
diſcreta modis prima reperiãtur elemẽta:figuræ:toni:numeri:& q̃ multiplex . Ex his
conficiatur uocum concordia:nam & Diateſſaron ex epitrito eſt.Ex hemiolio diapen-

te.Ex duplari numero diapaſſon:aliæq; ſymphoniæ ex aliis mira ratione conflãtur nu-
meris.Altior indagatio illa:per quam Pythagoras:& qui eum ſecuti ſunt mundum ea
armonia compoſitum dixere:quam poſtea ſit lyra imitata:ipſe eo uſq; eſt progreſſus: ut
Saturnum Doris moueri arbitratus ſit:Mercuriũ phthongo:Iouem phrygio:cuius altio
ris diſciplinæ ſucceſſor:Plato nullam credidit ſine his eſſe iugalem competẽtiam:ipſam
q; mundi animam numerorum concordia:haud dubie conſtare in Thimeo ſit affirma-
re auſus:haud igitur immerito tanta huic arti ab initio ueneratio acceſſit:quanta cæte
rarum diſciplinarum:quod proditum ſit :nulli.Enimuero ut ſilentio prætercam:q̃ de li
no & orpheo prodita ſunt memoriæ:qui ſiue q̧ cæteros mortales cantu longe anteirẽt:
ſiue quia canere fuerit olim eloqui.Cæterum:quia ſuauitate uocis rudis & agreſtes ani-
mos admiratioñe caperent:traherentq; ſuauiſſimo contentu:ſyluas:ſcopulos : & feras:
mouiſſe crediti ſunt:ac uelut diis geniti in multa ueneratione fuere inuicti : ad hoc du-
ces fidibus & tibiis canere ſoliti ſunt:& Pythagorici ad cantum lyræ obdormiſcere : &
ad nouos rurſus labores excitari:poetæ clariſſimi:teſtimonio:cythara regalibus illata ẽ
conuiuiis.Iam uero philoſophorum fons:Socrates & ipſe iam ſenex inſtitui lyra nõ eru
buit:& Themiſtocles:qui fuit athenienſium longe princeps q̃ huiuſmodi eẽt artis igna
rus indoctior:& minus ciuilis iudicatus eſt.Thimagenes muſicen in litteris ſtudiorum
antiquiſſimum putauit:cui Ariſtophanes aſtipulatur:is auctor eſt pueros ab initio muſi
ce & litteris inſtitui ſolitos:& ſi Architas & Ariſtoxenus hanc grammatice arti ſubie-
cere : & Maricas apud Eupolim:nihil ſe ex muſice præter litteras habere teſtatus eſt:
ſed quum cæteras artes uita ſibi inuenerit:hæc una mortalibus beneficio naturæ eſt
tributa:quæ non ſolum delectaret:ſed ad tolerandos etiam labores:uelut numeris qui-
buſdam uteremur.Quid:quod bellicis motibus auxilio fuit ars pulcherrima:Lydi in p
cinctu belli tibias habuere lyram Lacedemonii.Romani lituos & cornua:tubas uero tã
ueteres q̃ recentiores:& ne in unius ſcientiæ admiratione diutius imoremur:ſatis con-
ſtat muſicos olim eoſdem & ſapientes iudicatos:tritoq; prouerbio receptum:ut qui in-
docti eſſent a muſis abeſſe & gratiis dicerentur:habet(quis non uidet)muſice cognatio-
nem cum aſtrorum ſcientia haud dubie:ut pote cœlo oriunda:de ea quando ad exitum
hæc noſtra ſpectare cœpit oratio:q̃ preſſiſſime potero dicam.Vos patres & uiri ampliſ
ſimi in hanc quoq; partem animum intendite:cognoſcite:iudicate:quanto cæteris arti-
bus hæc una caput altius extulerit:quanto laxius:ſolutius : audacius ſit per ipſa mundi
ſpatia euagata.Vellem ego tantum mihi uel ingenii uel ocii dari:ut ornate demũ & co-
pioſe de re utiliſſima dicere uideremur:ſed breuitatis admoneor a principio promiſſæ:
Cæterum uiribus diffiſus ſatis abunde mihi dixiſſe uidebor:ſi humaniſſimis auribus ue
ſtris in hoc:quod reliquum eſt:non fuero nimium grauis.Dicam inquam:dicamq; bre
uius q̃ res tanta dici poſſit.Occurrit illud omnium primum:quod audaci nimium ne te
merario dicam incœpto:quicunq; hominum:nam hoc quoq; dubie traditur fuere: qui
primum ob hoc ipſum oculos in cœlum ſuſtulerũt:ut rem arcanam:ſanctam:nimiũq;
ab oculis remotam contemplarentur:ſed multo fœlicius res mota eſt:q̃ ab initio ſpera
ri debuerit:enimuero eo uſq; uetus illa cœleſtium rerum cura profecit adeo obtutus il
le procaciſſimus:longumq; peruigilium ualuit:ut cœlum nobis uniuerſum haud aliter
quam ſolidum aliquod ædificium ſpectandum:cognoſcendumque paucorum cura ſub
iecerit: polos enim perpetuamque mundi circa illos uertiginem obſeruauit ſedula uetu
ſtas:axemque ab utroque ad alterum per centrum diſcurrentem:orizõtem: meridianũ
æquinoctialem:alioſque plures circulos:duos tropicos:atque his:alios anguſtiores arti-
cum & antarticum:quum zodiaci ambitus tot ſignis: tot gradibus:tot lineis multifariã
ſectus:quo ſane effectũ ẽ:ut ne minima quidem ſyderum momenta:hominũ curam p-
terire poſſint amplius:illud maiore admiratione dignum:quod pcaciſſima ĩgenia adeo
ſe cœlo inſinuarunt:ut quæ ſingulorum ſyderum uis eẽt:qui demum effectus explicare
ſint auſi:qui per quadrata mundi reſpectus:qui motus recti:qui obliqui: qui retrogradi:
unde ſolis & lunæ defectus:unde pluuiæ:tonitrua:fulgura:coruſcationes:unde aliæ cæ

ſi tẽpeſtates: quæ oīa:ſi quis altius cõſideret:fateaſ neceſſe eſt:tam arduæ rei:ſublimiſq; ſciẽtiæ reptores:diuino potius q̃ humano fuiſſe ingenio ſecretoꝝ naturæ lege deprehẽſa:p q̃ & Thales Mileſius Anaximãder:Anaximenes:Anaxagoras:Hipparchus:Pythagoras:Heraclitus:Democritus:& Romanoꝝ:Sulpitius:Gallus:Lucretius:Manilius:Grande ſunt nomẽ cõſecuti: digni ea laude uiri:q̃ ad poſteros manauit:digni quoꝝ memoriã nulla unq̃ delere poſſit obliuio. Et hæ ſunt diſciplinæ illæ:liberaleſq; artes:patres:& uiri præſtantiſſimi:unde uelut mẽbris qbuſdã cõflatũ ẽ philoſophiæ corpus: q̃ uitæ magiſtra ẽ:humanarũq; reꝝ moderatrix optima:quæ cœleſtiũ rationẽ mortalibus ſubiecit: cœli fores apuit:Hæc ortus ſydeꝝ occaſus Aequinoctia:& ſolſtitia:monſtrauit: & docuit: Hæc:hymbres:fulmia:coruſcatiões:hæc omnes naturæ uices cũ ſuis cauſis ĩ apto collocauit:ũde ꝓcelle & cæteræ tẽpeſtates:qd uẽti & ũde ſpirẽt: q̃ ignis aquæ & aeris nã:ũde uolucres piſces:& cæteræ aiãtes: quæ ꝓcreãdi:quæ alẽdi ratio:hæc lõge : lateq; terrã dimẽſa:arboꝝ:frugũ:ſeminũ:herbaꝝ:lapidũ:metalloꝝ : ui:& uſũ demõſtrauit:Hæc hoiũ cœtꝰ:& ſocietatẽ cõtraxit:mutuaq; caritate deuixit:Hæc mores:leges : ciuiliaq; iſtituta excoluit:hæc qcqd ſupra ĩfraq; ẽ:totũq; naturæ opꝰ mortalibꝰ retexit:& ꝙ oiũ fuit maxĩe optabile lõgeq; utiliſſimũ:ueritatẽ tãta cura:tãtaq; ſollicitudĩe : laborioſaq; idagĩe a ueteribꝰ philoſopis reqſitã . Cæteꝝ diuina ꝑdicatiõe(nã id hõ p ſe aſſeq nõ potuit:)humanis gẽtibꝰ demõſtratã:ne parũ ꝑſpicue ĩtueremur : multa:uariaq; diſertatiõe:uariiſq; ĩſtitutis ornauit:& excoluit:Salue cœli idigena:Ingenioꝝũq; partꝰ philoſophia.Salue doctrinarũ parẽs:ſapiẽtiæ:cultrix:fida dux uitæ:artiũq; oĩũ magiſtra:p te homo hoi ꝑſtat: p te ueꝝ a falſo diſcernit: qd æquũ:qd rectũ ſit:p te diſcimꝰ: tu ad bene:beateq; uiuẽdũ ĩuitas:hortaris:iſtruis:te tuãq; lucẽ ſecuti . Lycurgꝰ:ſolon:pythagoras :Plato:& alii ſapientiæ antiſtites lõge:lateq; terrã pagrarũt.Alii ut te liberiꝰ colerẽt:tutiꝰ poſſiderẽt :uehemẽtiꝰ amarẽt ultro ſe opibꝰ priuarũt patriã reliquerũt:oẽs uitæ neceſſitudines fortiter aſꝑnati ſunt: At quanto melior nr̃a cõditio Iuuenes & adoleſcentes optimi:nã ad uos meũ cõuerto ſermonẽ:quãto facilior ãnitẽtibꝰ ꝑfectꝰ:qbꝰ licet & fas eſt deo optimo maximo gratulari:ꝙ hac potiſſimũ tẽpeſtate:& ĩ hac clariſſima hoĩũ luce naſci contigerit : florẽtiſſimaq; ciuitate:ĩ qua pulcherrimũ pateat ſapiẽtiæ gymnaſiũ:clariſſimi philoſophiæ ꝓfeſſores:qui igenio:moribꝰ:erudiriõe: cui uis maioꝝ ſint merito cõparãdi:Ianua illa:quæ oculis admota ẽ uobis ſubeũda : Hæc duo philoſophiæ lumĩa Antoniꝰ Corneliꝰ:Academiæ lõge priceps:& Bragadinꝰ meꝰ tãtæ uirtutis æmulꝰ :meritoq; nup ĩ ea ad tẽpꝰ ſubſtitutꝰ:q ĩ cõſpectu ſedẽt: ſũt a uobis audiẽdi:hos colite igenui adoleſcẽtes:his opã ĩpẽdite:Hoꝝ eruditionẽ æmulamini mores : & uitã ſeqmini:ut uobis patriæ: parẽtibꝰ uniuerſæ ciuitati decori eſſe poſſitis:& ornamẽto:ad quẽ cultũ oĩ ſtudio:induſtria:& diligentia comparandum uehementer uos moneo:& hortor.Dixi.

M.ANT.SABELLICI COCCII ORATIO DE CVLTV ET FRVCTV PHILOSOPHIAE VENETIIS RECITATA IN RIVOALTINO GIMNASIO FREQVENTISSIMO PHILOSOPHORVM CONSESSV.

Vam ardua res ſit philoſophia:q̃ excellens:& eximia: patres: & uiri preſtantiſſimi:optimiq; adoleſcentes :quum ipſum rei nomen declarat:quo ſapientiæ ſtudiũ continetur:tum ꝙ ſolemni inſtituto: ex celebri loco toties laudata:ĩ quo plenius demonſtrando ingenioſi: eruditiq; adoleſcentes non minus eloquẽtiæ q̃ philoſophiæ ſtudioſi omne igenii ſui acumen: omnem dicendi uim : copiam : facultatem conſumpſerunt: nec ſatis adhuc laudari potuit . Cæterum quo res maior eſt:ſanctior:ſublimior:minuſq; tractatu habilis:eo inconſideratius:ne ſtultius dicam feciſſe uideri poteram: ſi in ampliſſimorum hominum cõuentu:de re ampliſſima dicturus celeberrimum:hunc locum mea

ſponte aſcendiſſem:tam arduo negocio:non ſolum impar:ſed tāto iis:qui ante me de ea
dē re dixerūt ingenio & doctrina inferior:quanto materia:quæ tractanda eſt:omni alia:
quæ ad dicēdum proponi potuiſſet:maior eſt:longeq; præſtātior. Verum enimuero Anto
nius Cornelius uir clariſſimus gymnaſiarchus noſter:ut græco utar uerbo mecū egit:at
q; eo iure:quo mecum uti poteſt:& debet:effecit:ut hoc onus amplū gdē:ac multo ma-
ius q̄ meæ uires ferre poſſum:intrepide ac pene audacter ſubirem:& enim eius uiri tāta
eſt apud me auctoritas:q̄ta illius eſſe debet:cui ob ſanctiſſimū diſciplinarum cultum non
minus debeo:q̄ propriis parentibus:q me genuerunt:q in moribus & diſciplinis inſtitu
endū curarūt:Quod ſi pro magnitudine rei:quæ dicēda eſt:noſter ſermo parum ueſtræ
reſponderit dignitati:illius quæſo uoluntati aſcribere:quā ego ſecutus ſatius duxi teme
ritatis ſuſpitionē adire:q̄ eius auctoritati nō acqeſcer:cui nihil iur recuſar poterā:aut de
bebam.Quū ob hoc igitur:quod non ſolum grati adoleſcentis:ſed pii quoq; officium
præſtare uideor.Tum quia noua quadā & inuſitata ratiōe ſum hodie de philoſophia di-
cturus.Futurum ſpero:ut & clæmenter & humane dicentem audituri me ſitis . Fiet enī
ut ſi non copia:non cultu orationis:nouitate ſaltem ſim orationis:ſim & breuitate placi
turus.Etenim quātum memoria teneo:quicūq; de philoſophia apud uos uerba ex hoc
loco antea fecere:omnes eandē uiam impreſſi:& ſi multo:uarioq; uerborum apparatu:idē
tamen dicere mihi uiſi ſunt:quippe qui in eo dūtaxat occupati fuerūt:ut liberalium ar
tium:quæ philoſophiæ cōplexu continentur:explicarent principia : multiplicicq; parti-
tione totū philoſophiæ corpus percurrerent.Hæc tamen multa ſecuti:non magis: quia
operæ preciū fuerit:ea uos audire:q̄ ne ipſi parum multa & legiſſe & didiciſſe uiderent.
Sed quid per deū minus oportune fieri potuit:q̄ omnia philoſophiæ uaſaria excutere:
ut diſciplinarum oīum origo:ut earum partes uno in loco ſcrupuloſe & minute tractaren
tur:ubi ut de cæteris ſileā.Ipſe ſapientiæ noſtra tempeſtate antiſtes Antonius Cornelius
ſederet:cuius gymnaſiū tāq̄ officina quædam totis diebus:totis noctib⁹: huiuſmodi uo
cibus:uelut malleorum reſultet ictibus:phormio peripatheticus:quod ſatis cōſtat:delirus:
demenſq; iudicatus eſt:quod apud Hannibalē Barchinum omnium:qui tū in terris erāt
imperatorum callidiſſimū eundēq; armorum peritiſſimū:de re militari ſit auſus:uerba
facere.Eſt & magnus ille Alexander in apellis pergula deriſus:q de pingendi ratione co
ram opifice ſūmo neſcio quid temere loqueretur.Quis igitur horum ſanus:ſi phormio
delirus:aut quis audiri dignus:ſi Alexander ridiculus:an non:is merito ridebitur:q arti-
ficis alicui⁹ optimi officinā īgreſſus:ſuū oīb⁹ iſtrīs uſum:uelut aſſidue tractātib⁹ parumno
tū audeat:diſerēdo repſentare:ſed hi uiderit q̄ apte tēpeſtiueq; id fecerit.Ego qū ſemita
hæc adeo ꝑtrita ē:adeoq; uulgata:ut nihil iā noti⁹ ſit:nihil ſæpi⁹ repetitū:q̄ q ſit grāma
ticæ artis accurata ꝑceptio:oratorie uis dicēdiq; facultas:Dialecticæ acumē: arithmeti
cæ diſcurſus:geōetriæ ſbtilitas:muſicæ uocalitas:aſtronomiæ ſublimiū capacitas.Quæ
cuiuſq; artium principia:quæ partes:quæ in uniuerſum ratio:an affirmare dubitem ad
ſacietatem eſſe:hæc ab illis dicta:& a uobis audita:eſſeq; eiuſmodi:ut ſine auditorū of-
fenſa amplius ex hoc loco tractari non poſſint:Alia itaq; uia mihi ineunda eſt:eaq; : ut
ſpero iucundior auditu:ac multo breuior.Primo enim quid philoſophia conferat:dicā:
inde quo nam modo res tanta ſit colēda:poſtremo quales ex ea rite culta percipiantur
fructus.Nunc attendite patres & uiri præſtantiſſimi:attendite ſtudioſi adoleſcentes:uos
quid ex philoſophiæ cultu adepti ſitis recognoſcite.Hi iuuenes ornatiſſimi:quid mecū
ſperare poſſint:ſimul conſiderabunt.Cæterum:quum de philoſophia me dicturum pol
liceor:haud eam ſolum intelligi uolo:cuius nomen late patet: cuius complexu omnes
liberales artes & diſciplinæ continentur:eſtq; omnium artium peritia:atque una efficit:
ut ſapienter homines diuina conſiderent:prudenter & iuſte humana diſponāt:cuius cul
tores ab initio ſapientes appellati ſunt:ſed nunc de ea erit ſermo:quæ non tantum ſtu-
dium ſit ſapientiæ:ſed ipſa demum ſapiētia:ad quam omnes honeſtæ actiones: uelut ad
metam quandam:aut ſignum intenduntur:ſi ad uirtutem naſcimur:ut Chius Ariſto ꝑ-
dicare ſolebat:omnis uitæ conatus:omnis ſtudiorum ratio:tota demum uita huc diri-

genda eſt:hæc propria eſt hominis:id huius proprium:& peculiare bonum:quo uno cæteris præſtat animantibus:cum cœlo cognationem creditur habere. Alia cum aliis communia:uires:forma:uelocitas:impetus:uox:ratio tota noſtra eſt: quæ quum recte diſponiť eadē eſt:& uirtus hāc:qui adeptꝰ eſt:adipiſciť autē unuſquiſq̧ hoium : modo ſtudiū & uoluntas adſit:is idem erit:qui & ſapiens:hic diuitias calcat honores: contemnit nullos:fortunæ impetus reformidat:idem nullis eſt terroribus obnoxius:nullis ſeruit cupiditatibꝰ : ſemper beatus:ſemper fœlix:cui nihil deeſt:nihilq̧ deeſſe poteſt.Hæc illa ſapientia eſt:hoc illud honeſtū:cuius facies:ſi oculis cerneretur mirabiles hominum in ſe excitaret affectus . Hæc Soctatē ad patientiam exercuit:Antiſtheni pallium detraxit:Diogenem nudum ſtatuit:æmulumq̧ naturæ reddidit. Hæc Democritum primo pecunia dein : ut altius uideret : luminibus priuauit . Hanc ſecutus Plato diu peregrinatus ē: Empedocles ſeſe præcipitauit:eadē hæc Pittacum tyrannis obiecit: Heraclitum inſolitudinem traxit:Xenocrati omnem affectum ademit:eia cœleſte donum ſapientia uitæ cuſtos:& magiſtra optima.Ampliſſimum:uerumq̧ bonum:ueraq̧ fœlicitas:per te iuſtitiam colimus:contemnimus timenda:uoluptates excludimus:turpia declinamus: honeſta ſequimur. Verum quia hæc non caſu homini paratur:poſteaq̄ quid præſtet:diximus ne grauemini audire:quibus artibus optime quæratur:& quo demū cultu ꝑducatur ad frugem:fallitur ſiquis:ut pecuniam:ut honores:ut dignitates ita hominibus ſapientiā ab homine dari exiſtimat:uoluntate:ut dixi & ſtudio opus eſt:nec ut corpus ita res ipſa multis eget adiumentis : ratio :& uolūtas ſatis ad hoc ipſum homini eſſe poſſunt:hæc animum:& corpus diſponit:uoluntas utrunq̧ exercet:qui ita affectus eſt:ſua ipſius ope frætus:quod uult:efficit:non potu:non ueſtitu:ſed propoſito:& conſtantia nititur . Ergo ſine diſciplinis:ſine ullo artium cultu hoc paratur homini: nam hoc dixerit aliquis: nihil liberalia ſtudia:nihil bonæ ad id conferunt artes:conferunt omnino aliquid:ut poſtea demonſtrabitur:Cæterum haud eiuſmodi ſunt: ut ſapientem conſtituere poſſint: ſunt alioqui dignæ cognitu:liberoq̧ homine dignæ:unde & nomen ſortitæ uideri poſſunt:ſed unum illud ſtudii genus uere liberale dici poteſt:& debet:quod liberum hominem efficit id idem eſt:qui & ſapientiæ cultus:reliqua magis nomine ſpecioſa q̄ re:neq̧ enim bonum recte dixeris:quod eum:qui poſſideat non meliorem faciat: neq̧ ſapientiam nominatim : quæ non ſapientiorem reddat:hunc qui:eam ſit adeptus:at uidere: eſt liberalium artium profeſſores quoſdam multoſq̧ prætetea:qui eiuſmodi artes mirifice colunt:turpitudini:& uoluptatibus:addictos:q̄q̄ quid attinet hoc dicere : quum huiuſmodi diſciplinæ:& artes:ne promittant quidem diſcentibus hoc:quod quærimus.grammatici officium in ſermone uerſatur:habet & hiſtoriæ curam:uel ſi lōgiſſime ſuos proferat fines:haber & carminis: quid horum ſapientiam pollicetur:ſyllabarum explicatio an uerborum diligentia: an fabularum memoria:an lex carminis:an modulatio:nihil ſane in his inuenies:quod formidinem tollat:cupiditates eximat:libidinem coerceat:quæ primariæ ſunt ſapiētiæ partes. Quid Rhetoricæ:quæ uſq̧ adeo fuit a principio Romanis ſuſpecta:ut uelut res ciuitati pernicioſa agere ſit in urbem recepta : ſatis conſtat hāc artem:de qua loquor lacedæmone excluſam:ut parum uitæ utilem: & apud Athenienſes ſublatis affectibhs uelut neruis toto corpore reciſis fœde ſugillatam . Nec poetices melior conditio:niſi Homerus poetarum eminentiſſimus:ſapiens fuiſſe dicatur: eiuſq̧ carmen ad ſapientiam pertinere dicat aliquis:quem Plato humanæ ſapientiæ antiſtes ex ſua re publica deiecit:nec iniuria:nam præter q̄ ꝙ ille ueritatis amiciſſimus:fabularū & mendaciorum auctorem non immerito oderat:nemo mihi perſuaſerit: Ciclopis antrum tam longo carmine ab eo decantatum ad ſapientiam pertinere:nec Antiphatis regia circes ſtabulum ſyrenum ſedes:carybdis baratrū fortiorem:aut temperatiorem fecerint quemq̄ : at philoſophus ille ſummus fuit:multamq̧ ſapientiam eius ſcripta continere:aiunt doctiſſimi quiq̧ eſto:ſed ſapientia hæc prius illi contigit:q̄ poeta eſſet. Monſtrat & muſice:qua ratione acute uoces:graueſq̧ concordent:ut ex neruis diſparem reddentibus ſonum fiat cōcordia:quam græci harmoniam uocant:qua autem ratione hu-

manus animus ſibi conſentiat:& ex quibus numeris conſtent uitæ officia: non demon
ſtrat.Explicantur in ea quum alii tũ flebiles modi:quo pacto in ſummo dolore ſit nul
la uox flebilis emitenda:nullus in cruciatu eiulatus non oſtenditur . Diligenter & inge
nioſe metitur agros geometria:quod eius nomen perbelle arguit: huc liniamenta artis:
huc interualla:& magnitudines ſpectãt : q̃tum uero homini ſatis ſit:q̃tum patriæ:quan
tum parentibus debeatur:nec nouit:nec ſi nouit:docet.Quid igitur attinet formas deli
niare:ſpacia metiri:rotunda in quadratum redigere: quid uero mens curua a recta di
ſtet:pœnitus ignorare? Age uero:quid Arithmetica:multiplicat:hæc partitur:ſubtrahit:
in ſummam redigit:digitoſq; auaritiæ accomodat:ea uero computatio ſuum ſapientiæ
numerum reddere:neq; docet:neq; docere poteſt:ſed q̃ parum artes illæ:quarum men
tio facta eſt:ad hoc ipſum pertinet: tantũdem ac neſcio:an minus etiam ipſa aſtrorum
ſcientia:niſi forte id effici arbitremur:quum ſatis exploratũ habuerimus: qua parte cœ
li erret Mercurius: aut qualis ſit ipſius occaſus:ſi eum cadentẽ Saturnus ex aduerſo ſpe
ctet:ſed quanto conducibilius ſit ſcire : quid fieri oporteat : ac ſi qua nobis cœleſtibus
prodigiis nuntientur : ſi aduerſa fortiter expectare : ſi ſecunda non lætitia : & geſticu
latione pueriliter efferri : nõ ne hoc multo melius ſit : quam ſollicito ſuſpenſoque ani
mo futuris iminere reliqua omnium eſt dialetica : quam Stoici Eouſq; probant:ut ſo
lum dialecticum ſapientem uocent:ſed hæc ad eorum demonſtrationem : quæ ſciunſ:
præcipue eſt utilis:docet enim quid uerũ ſit:quid falſum:quæ uero fugienda ſint: quæ
præterea expetenda non docet:nec ſapientem illum efficit:de quo loquor : eſt enim is
fiduciæ plenus:nullis fortunæ caſibus:nullis ictibus ceſſurus: qui demum non ſolum
quid ſit rectũ intelligit:ſed quod intelligit ſpõte facit:nec præcipere mauult : q̃ ea quæ
præcipiantur præſtare.Illud cuiuſcunq; eſt:uel mediocriter docti:hoc uero dumtaxat ſa
pientis:quid igitur:reiiciendæ ſunt pulcherrimæ artes? diſciplinæq; omnes repudiandæ
dicet aliquis:quando hoc quod in primis quærimus:non præſtent . Videbor ſcio obli
tus mei nec dubie delirus:ſi eo conſilio hodie ad dicendum ueniſſem: ut optimas artes
impugnarem:quarum ſum quidẽ ac uideri cupio ſtudioſiſſimus. Abſit igitur noſter ſer
mo ab omni calumnia:conſtet nobiliſſimis artibus ſua auctoritas:ſciant tamen hi ado
leſcentes condiſcipuli:& æquales mei quid potiſſimum eos ſequi oporteat . Fatendum
eſt patres:& uiri præſtantiſſimi:liberales artes nulli ſapientiam tradere: illam dico:quæ
abunde ſuperius demonſtrata eſt.Cæterum earum ductu multo habiliorem ad hanc ip
ſam:de qua loquor fieri aditum:nec propterea illas diſci oportere:quia rem tantam da
re poſſint:ſed quia animum præparare queant:multoq; aptiorem reddant : ad eam aſſe
quendam:nam quemadmodum prima illa litterarum traditio:quam grammaticen uo
camus:cæteras diſciplinas:& artes:non docet:ſed his aptius percipiendis: facit gradum:
ita illæ non perducunt animum ad uirtutem:ſed expediunt: nec quia id non præſtent:
quod ex omni ſtudiorum genere primo petimus:inutiles idcirco ſunt exiſtimãdæ:enim
uero haud ligna nauium conficiunt:ſunt tamen illa ad naualem fabricam in primis ne
ceſſaria:non conſtituunt huiuſmodi diſciplinæ ſapientiam:quia res maior ſit:ac ſancti
or q̃ præceptis contineri poſſit:at ſunt uelut gradus:per quos ad eã traducimur. Suntq;
certa futuri profectus compendia:per quæ ad metam celerius decurritur.Meditatur ſa
piens diuinarum humanarumq; rerum ſcientiam:ex præteritis futura colligit: primas
rerum cauſas ſciſcitatur:quando mũdus eſſe cœperit:ſit ne ſemper futurus:quid ſit hic
animus:quo uiuimus: & ũde ſit:qualis:& quãdo eſſe cœperit:q̃ diu duratur?.Hæc olim
uulgo ſapientes:hæc hodie non pauci chriſtianæ pietatis expertes ſollicito:anxioq; ani
mo requirunt:hæc diſputant:hæc animo meditantur:ſunt hæc eadẽ iis diſciplinis: quas
diſcimus inſerta:ac uelut ſanguis toto corpore infuſa:per quæ Plato eſt ſapientiæ anti
ſtes appellatus:Zeno:Chriſippus:Cleantes ſapientes habiti:Ariſto Theophraſtus: & alii
plurimi nunquam tantum nominis fuiſſent in philoſophia adepti: ſi per hos gradus nõ
eſſent ad ſapientiæ cultũ admiſſi:quod quũ ita ſit : ut hæc philoſophãdi ratio a noſtris
recepta multo plura in receſſu præſtet:quã frõte promittat:dãda eſt nobis opera adole

ſcẽtes optimi:totiſq; uiribus adnitẽdũ:ut hac quoq; parte nobis ad uirtutẽ iter pateat: Ad quod coeleſte bonum: quum multa alia inuitant: tum ꝙ philoſophia ſiue uirtutis ſit mater:ut quidã exiſtimãt:ſiue nutrix:res pulcherrima eſt:& per ſe maxime expetẽda: quippe quæ dubium eſt in maiore ne fuerit admiratione ſemper apud omnes gentes: an ueneratione hæc illa eſt: quam Dionyſius Syracuſanus homo alioqui ad ſæuitiam natus ex Athenis multa obteſtatione accerſiuit:quam uenientem uittata naui excepit in littus:egreſſam quadrigis albis extulit. Hæc quam in cranio apricantem Alexander Macedo cupide inuiſit.Hæc cui Romani faſces ſe ſubmiſere:quibus ſe nuper totus oriens ſubmiſerat.Hæc cui Demetrius omnia adempta reſtituit:cuius cauſa Auguſtus Alexandriæ pepercit:Macedonum:rex ſtagiros reſtituit:Hæc quam India ab initio coluit:Babylon obſeruauit:Aegyptus mirata eſt:gallia conſecrauit.Hæc demum illa eſt: cuius profeſſor humanis legibus non teneri iudicatus eſt: quia maior philoſophus eſſet:quam homo:cuius cultor Apollinis iudicio mortalium ſapientiſſimus habitus eſt. Quia igitur per ſe expetibilis eſt philoſophia : multiq; præterea & ãpli inde mortalibꝰ contingunt honores:multa laus:multus honor: opinioq; & ueneratio: ſupra humanitatis faſtigium:cultu digniſſima eſt:ſummo ſtudio:ſummaq; induſtria & ãplexanda:inuitat præterea nos ad hoc ipſũ Veneti adoleſcentes: patriæ dignitas: amplitudo: cui in primis nati ſumus:inuitant parentes:cognati:clientes:quibus honori & commnodo eſſe uolumus : inuitat : hortaturq; ætas : tempus:locus: & quod omnium maxime ſpectare debemus. Antonii Cornelii uiri ſummi: ſanctitas: & Eruditio: is unus eſt hodie: quod ſine inuidia ſit dictum:qui moribus & diſciplina philoſophatur:aut ſi plures ſint ſane omnium integerrime:quicquid eruditionis:continentiæ: grauitatis hic nobiliſſimus habet conſeſſus.quicquid curia: Forum tota ciuitas ex illo uirtutis : & ſapientiæ fõte haud dubie manauit:ferãt q̃ſo uir clariſ.tuæ uerecũdiſſimæ aures hæc pauca de ſe prædicari:aſſueſcantq; aliquãdo proprias laudes audire. Vos ſtudioſi adoleſcentes hũc uirum intuemini:hunc colite:audite:ſuſpicite:hinc uerus ſapientiæ profectus : ueraq; philoſophandi ratio nobis petenda eſt: & enim non ſolum docti eſſe uolumus : ſed & docti:& boni:quales omnino ſunt:qui recte quidem uerbis:ſed multo rectiꝰ moribus: & uita philoſophantur.Dixi.

M.ANT.SABELLICI COCCII ORATIO DE VSV PHILOSOPHIAE VENETIIS RECITATA IN RIVOALTINO GYMNASIO:CELEBRI PHILOSOPHORVM CONVENTV.

Ehementer mihi uerendum eſt:patres & uiri ornatiſſimi:ingenioſiq; adoleſcentes:ne nouitas Orationis : inuſitataq; dicẽdi forma ſit apud uos in me hodie ſuſpecta : Et.n.diuerſa dicere ab iis:q non inepte dixerunt:ꝑſertim in eadẽ materia aut aliẽa faſtidientis eſt: aut quæ dicẽda ſint paꝝ ꝓſpiciẽtis: quorum alteꝝ arrogantiæ ſuſpitione non careat : alterum negligentiæ : ſed neutrum certe eſt: nam quicũq; ex hoc loco ad hunc diem dixerũt:quos mihi audire cõtigerit:ut eruditos:& diſertos ſemper miratus ſũ: & nũc qua de re honeſtiſſime dici potuerit:ſatis intelligo:nã quæ ꝑ deum materia dignior tractari potuit:aut qs popularior ſermo iſtitui i celeberrimo philoſophorũ cõuẽtu: clariſſimaq; Academia: q̃ qui philoſophiæ laudem contineret:ita.n.natura comparatum eſt:ut ſuum qſq; ſtudium maxime probet: ea quæ præcipue laude delectetur: cuiꝰ ſit ipſe particeps:nõ igitur quia nõ ſemꝑ oportune de philoſophia hoc loco dicaᷓ: aut ꝙ illi:q ãte me dixerũt nõ copioſe:& ornate de ea re uerba fecerit:alia ĩgreſſꝰ uia ueni hodie ad dicẽdum:ſed meis potius uiribus diffiſus:quia eadẽ quæ illi:neq; ornatu:neq; copia ſimili erã executurus:diuerſa ab aliis rõ ineũda fuit:neq;.n. qualis ſit:aut quãta

philoſophia:quod plæriq; faciunt:demoſtraturus hunc locum cōſcendi: ſed quam uo-
bis & mihi:iuuenes ornatiſſimi:ſit philoſophiæ cognitio neceſſaria:ac quātopere ſit oīb-
us annitēdū: & nobis imprimis Veneti adoleſcētes: ut & patria clariſſima:in qua nati
ſumus:& educati tandem digni uideamur:digni præceptore clariſſimo Antonio Corne
lio:digni hac fortuna:qua Venetum nomen:terra:mariq; pollet. Erit itaq; hic ſermo ſi
nō adeo cultus:eruditus elegans:ut cum iis:quibus alii uſi ſunt:conferri poſſit: erit cer-
te non inutilis: & quia nouo argumento conſtitutus ob id fortaſſe audientibus non in
gratus:Nunc quando ſæpius:ut dixi:eſt idem repetitum:ut nulli iam propemodum ſua
ſit domus notior : q̄ quæ fuerit philoſophiæ origo : ubi terrarū prima eius icunabula:
qui hominum ab initio philoſophati ſint:ut tripartito ſit tota philoſophandi ratio per
tractata : primo naturæ opera ſquirendo mox uitam moribꝰ: & officiis excolendo:po
ſtremo quæ inuēta eſſent:quæq; in dubium uenire poterant ſermone illuſtrando:quæ
præterea ſit illarum partium diuiſio:in quibus conſumatur totū grāmaticæ artis offici
um:in quibus Rhetoricæ:Dialecticæ: Arithmeticæ:Geometriæ : Muſicæ : & Aſtrono
miæ:quæ diſciplinarum omnium principia:quæ media:qui fines:qui poſtremo in om-
ni genere artium celebres fuerint:uitāq; & excogitando & diſerendo excoluerint:mul-
toq; eruditiorem reliquerint poſteris q̄ a maioribus accepiſſent:hæc:ut dixi:toties ſunt
hic audita tam crebro decantata: ut nullus tam exquiſitus cultus adhiberi poſſit:nulla
copia:aut ſplendor:quin minus omnino ſint gratiæ habitura:q̄ a principio habuerunt:
non quia non pulchra ſint:& ob id relatu digniſſima:ſed ꝗ copia: ut prouerbio fertur:
parit faſtidium:quoniam igitur illa ſatis nota ſūt:cur potiſſimum ſint nobis expetenda,
primū demonſtrabo dein:q̄ iis neceſſaria ſint phīæ ſtudia:q in libera ciuitate conſtituti
ſunt:qui & ſenatoria & forenſia obeunt munera: q ciuium dignitatem & fortunas:qui
totum corpus reipublicæ tuentur. Et:ut aliquādo dicere incipiam:primum nobis que
rendum eſt:quæ ſit regimis forma omnium præſtantiſſima:mox quid ſit cur ciuitas oī
um dici poſſit optima:poſtremo quanto huiuſmodi rem publicam habentibus utilior
ſit:magiſq; accōmodatꝰ philoſophiæ cultus: q̄ cæteris hominibꝰ:ciuitatum omnium:
quæ hodie ſunt in terris uiri eruditiſſimi:aut Regia eſt adminiſtratio:aut popularis:aut
præclara illa:quam optimates habēt: quæ quanto cæteris præſtet:græci haud dubie de
monſtrant:qui ariſtocratiam appellant: fuerūt qui Oligarchiam ponerent.i.paucorum
potentiam: adiiciebant & Tyramnicam : ſed harum utranq; Plato parum celebrat: ob
id credo quia non probet:cæterum regiæ ciuitati multo difficilius philoſophia accom
modatur:quæ eſt iuris & æquitatis magiſtra:omnia hic ſibi libido uendicat nullum ci-
uitatis uinculum:nulla mutua officia hic eſſe poſſunt: ubi quodlibet licet:ubi uniꝰ nu
tu & arbitrio fiunt omnia:quin inuiſa eſt philoſophia regibus:atq; omnis æquitas ini-
mica præeſſe magis uolunt:q̄ prodeſſe magis imperare:ſiquid uelint:q̄ officio impetra-
re. Nero quod ſatis conſtat idcirco eſt philoſophiæ ſtudia aſpernatus:quia perſuaſus fu
iſſet ab Agrippina matre inutilem eſſe philoſophiam huic: qui imperaturus eſſet. Mul
to igitur honeſtior popularis illa qualem Thebani:Athenienſes & Romani aliquando
habuerunt. Hæc utiq; diſciplinis inſtituenda eſt:eoq; diligentius:quo natura eſt infir-
mior & ad lapſum propenſior:ob multitudinem:cujus eſt proprium nihil ſapere: ſed ut
in populari philoſophandum eſt: ut ſtabilior fiat:ita in ea : quæ optimatium eſt : quæ
eadem eſt: & Ariſtocratia qualem maiores noſtri neſcias ſapienter magis an fœliciter
conſtituerint:ut ſanctior ſit:atq; ex omni parte perfectior:ut ante ſui ſit domina:quam
aliarum gentium:ſitq; non minus uenerabilis omnibus:quam potentia:& opibus ſpecta
bilis. Nunc uero quando tam hæc quam popularis : illa plures ſortitur ordines : ut alii
domi de republica conſulterent:alii foris:aut militent : aut negocientur : alii opificiis
uacent:unde quæſo prudētiam:diſtēt principes ciuitatis:& Senatores q eā cōſilio:& au
ctoritate regūt:unde milites fortitudinē:Negociatores fidē. Opifices eqtatē:unde cūcti
iuſtitiā:q̄ ut ſāguis p totū reipu.corpꝰ debet eē diffuſa:an ex alio fōte hæc reqrēda ſūt:
aut ūde expectāda:niſi ex philoſophiæ ſacrario hæc bonoꝝ:maloꝝq; ſciam demōſtrat.

Hæc quæ uitāda ſint picula:quæ ultro adeūda:quod fortium eſt uirorum. Hæc eadem
bona:malaq; aſciſcendi:fugiendiq; peritiam.Hæc bonorum:malorumq; pro meritis di
ſtribuendorum rationem:ſed cui tam multiplex peritia contingere poterit : niſi qui ſit
philoſophiæ præceptis imbutus:aut quod diſcrimen in rebus habere poterit : niſi quid
bonum ſit:aut quid malum intelligat:quæ patriæ ſint officia præſtanda:quæ parētibus
amicis:clientibus:cognatis:niſi hic idem:qui uult ciuis optimus & credi:& eſſe:recte te
neat:quid cuiq; tribuendum ſit:uerum nō nobilitas generis ; hanc tradere poteſt ſcienti
am:non diuitiæ:non maiorum ſplendor:non pulchritudo:non agilitas corporis:non do
meſticæ opes; aut fortunæ amplitudo : ſed ipſa uitæ mgrā philoſophia . Hæc una ad
fortitudinem:& temperantiam:cæteraſq; uirtutes hominum mentes format: & inſtitu-
it.Hæc diuina contemplatur:humana diſponit:eademq; per fortitudinem docet alta:&
honeſta peteř:publicas & priuatas iniurias ꝓpulſare:p tēperātiā ab iniuria abſtinere æq
tatem:& innocentiam ſeruare:& ut uno uerbo dicam:eſt philoſophia omnium artium
diſciplinarumq; peritia:O ſublime & ineffabile bonum philoſophia uitæ lux : morum
magiſtra:ciuitatum cuſtos:affectuum moderatrix:uirtutum mater:uitio tum inimica:ſi
nō præceptis:tua tamē ui impulſus:tuoq; arcano ductu Brutus natorum uitam patriæ
poſthabuit: tuam ſecutus umbram Cocles Porſenā ſuo conatu auertit: Sceuola perter
ruit:Curius & Fabritius paruo contenti uixere:duo ſe Decii deuouerūt:Brutus:& Cato
ſe uita priuarunt:hinc Reguli pietas:Metelli conſtantia:Lucretiæ pudicitia:Martiæ ſan
ctitas.Hic optima illa uirorum:& mulierum fruges:qua Roma magis grauida q̃ inſerta
diu floruit:ſed hæc magis laudis ſtudio q̃ uirtutis edita uideri poſſunt:multo penſicula-
tius hæc:græci . Enimuero illa Socratis patientia:unde orta ē:ex philoſophia:unde per
tinax ille mortis contemptus ex philoſophia.Quid uoluntaria Cynicorum paupertas:
cum natura conſentiens:quid peripateticorum diligentia:Academicorum cura:Elienſi-
um ſecuritas: Pythagoreorum abſtinentia : an aliud fuere hæc q̃ philoſophiæ par-
tus:ex ipſa ſapientiæ officina deprompti:q; quum philoſophia ſit ualde utilis : multiq;
reperti ſint:qui per eam patriæ ſaluti fuerint:& ornamento: a ſuis ciuibus pericula de
pulerint :nunc belli: nunc pacis: arbitri publicorum conſiliorum moderatores morū
& legum miniſtri:quum deniq; tum beatiſſima ſit ciuitas quum a ſapiētib⁹:ut ait: Pla-
to:ceperit adminiſtrari:ſoluſq; philoſophus ſit ſapiens:ſumma eſt nobis ope adnitendū
iuuenes ſtudioſiſſimi:ut tali nomine digni uideamur:digni qui in ciuitate ornatiſſima
atq; omnium:quæ hodie ſuut in terris celeberrima oriremur:licet & fas eſt Veneti ado
leſcentes:quum propter alia multa:tum ob ea:quæ dicā:deo optimo gratulari:Et quod
in ea ciuitate nati ſumus:quæ legibus:& morib⁹ ſit optime inſtituta:ubi libertas:in qua
nata eſt:& adulta:tantum uelit q̃tum uis & æquitas patiuntur:ubi ſemper cæteris arti-
bus magnus ſit honor habitus:philoſophiæ maximus quæ quo maior:pulchrior : cele-
brior eſt:maioreq; pollet imperio:eo impenſius danda eſt nobis opera:ut optimis arti-
bus:& diſciplinis inſtructi:eam utilius adeamus:ac tales ſimus:ut in ſenatu rei publicæ:
in foro ciuibus:& conſulendo:& agendo q̃ maxime prodeſſe poſſimus:ut non nobis ſo
lum nati uideamur:ſed patriæ:ut Plato ait:& amicis ſimulq; per hæc uniuerſæ ciuitati
utiliſſimi.Reliquum qua propter nos naturæ gratulari uolebam.illud eſt: Veneti adole
ſcentes:cæteriq; Cornelianæ academiæ aſſectatores:ut quemadmodum Plato fœlicita-
tis loco poſuit:quod ea potiſſimum ætatæ naſci cōtigiſſet:quæ Socrate uti potuit præ-
ceptore : ſic nos quoq; non parum fœliciter nobiſcum actum arbitremur: q; Antoni-
um Cornelium uirum clariſſimum præceptorem nacti ſimus:qui morum ſanctitate ex
cellentiq; eruditione poſſit:quod ſine inuidia ſit dictum ueterum philoſophorum cuiq;
comparari:cuius uirtutes quo eminentiores ſunt:maioreque admiratione dignæ: eo ma
gis noſtra intereſt:iuuenes optimi:hunc uirum colere:& obſeruare: omnem curam:ſpē
& cogitationem noſtri profectus in Socratico illius ſinu collocare : qui ſi ita affecti
erimus:ſpero immo affirmo : fore aliquando:ac breui fore : ut neque patria ornatiſſi-
ſima indigni ciues habeamur: neque indigni:qui & tāto uiro credamur inſtituti . Dixi.

MAR. ANTONII SABELLICI ORATIO DE ORIGINE ET AVCTV RELIGIONIS VERONAE RECITATA CELEBERRIMO MINORITARVM CONVENTV MAGISTRATIBVS VRBIS CVM PARTE CIVITATIS MVLTO MAXIMA ASTANTIBVS.

p

Ericles ille Athenienſium longe princeps:patres & uiri amplisſimi:in quo tanta uis dicendi fuit:tanta ad mouendos affectus facultas:ut non loqui:ſed ueteris comœdiæ teſtimonio coruſcare:& fulgura ciere crederetur : quoties in publicum uenit: de re aliqua dicturꝰ fertur:ſe nouis uotis ſemper obligaſſe:ſollicitus:ut credere par eſt:& anceps:quo circumfuſæ eſſet multitudinis fauore peroratutus:quod ſi is:cui tantum eloquii cõtigit:ut hominum mentes orationis fulgore perſtringeret: defigeretq̃ ſtupore:tanq̃ perſuaſionis dea quædam:ex eius ore loqueretur:de ſuæ orationis euentu ita fuit ſollicitus:quid me facere oporteat:niſi ſtultꝰ: & demens ſim: præclaro:& illuſtri admoneor exemplo. Quippe qui omnis oratoriæ facultatis expers:rudis:ineptus:& quod me magis mouet de re ſumma:ex ſũmo loco:apud uiros ſumma auctoritate:& eruditione dicturus proceſſi. Enimuero ſi deꝰ optimus:Maximus:cuius ſumma eſt poteſtas:ita uelit hodie euenire : ut ſingularis quædam contingat:mihi dicendi copia:uel qualis in eo fuit:cuius modo mentio a me facta eſt:an minꝰ me propterea ſollicitum eſſe oporteat:quam ille fuerit:aut minus ſermonis :huius euẽtum formidare? Nam quod ad Periclem attinet :plurimus illi de ciuitate fuit ſermo:mihi de religione futurus eſt:popularis illi aderat multitudo : mihi ſapientiſſimorum hominum adeſt cœtus:ille ex eodem fere loco dicere conſueuit:ego ex ſacro:& unde non niſi eloquentiſſimus quiſq; dicere conſueuit:ſum hodie dicturus :poſſim iure temerariꝰ haberi:aut certe parum prudens:ſi tantum oneris mea ſponte ſubiiſſem:nec prius mecũ reputaſſem:ubi loci:apud quos uiros : de quam magna re eſſet mihi in præſentia dicendum:ſed neceſſitas:cui nemo:niſi ſtultus repugnat :hanc mihi prouinciam iniunxit patres:& uiri ampliſſimi:fuitq; neceſſe me eorum uoluntati parere :quibus aliquid recuſare:nec potui:nec debui:præſertim quum nullum hoc uno maius ſit in noſtra profeſſione uinculum:quam eorum dicto parere :qui & auctoritate præſtant : & eruditione:quo fit:ut ſi peccandum ſit:maiore ſim dignus uenia : quam ſi mea ſponte munus hoc ſuſcepiſſem. Cæterum:ne plus æquo extimeſcerem:ueſtra pietas:& clæmentia fecit:patres & uiri præſtantiſſimi:qui:ſi non ita copioſe:eleganter:& accurate dixero:ut ueſtra nũc fert opinio(ſed quid eſt:quod ex hoc noſtro Tyrocinio ueſtra præſentia dignum expectari poſſit)futurum confido:ut non tam rei euentum in me:quam officium ſpectaturi ſitis. Et nunc:ut facere uelitis:oro uehementer:& obteſtor patres & uiri optimi. Nunc ne latius hic ſpatietur ſermo:iam hinc de re dicere incipiam:dicamq; primum omnium de religione:atq; bipartito:ut quid res ipſa ſit:& unde orta:ac quantum ad bene ; & beate uiuendum ſit neceſſaria:prius quæratur. Inde quum multiplex:& uariꝰ ſit in ea cultus:nec unum inſtitutum:quantum Franciſci Aſiſiatis profeſſio omnes alias: quæ ſunt in omnibus celebritate:numero:Sanctitate:antecellat:dicam poſtremo pauca de præſtantia huiꝰ urbis:quæ me genuit:aluit:inſtituit:quod debitum illi officium : niſi a me hodie perſolueretur:non tantum ingratus ſim:ſed impius etiam & indignus : qui credar Veronæ ortus:cuiꝰ Verona ipſa:ſi urbs & ædificia loqui poſſint : dici nolit patria:ſed iam quid hoc ipſum ſit:de quo dicturus ſum:aduertite quæſo : ac quam noua ſit ratione:de tota re hic noſter ſermo inſtituendus cognoſcite. Religio patres : & uiri pientiſſimi ; & ſi ab aliis aliter finitur: ut uere ita pie eſſe dicitur : quædam hominum per pia opera cum deo religatio. Hæc ſanctitatis nexu pietati iũgitur : quæ eadem eſt : & dei optimi maximi agnitio : mouet pietas ſanctitatem : ſanctitas religionem : religio utranque amplecti-

tur:ac quodá modo religat.Primũ igiť omniũ deũ intelligit humana pietas:eiuſq; cõtē-
platur naturá:quæ ſupra q̃ dici poſſit:eximia eſt & excellēs:hũc animi cõceptũ excipit
ſáctitas:omneſq; humanæ mētis rationes in eo:quē quoquomodo nouit:amádo defigit.
Vnde poſtrema illa omĩ piorũ operũ ratio: mádatorũq; obſeruatio : quã religionē dici-
mus.Hæc uirtꝰ:patres & uiri ſapientiſſimi :tá hominis ꝓpria eſt:tá huic animali omniũ
nobiliſſimo cõueniēs:tá deniq; appetibilis:ut nulla ſit omnibꝰ terris gēs tá fera:tá morũ:
& regũ expers:quæ ſi nõ ꝓbabilē:nõ tamē aliquá ſibi finxerit religionē:Et enĩ qd p deũ
fuit olĩ in terris ſcytharũ gēte rigidꝰ:qd ſimplicꝰ indis?Aethiopibꝰ uaniꝰ?Mendacius?
Aegyptiis?Arabibꝰ molliꝰ?Afris pfidꝰ ? qd Getulis incultiꝰ?Hiſpanis ferociꝰ?Bellaciꝰ
gallis?qd horridꝰ Germanis?qd Gethis? imitiꝰ:truculentiꝰ ſarmatis?Sed in tá uariis hu
manarũ gētiũ affectibꝰ:táta corpoꝝ:animorũq; diſcrepátia cultꝰ : & morũ diuerſitate:
una omnibꝰ fuit religionis cura:& uelut ingenita quædá appetētia:quo cõtigit:ut bar-
baræ gētes incultæ ſine legibꝰ:ſine moribꝰ:omnis pene humanitatis expertes:qa diu ue
ritas in occulto fuit:aut certe paucis nota:aliæ alios ſibi deos cõmentæ ſint:aut aliunde
acceptos:pertinaciter colere perſeuerarunt. Cæterum idē affectꝰ in cauſa fuit:ut nihil
ab initio in tota uita:aut ſanctius:aut uenerabiliꝰ arbitrati ſiot mortales :iis qui diuina-
rum reꝝ interpretes eſſent:aut ſacrarũ cerimoniarũ miniſtri:ſic India Gymnoſophiſtas
mirata eſt:Magos:Aſſyria:Sacerdotes:Aegyptus:Iudæi prophetas:Druidas galli:atq; aliĩ
alios:quos ſapientũ etiá appellatione quiſq; ſua uoce dignati ſunt:quũ omnis fere coꝝ
meditatio in diuinarũ reꝝ cõtēplatione ſita eſſet:unde ipſis gētibus ſua cuiq; eſt religio
orta:aut certe nõ mediocriter aucta.Quáta ad hæc ueneratio:quis honor:quæ ſanctitas
omniũ mortaliũ cõſenſu:iis habita eſt: penes quos fuit : & ſacrorũ miniſteriũ:ut iidem
eſſent ſacerdotes:apud quoſdam & reges: quod & uatis eminentiſſimi carmē teſtatur:&
Romani reges:qui ſeptem numero fuerũt:ipſi quoq; ſacra quædá per ſe obire cõſueue
runt.Sed hæc adeo multa eo tendũt:ut quũ aliis mortalium alia deſint uitæ argumēta:
religio tamen perpetua ſit humanitatis comes. Agitarũt uitá barbarorũ quidá ſine fœ
minis:Agitarunt & Amazones ſine uiris:fueruntq; plæriq; ſine moribꝰ :ſine diſciplina:
ſine legibꝰ.Alii non mœnia:non ciuitatē ullam habuerunt: Multi ne cõmertia quidem
aliarũ gētiũ norũt aliqua:quidá pertinaciter refugerũt.Nudi agitabant Troglodiťæ:nu
di & garamátes.Aetiopũ quidá aurũ & gemmas cõtempſere:Nullus tamen unq̃ ſine re
ligione fuit:aut quia noluit eſſe:aut quia nõ potuit.Et quum hæc omniũ animis hære
at:ſitq; res popularis religio:uulgoq; a mortalibus recepta:nihil tamen hominũ opinio
ne eſt ſanctius in terris:nihil decreto honoratiꝰ:cultu uenerabiliꝰ. Sed quũ talis & táta
ſit religio & ab aliis alio ritu:aliiſq; cerimoniis inſtituta: Hæc quã Chriſtiana pietas:co
lit omniũ:quæ unq̃ fuerũt:quæq; ſũt hodie:aut eſſe poterũt:ſine cõtrouerſia ſáctiſſima
eſt:longeq; uetiſſima:q̃ ueriſſimꝰ auctor:uel ipſa potiꝰ ueritas iſtituit:ſáxit:pieq; colēdá
tradidit.Cæterũ:quũ hæc uario cultu : q̃q̃ pari pietate ĩ plures ſit:uelut cœtꝰ: & ſectas
diuiſa:quádo pulchrũ eſt ĩ pulchris excellere:hæc q̃ ſeraphicꝰ Franciſcꝰ iſigni humilita
te iſtituit:caſtitate ſáxit:pauptate ſtabiliuit.Cui cedere debeat:nulla(abſit uerbo iuidia)
eſt alia ĩ terris:ĩ qua ſi ſáctitatē ſpectes. offerunt ſe tibi clara diuũ nomina:atq; omnium
primus: ipſe optimæ obſeruationis auctor optimus:ſequitur alterum religionis lumen:
Antonius Patauinus:Lodouicus regia ſtirpe ortus: Bernardinus Senenſis : & alii plures
in diuorum numerum:aut beatorum recepti:quid ſummi pontifices Alexander quartꝰ:
Nicolaus tertius:quid ſyxtus:quem pontificem maximũ nr̃a uidit ætas:quid alii multi
numero:qui & ipſi nõ obſcurũ ſũt ſacerdotiũ adepti:ſed ego florē religiõis delibo.Quá
ta præterea eruditio:q̃tus Theologicæ ſapiētiæ fulgor : in quo genere nõ docti tantũ:
quorum numerus initi non poteſt:ſed ſi principes tantum familiæ huius cēſendi ſint:de
fatigabit longa nomenclatura orationem:nec tamen ad unũ dici poterunt.Fuerunt ho
rũ pſtátiſſimi:quos nõ pigeat noiaꝛ:Alexáder:Aletiꝰ:Ricardꝰ a uilla.Fráciſcus Maroni
us:Scotꝰ:Nicolaꝰ:Lirēſis:qbꝰ merito ánumeres:ex recētioribꝰ quoſdá qui eruditione &
ſcitate:nihilo ſint illis iſerioꝛs.Mirãda ad h:& ſup q̃ credi poſſit:luxurioſá fuerſ hꝰordi

nis incrementa:cuius nomen:cultuſq; tam longe: lateq;:eſt in omnes gentes diffuſus:ut
pene plures cenſeantur hodie ſeraphicæ familiæ uiri :quam exteræ omnes ſimul habe-
ant omnium religionum ſectæ:Et ut in uniuerſum de tota re dicam:nihil:quod ſine in-
uidia fari liceat:maius habet hodie Chriſtianum nomen:nihil pulchrius:Sanctius:Mira
bilius minoritano nomine:nihil dico:in quo tanta fulgeat uirorum Sanctitas : tam cele
bris Cerimonia:tot uiri ſanctitate clari:tot fidei aſſertores:tanta oratorum indoles:Diſ
putantium acumen:docentium eruditio:Et quia non unus fando aſſequi poſſum om-
nia:dicite magnifici urbis rectores:dicite ciues Veronenſes quantum eruditionis: Sapiē
tiæ:Acuminis:Sanctimoniæ:quantam uirorum frugem:ad hunc celebrem conuentum:
qui Veronam hoc anno eſt uniuerſo ordini indictus occurriſſe arbitramini : Vix tan-
ta religio : Pietas : Indoles: unum in locum coiuit unquam: ut inter cætera urbis huiꝰ
decora:& ornamenta præſentem celebritatem non extremo loco ſim poſiturus: Gratu-
lor:itaq; uobis municipes Veronenſes:gaudeo mihi plurimum:quod hæc urbs:quæ me
genuit:cui ſecundum religionem nihil eſſe debet mihi charius in terris: Dei optimi ma
ximi prouidentia:mitiſſimoq; Venetorum imperio:in dies magis magiſq; illuſtretur:p-
petuiſq; augeatur incrementis: perpetuis laudibus : ad quas natus mihi uidetur:Genius
ciuitatis huius:Et enim:ut breuiter dicam:quæ de patria:quæ mihi inprimis chariſſima
eſt poſtremo eram loco dicturus:Iam quibus condita fuerit auſpiciis : & quos habuerit
conditores:quia id parum liquido traditur:in medio relinquam:quin illud potius ſpec-
tate quam amœno ſit loco urbs condita:quam hilaris locorum facies:Blanda:Arridens
& ad ſui cultum multa hilaritate : nitore : uenuſtate inuitans : & quod omnium maxi-
me ad ſe trahere poteſt:& allicere:Ager non minus ferax:quam amœnus:in quo non Li
beri patris & cereris:ſed palladis quoq;:ut cum poetis fabulari liceat:ſit perpetuum cer
tamen:quid apricos colles dicam :quid uirētia & irrigua prata:quid fontes:Lucos:am-
nes:uel quam amœne Atheſis ſe ſe urbis mœnibus infundat:Infuſus placide urbem in-
terfluat:quid mœnia dicam:Arces:Areas:lapideos pontes: quid ædificia ſacra & propha
na:& in his amphitheatrum media urbe aſſurgens:argumēto ueteris fortunæ haud qui
dem paruo:ſunt quidem hæc ciuitatis ornamenta non parua:ſed multo maiora:magiſq;
conſpicua:quæ deinceps dicentur:quorum illud & pulchrum & mirabile:quod nulla un
quam huic urbi a prima origine fluxit ætas:quam non ipſa ſuo partu illuſtrarit . Hinc
læta illa uirorum fruges:nobiliſſimuſq; prouentus:Catullus lepidiſſimus:Benaci Acco
la:pomponius:Secundus:Aemylius:Macer:Vetruuius:Nepos:Cornelius:& ſi Plinius nō
ciuem ſuum:ſed Padi accolam uocet:Hinc duo plinii:& ſi de iunior: Lariꝰ nobis litem
intendit:At mauult ipſe:ſi talia ſunt curæ defunctis:Veronenſis dici:quid recentiora no
mina Guarinus uir multa eruditione:Domitius:Calderinus:uel igenii acumine:uel eru
ditione:inter ueteres reponendus:Conſulto: Tranſeo : qui hodie clariſſimi ſunt: quos ſi
numero complecti uelim:merito credar ambitioſe facere:& oratio hæc:quæ iam ad exi
tum ſpectat :prohibet me latius euagari.Quid ſupereſt:igitur:niſi patriæ chariſſimæ at-
q; eidem nobiliſſimæ gratulari.Quam ob hæc præclara munera dei optimi:maximi:na
turæ:hominumq; conſenſu illi congeſta:& licet:& fas eſt:ita affari:ſalue patria mihi iu-
cundiſſima:uerona urbs inclyta:Doctorum hominum parens:Ingeniorum altrix: ſacra-
rium litterarum:& cui plus hoc nomine Italia debet:quam:Græcia Athenis:illa doctos
uiros aliunde accepit:tu aliis gentibus dediſti.Salue & lætare urbs pulcherrima:fœlix &
pulchra ſi tu:formoſa:mœnibus:ædificiis:inſignis:claris:partubus:fœcunda:ſuperis:gra
ta:Veneto nomini non inucunda:eiuſq; miti imperio:perpetuaq; clæmentia ſemperfœ
lix:atq; hodie fœliciſſima:ſapienti & moderata magiſtratuum adminiſtratione:quibus
tantum ſemper debere uoles:quantum gratiſſima quæq; ciuitas maxime debere uoluit
iis:qui de ſe:deq; ciuium fortunis optime meriti eſſent : Cupio:& opto:perpetuum tibi
hunc rerum curſum::hancque laudem deum optimum:maximum tibi tueri:& augere:
ut Veneto imperio ſemper incolumi pulchritudine:cultu:uirorumque præſtantia inter
principes Italiæ urbes:merito habearis.Dixi.

.M.ANT.SABEL.PANAGIRICA ORATIO IN FESTVM DIEM VINCENTII MAR. VINCENTIAE RECITATA : CELEBRI CONVENTV· MAGISTRATVVM.ET VNIVERSAE CIVITATIS.

Emere nimis:& inconſiderate a me factum uideri potuiſſet:pa
tres: & uiri ornatiſſimi:quod Platonis uiri ſũmi præcepto:aut
non aduerſo:aut ſtulte repudiato:Is enim rem:tempus:locum:
quo hominum cœtu ſit dicendum: prius ſpectari oportere cre
didit:quam quiſquis il le ſit:qui de re aliqua dicturus eſt:prode-
at ad dicendum:puer ego rudis inconſtans:cui non rerum non
uerborum copia aſſit ulla:celeberrimum hunc locum:de re nõ
parua:& quod plus omnino me mouere potuit : in litteratiſſi-
morum hominum conſpectu : cœtuqꝫ frequentiſſimo dictur⁹
aſſcendi:niſi neceſſitas:cuius magna uis eſt:ac plus nimio potens:me hoc onus ſubire co
egiſſet:cui ueritus ne ſuccumberem:ſciebam enim uires meas:haud eas eſſe:quæ inſue-
tam prouinciam:& laborioſam facile ferre poſſent:neqꝫ uolens hoc munus adii:neqꝫ(nã
inuitus etiam cogi poteram) pertinacius recuſans:Attulit huíc neceſſitati : quam ſacra
mihi iniunxit profeſſio fiduciam:haud quidem mediocrem ueſtra omnibus nota pietas:
& religio:patres & uiri humaniſſimi:quippe q̃ ea eſt:ut mihi pſuadeo:ut nullus de rebus
diuinis tam incultus ſermo tam ieiunus:& ineptus haberi poſſit:quem pro ueſtra pieta
te:non libenter & ſtudioſe admodũ ſitis audituri:atqꝫ noſtrum hunc eo libentius:quod
de Vicentio Martyre eſt futurus:In cuius tutela ſunt ueſtri faſces:Magnifici urbis mo
deratores:ueſtra purpura:uniuerſa ciuitas:Mœnia:Forum: Tecta : Lares:omnia ſacra:&
prophana:quicquid intra:extraqꝫ eſt.Cæterum:quia ob hæc:quæ dixi:nihil uereor quin
pietatẽ i me potius ſpectaturi ſitis hodie:quam ullam dicendi facultatẽ:quæ nulla a me
expectanda eſt:dabo operam:ut ſi non cultum orationis:non rerum pondera:aliaſqꝫ ora-
torias uirtutes:breuitatem ſaltem:præſtitiſſe uidear:quæ:ut aliquanto ſit lucidior tripar
tito dicam de tota re:dicamqꝫ primum omnium:quæ ratio nominis:I hoc cœlite fuerit:
quæ idem martyrii forma:quibus demum miraculis ĩclaruit manifeſto adeptæ gloriæ
argumento:de quibus omnibus tam preſſe & breuiter dicam :ut pene prius ſim perora-
turus:quam ſermonem:qui de his habendus eſt:inſtitui potuiſſe credat aliquis.Cæterũ:
ut nobis promiſſa breuitas a principio conſtet:non patiar ſermonem hunc latius euaga
ri.Cato ille ſenior:patres & uiri præſtantiſſimi : qui a cenſura præclare geſta cognomen
tulit:quum admodum adoleſcens Tarenti ſub Fabio maximo militaret Architæ Taren
tini:qui pythagoricæ aſſectator fuit:diſciplinæ orationem ſe legiſſe teſtatus eſt : ut præ
clare ſcribit Cicero:in qua ita demum ſcriptum eſſet :nullam capitaliorem peſtem uolu
ptate datam eſſe homini a natura:cui qui ſuccumbant iure uicti dici poſſint : & tanquã
mancipia bello capta ſeruitio adacti.Cæterum:quo pluribus eſt aliquis uoluptatib⁹ ad-
dictus:eo plures ſortitus dominos:& uideri:& dici poteſt:pluribuſqꝫ nexibus uinctus in
alieno mancipio eſſe:Contra id malum:ſiquis ratione frenat:conſtantia :& uirtute con-
culcat:uere liber:ſuiqꝫ non alieni iuris dici poteſt:& debet:Fuerit ne peſtis huius teterri
mæ Vicentius hic uictor ipſum nomen:quod a uincendo eſt:nihil obſcura interpretati
one declarat. Etenim quem per deum alium ab eo hoſtem: quam mundum ſuperatum
intelligi oporteat:haud facile dixerit quiſquam:quippe qui ab ineunte :ut dicitur æta
te pro diuitiis paupertatem ſit amplexus:pro ſplendore nominis:& iis:quæ in uita mira-
mur humilitatem & inocentiam:firmiſſimo uirtutum comitatu uoluptuoſa hæc huma
næ uitæ blandimenta fortiter reſpuit:ſpreuit:conculcauit . Nec tantum ſe ipſum uicit:
ſed certamina ẽt duriſſima ab ipiis ꝓpoſita conſtanter tulit:minaciſſimos illorũ conat⁹:
qui diris illis temporibus tenebras ꝓ luce coluerũt:ſacrilegiũ ꝓ pietate cõtempſit: ut rã
pie quam uere dicat aliqs nulli hoium ſuũ iſtius nomen quam Vincentio indictum.Cæ
terum:quando ex iis plane p̃t intelligi:& quod uoluptatem calcauerit:contempſerit:&

impiorum certamina. Vincentium indubitato futuræ uirtutis præſagio appellatum:& quia ea uicturus:a quibus omnia præter rationem uincũtur. Cognoſcite quæſo uiri optimi per quæ ſit ille martiriũ adeptus: obtulit is ſe quum adhuc adoleſcens eſſet circa Valentiam(eſt urbs hæc Narbonenſis galliæ)Valerio ſacrorum antiſtiti miniſtrum:nec ſolum miniſtrum:ſed pietatis etiam & religionis diſcipulum:is quum ingenio non uulgari:& ſermonis facilitate multa miniſter pro antiſtite obiret: diſcipulus pro magiſtro (erat Valerius tardior lingua)proponere adoleſcens adeuntibus multa atq; accurate reſpondere. Accerſitur interim uterq; Valentiam a Datiano:qui prouinciæ pro Dioclitiano chriſtiani nominis inimiciſſimo præſidebat:hic ambo de religione appellati : quum Vincentius minaciſſima præſidis uerba ſecurius audiret:aut libentius refelleret. Valerio procul ablegato omnem Datianus ſæuitiam in unum deflexit. Eſt itaq; primum equuleo admotus:multum diuq; per uaria diſtentus ſupplicia:incredibile dictu eſt q̄ patienter:q̄ cõſtanter:atrociſſimum pertulit cruciatum. Enimuero quo accerbius torqueri eo magis inuicto animo Datiano intrepidus occurrere:& aliis interpellantibus:iubet iratus præſes uirgas expediri:ad quam ille uocem exultans:geſtienſq; per ea ſibi uictoriam quæri teſtatus eſt:corpus uirgis lacerum ferreo pectine multifariam laniatur : fateri ille nihilo ſecius Chriſti nomen:Chriſtum regem celebrare: Frendere Datianus atq; atrocius ſæuire:iræ & odio plus nimio indulgere:& iam tantũ aberat:ut Vincentio uariis cruciatibus affecto tetrum illud præſidis ingenium miteſceret:ut exquiſitiſſimis nõ contentum ſuppliciis:quibus adhuc fuerat uſus:iuuenem ferrea crate reſupinatum ſubiecto igni multo infeſtius torrere cœperit. O fortitudinem inuictam. O conſtantiam incredibilem:fidem:pietatemq; inexpugnabilem:circumſtabant ſuppliciorũ miniſtri ferreis uncis:candenti lamina ſubter ſuperq;: ac quaq; uerſum corpus pietati addictũ laniare:ſalem ſubiectæ prunæ iniiciunt:ut ſubita ui reſiliens uelut igneis obiectum corpus defigeretur ſpiculis:iacebat ille immotus,ſine fletu:ſine eiulatione:alienataq; a dolore mentem cœlum intueri:inde animus:inde ſenſus omnes:totum corpus pendere:tota mens hominis:& iam uiſceribus atrociter diffluentibus in carcerem obtruditur exquiſitioribus mox ſuppliciis torquendus:hic demum certa pietatis præmia cœpta ſunt: nõ illi ſolum:ſed iis quoq;:qui pro foribus carceris cuſtodiæ cauſa ſtabant obſeruari: tenebris ſubita luce diſcuſſis uinculiſq; ſua ſponte:abruptis flores pro muricibus ſparſi toto carcere iacuere cum eximia odorum fragrantia:qua ſubita miraculi ſpecie cuſtodes moti:confeſtim:& ipſi ueritati oculis admotæ ſeſe addiciunt:Fremere Datianus multo q; atrocius ſæuire:mandat inculcatæ:ut ipſe aiebat pietatis auctorem molliori ſtrato acclinari:ut ad recentiores cruciatus intentioreſq; firmior fieret. Quieuit non nihil affectum corpus. Cæterum priuſq̄ ad ſupplicium repeteretur multo ſuauior quies ſecuta ẽ: per quam emeritam ille creatori reddidit animam:furit impius preſes:doletq; uehementer ſibi præreptam eſſe occaſionem ad ultimum ſæuiendi:defunctum corpus feris: uolucribuſq; laniatui abiicit:& hoc miraculo datum:fertur corpus importunas aues ex eo loco abegiſſe:lupũ a laniatu arcuiſſe fugaſſeq; alis & roſtro ic[?]eſſens:ad poſtrem defixo obtutu diu immotus in proximo ſediſſe:quaſi aliquid quod humanis nõ uideretur oculis circa iacentem cerneret:quod iure miraretur:nec ita multo poſt Datiani iuſſu:ut per omnia elementa eius ira exerceretur:ſublatum inde corpus:cum molari ſaxo: i profundum eſt mare deiectum:ſenſerunt & marini fluctus pietatem:ſacrũq; corpus ad ſepulchrũ uicinis reddũt littoribus. O fœlicẽ animã. O mentẽ cœlo debitã:cuius cadauer nõ uolucres:nõ feræ:nõ piſces uiolare ſunt auſi:cui tenebræ ſunt in lucẽ uerſæ:murices floruere:uolucres nõ attigere:elementa pietatis cõſcia indulſere:fas ſit mihi: fas oro diuũ meritiſſime:nam ex ore infantium:& lactantium perfecit deus laudem:liceat ex hac terrena ſede te cœli ardua tenentem contemplari:luceq; coruſcantem animã quando mortalibus non licet:oculis:animo: ac mente: intueri. Ecquæ nunc piæ illius militiæ feras præmia:q̄ dulcia:q̄ ſuauia:q̄ nunq̄ interitura:quis laboꝝ fructus : aut quantus : quanta exultatio:& nunc demum factus uoti compos:ut hæc terrena contemnas:ut cœleſtia

mireris ad æternæ maieſtatis tronum conſtitutus:laudas patrem: qui te ad tot præmia creauit;laudas filiũ:quo duce militaſti:laudas almũ ſpiritũ:qui te ſapiẽtia & fortitudine iuuit:gratularis angelicis choris:qui tibi p omnẽ uitã præſidio fuere:gratularis martiribus:qui exẽplo ad illa præmia inuitarũt.O te fœlicẽ:o te beatũ:cui lux iſta qua frueris nullo eſt tẽpore defutura.Age martyr inclyte:& cœtũ hũc pioꝝ:qui tuo noie locũ hũc celebrat:colit:ueneratꝰ:ꝑpetua pietate cõfirma:hoc clariſſimos magiſtratus:q tuis ciuibus pſidio ſũt:ſũmaq; iuſtitia regũt:innocẽtia tuentꝰ:proſperũ uitæ curſũ impetra:Vicetinos tuos uiros:matronaſq; omnẽ ſexũ:& ætatẽ : ciuitatẽ uniuerſã:quæ te urbis pſidẽ uocat:oĩa uota publica:& priuata ad te refert:foueas ora:ac pſens tueare:ut p te ſemper incolumes:piaq; ſortiri uota hũc tibi ſolẽnẽ diẽ religionẽq; p manus a maioribꝰ acceptã ſtudio:pietateq; ꝑpetua ſeruẽt:cerimoniiſq; & cultu auctã poſteritati tradant.Dixi.

.M.ANTO.SABELLICI ORATIO DE SACERDOTII LAVDIBVS: VENETIIS RECITATA:FREQVENTI SACERDOTVM CONSESSV IN NOVAM LITVRGIAM.

opus uiſendum:quum hæc proderemus publica impenſa defuncto depoſita eſt : uaſta a
tergo atria tẽplo adiecta:ac tam ampla conclauia:ut centum:& amplius ſacrorum cauſa
inibi ferme agant:bibliotheca ad hæc ingens hortis incubans:qui cum nõ parua ædifi-
ciorum parte ſtagno alluũtur.Ad iuſtinã inde aliquádiu recta itur:eũtiq; ad leuam poſt
gemellos herbidus occurrit campus:ubi hi:qui in nauales turmas ſcribuntur: ſagitandi
peritiam delectum habentibus:probant contingũus inde uicus: cum uenalibus tabulis
utrinq; ad ædificandum diſpoſitis barbarum uicum uocant: quem rectius tabularium
dicerent:per aream inde:pontemq; unum ſublicium hilari fronte inſtaurata: nuper eun
tem iuſtina excipit ædes alioqui uetuſtiſſima:ut pote unum ex magni opitergini operi-
bus accubat recenſ phano uirginiũ petri mauroceni:berthucii delphini: michaelis cor
narii:& laurentii delphinii:qui aream obtuliſſe dicitur:procuratione erectũ:addiderunt
aliquid templo zacharias barbarus.M.Antonius maurocenus: hieronymus cõtarenus:
matheus:& andreas donati fratres:& hieronymus cognomento ioannes:qui hodie pro-
curant:anguſto uico eunti herbidus aperitur campus:cum antiquo in murianum traie-
ctu:qui frequentari deſiit:excurrit planicies illa:ut pote in urbis receſſu aliquanto licen
tioſius ad alteros franciſci gymnopodas:qui ad nouam diui aram ſacris operantur tenu
is templi huius ornatus:ſed ædificia ædi circuniecta quæq; in ſtagnũ protẽduntur am
pliſſima:ingentes undiq; explicant porticus:& ſupra illas frequens bibliotheca Andreas
bragadinus ſexaginta auri pondo in id opus cõtulit:Hieronymus badouarius : quadra-
ginta atq; uterq; uiuens dono aurũ dedit:mõſtratur in uicinis hortis ædicula diuo mar
co ſacra a principe:& patribus ueteri inſtituto quot annis ſtato die adiri ſolita:hic quũ
ab gymnopodum uno queſiuiſſem:ecquid eſſet:quod locus uinea diceretur: quum nul-
la circũiecta eſſent uineta:inſulam eſſe ab urbe reſpondit ad quinq; millia paſſuũ: quas
uineolas hodie uocãt:ibiq; diuum Bernardinũ præfuiſſe aliquádiu ędituí nomine: un-
de poſtea tranſlatam in urbem religionẽ loci nomen retinuiſſe:uiſitur in ædis ueſtibu-
lo Lodouici ſiciliæ regis ſepulchrum corpore ex hierſolymis in urbe pro ſanctiore quo-
dam deportato:uerum cognito errore placuit purpureo pallio eius arcã editiore loco:ſi
tã operiri : ab franciſci ara deflexa uia:præter opiũ bocolorum hoſpitium:inflexoſq; ui
cos ad altera itur trinitatis tecta:ubi Anaſtaſiæ corpus:a ualereſio ualereſii cognominis
bizantio delatum.Ex area quæ ueſtibulo ædis præiacet ſublicius pons ad celeſtinã mit
tit ædem:ubi chorus ingens uirginũ annoſum templum cum effigie uirginis:miraculis
multis illuſtrata:celſiq; principis marmoreo ſepulchro: hic quoq; locus:quia in ora ſta-
gno alluitur:poſt trinitatis phanũ . Geminoſq; puteos pium Io.zaccharíæ hoſpitiũ me
dio ferme uico cũ tenui ſacello occurrit:publicum hinc nauale uiſitur:cuius mœnia p-
cul uenienti uaſte ſe pandunt immẽſum opus:ac ita longe:lateq; excurrens:ut.xx. circi-
ter ſtadia circuitu pateat:undiq; ualide munitũ:ſed intus:ſi quis omnia colluſtret : haud
facile expediet:nauale ne an armentariũ potius ſit dicendũ:ſiquidem præter ingentẽ tri-
remium numerum in pontibus ſtantiũ ad omnem occaſionem paratarum: præter alia
nauigia:& multa & uaria quiſquis uim tormentorum maximã arcuum:ſagittarum telo
rum omnis generis:quorum ampliſſima ſunt conclauia referta: ſiquis anchorarum ue-
lorum funium remorum:omniſq; nauticæ rei ſtupendum:inſpexerit apparatum: fatea-
tur neceſſe eſt nullum eſſe tam arduum bellum:nullum tam diuturnum:ſiue terreſtre:ſi
ue maritimum:ad quod inſtruendum id nauale non abunde eſſet:arma ſuffecturum:ſed
ab ipſa rei magnitudine efficacius exprimenda: quoniam id urbis præſtari non poteſt
conſulto:abſtineo:ſub ipſis naualis mœnibus in Martini pontificis: aream tranſcendi-
tur:annoſa templo facies id ſubeuntibus ad leuam paulo eminentiore loco uetus eſt ſe
pulchrum: tribus familiis olim commune:ſed tam anguſtum:ut ne extenſa quidem ca
dauera poſſit capere:unde quum forte locum ſpectarem:ſubiit animum reputatio illa:
quanta fuiſſet olim ciuitatis parſimonia:in qua plures familiæ quinq; pedũ:& quadran
tis poſſediſſent tumulum:intus ſub delubro baſis cum arpiis duabus:ueteri opere inci-
ſis oſtenditur nobiliore quidem opificio q̃ materia certum hodie ſtatuariis ; & pictori-

buſ figurandi monſtri exemplar.Dexero ide templo ad naualis itur ianuam maripetri:
principatu marmoreo opere munitam.Eminentiſſimus pons tranſcenditur:riuo impo
ſitus:per quem triremes in apertum protrahūtur :hinc præter naualis mœnia in ſagit-
tarium itur ſtadium : unde pertanaidis cãpum ad hoſpitium duobus apoſtolis factum
ducit uia:uetuſta hic omnia tam me hercule:q̃ in danielis uirginio:quod ad leuam hinc
digreſſis collapſa pene fronte occurrit:templum ſeneſcenti facie īfirmum:teſtudine &
fornicibus fultum:in eius ueſtibulo marinæ beluæ:porrētoſæ magnitudinis oſſa: duæ
hic uirgines Io.Martyris ſacrarium nobis reſerarunt:corpus pene itegrum:& ut ex illis
didici bizantio delatum:ad hæc uſq; loca decurrunt:naualis mœnia aduerſam inſulam
obtinent:quæ inter ſanctimoniales urbis peculiari appellatione uirgines dicuntur : in
æde nihil præter uetuſtatem occurrit:obſeruatiõe dignum:uirginium ipſum nocturno
incendio nuper deflagrauit:atq; biennio minus ſumptuoſe iſtauratum:hinc ſubito põs
lõgiſſimus i oliuolenſem trãſmittit iſulam:ubi patriarchica nũc ſedes:ubi & diui petri
phanum:magni opitergini opus:uetuſtas i eo nobilis:ſed rerũ apparatus longe nobilior
aurea teſtudo aræ maximæ incubans:pauimētum teſtellatum:colũnæ:& multæ:& ma-
gnæ:ſed omnes peregrini lapidis herbidus campus ad riuum ꝑcurrēs:turriſq; in eo can-
didi lapidis paucis ante annis ad faſtigium ferme perducta:iſula omniũ extrema ad or-
tum: nunc quinta a quibuſdam uallis dr̃:olim ut plane cõſtat: oliuolenſis ab oliuis in
ea conſitis:ut quidã memoriæ prodiderũt nominata:poſt longiſſimũ põtem:cuius pro-
xime facta eſt mentio leuocalle:perq; alium ſublicium pontem ad anã tranſcēditur: ſe-
det ea in inſula:quæ omniũ regionis huius maxime eſt anſtralis:uirgines hic quoq; plu
rimæ:hinc rectis aggeribus profectum dominici limina excipiunt:frequens in eo præ-
dicatorum conuentus:rectiſſima inde uia leuo templo ad antonium ducit ; per aperta
ligneo uno ponte ſuperato:eũdum:in diui æde uirginis imago miraculis inſignis:& ad
aram maximam uictoris piſani Venetæ claſſis genuenſi bello imperatoris ex pario mar
more ſepulchrum:nobiliſſimum templo opus incubat:atq; idē recens:ad pium uſum
paucis annis clariſſimo opere conſtructũ inter recētia urbis ædificia:Præcipua admira
tione conſpicuũ:citra ligneum ſacellum ad tempus religionis gratia erectum:ueſtigiis
retro obſeruatis leuum occurrit nauale cũ publica illa arce uerius: q̃ naue in pontibus
adhuc ſtãte:inde p dominici callem in ora piētiſſimum illud oium:q in urbe ſunt do-
micilium:ubi ex abiectitiis certus puellarum aſſeruaẽ numer⁹:quæ ab ieũte ætate op
timis artibus iſtituuntur:ſed in primis morũ habeẽ rõ: tam ſeuera adhibetur diſcipli-
na:ut nõ modo nõ compellandi cuiuſq̃ alterius ſexus:aut alloquēdi ſed ne uidēdi qdē
ulla relinquatur occaſio:ubi uero p ætatem adoleuere: & iam uiro maturæ eſſe cœpe-
rũt:publico ære honeſto matrimonio locanẽ:incubat a fronte aquis:aduerſa ripa duca
riũ atrium ad piũ uſum nupertimæ abſolutũ:ex eo ad ſupinũ itur pontē:q aquis a ſupe
riore publici naualis parte corriuatis incubat:ex aduerſo ad meridiē antoniana inſula
deſinit ulterius procedere:publica lignorum conclauia circa pontem ad oportuniores
ciuitatis uſus cõparata:reliqua ora:uſq; ad pontē regionis confiniũ eum paleare uulgo
uocãt:quinq; peragratur pontibus iã hinc ordine referendis a primi põtis trãſcēſu bla-
ſiana excipit ara in tenui æde:quæ areæ introrſum præiacet:græci per q̃ pauci nup hic
ſacris operabanẽ.Honerariarũ nauiũ uis ingens proxime hæret:ripæ tota ora nautæ p
ſtatione tutiſſima utuntur circa pontem: qui proximus ſe offert citra:ultraq; publica
horrea:mox & publici furni:ubi ad nauales uſus panis uis ingens conficitur : inde do-
mus:quæ dei optimi maximi dicitur:occurrit:mox ligneus pons:unde ad cęleſtinam in
trorſum nauigatur:ædem occurrit fundamenta tenentibus dexterum chriſti regis ſe-
pulchrum cum uirginio:pons inde lapideus a proxima pietatis domo nũcupatus occur
rit:huc pueri furto concepti abiiciuntur:abiectiq; diligenti cura: & ſtudio aluntur : ſu-
biectus huic ponti riuus iuſtinam uario inflexu ſpatiatur:hinc ad bragolanam ædem
diuerticulum ducit.Eſt & a mediis retro fundamentis huc deflexus breui angiportu:eſt
res ipſa iam æuo confecta:ut pote iam inde a langobardico tumultu condita:ingēs area

templo accubat ubi mihi de loci nomine diligentius ſiſcitanti:ſenex quidam:ut ex eoꝝ
ſermone aduerti non omnino deliri memorabant accepiſſe ſe a maioribus priſcos illos
uenetos:qui ab initio urbẽ tenuere mercatũ bragolam appellaſſe: & quia olim eo loco
frequens mercatus celebraretur datũ ob id loco nomen:fuerunt poſtea qui mihi dice-
rent illic olim piſcoſa fuiſſe loca:atq; idcirco quia piſcationẽ ueteres bragolã dixiſſent:
a re ipſa nomen locũ accepiſſe non deſunt:qui bragolã.Io. cognomento helemoſinarii
patriam fuiſſe memorent:atq; a diui ſacrario nomen uiciniæ datũ:alii a patauinis:quos
patria a barbaris eiectos primos omniũ eam urbis partẽ tenuiſſe conſtat:torcular bra-
golarium dici aiunt:ſed cur in inſulas ſit nomen tranſlatũ nõ expediunt:angiportus ma
li uadi per quem a pietatis ara in bragolanum diuertitur:proximi inquilini narrabant
mihi exiſtimare ſe uerіſſimum eſſe illud:quod maiorum relatu uulgo percrebuiſſet: eo
olim loco reos capitali ſupplicio affici ſolitos:atq; in argumentũ fabulæ adducebant:
infœlix ibi uadum eſſe affirmantes uidiſſe ſæpius ſe illic uiros ſubito congreſſu contru
cidatos:alios uero:aut lapſu pedis:aut diuerſo caſu periclitatos: per hunc ipſum uicum
obliqua ſemita baſeia domo ad dexterã relicta in orã breuis eſt reditus: ſequuntur duo
inde pontes hic aquis zachariæ uirginium a tergo alluentibus incubans : ille riuo qui
eiuſdẽ diui lapideum pontẽ a fronte irrigat:nouiſſimus omniũ qui a uenali palea:quæ
nunc ad Georgii phanũ uenditur:nomen habet:atq; hic regionis finis:ſed huc nõ eſt ue
nire:ut reliquum regionis peragrari poſſit:quin retro per Rafianum uicũ in proximã
uenire oportet areã ad leuam uiculus breuis ad cõmunem Iacobi & philippi arã ducit
templũ ipſum aquis dirimentibus diui marci tergo pene heret auerſa areæ parte:a fron
te.Io.cognomẽto noui limina:ſed illa ipſa ueteri nõ noua facie:ad dexteram eodem ue
ſtigio ſtantis Zachariæ uirginiũ uetus & ipſum opus:ſed nũc proximo loco phanum
ornatiſſimo apparatu erectum.nulliq; nouorum operum ſumptuoſitate & ædificii ra-
tione poſt habendum:ad ueterem aram Gregorii:Zachariæ:theodori:Sabinæ: Pancra-
tii:Nerei:& Arcilei corpora uno condita ſunt ſacrario diui atrium egreſis ad dexteram
in conſpectu ſe proculi tẽplum offert in eo præter æuum nihil hodie miramur in ad-
uerſa inſula ſedet mauritius:unde per breuem uicum ad geminos põtes eſt aditus: dex-
tero relicto per eum:qui a fronte occurrit in ſubiectum angiportum: & uicinum pon-
tem dextera ad Antoninum particiatiæ familiæ opus uetuſtum tranſcenditur : ubi &
ſabæ ſacrarium fundamẽta ſacræ ædi propinqua:ac paululum in curua in bragolanam
retrahunt aream:ſed de loco plura fortaſſis ꝗ oportuit:ſi leua a põte procul ire pergas:
de quo nuper diximus ad.Io.hieroſolimitanum:& in foro iulianum uicum ueniesmultra
quas ad occaſum aduerſa inſula laurentianum uirgineum cum æde ei ꝗ proximo loco
Antonino ſacram oſtendimus æquali id quoq; particiatiorum opus fuiſſe memo-
rant anno conditæ urbis circiter.cccc.extructũ utranq; inſulam ueteres geminas dixere
per põtẽs nouiſſime dictos ad diui ædem retro patet reditus: dextero riuo poſt geminũ
pontem:ſeptentrionem uerſus fundamẽtis itur:lapideus pons ad diuum & uirgines du
cit:hinc longiſſimis patentioribuſq; uicis ad pontem uenitur:qui in longum tranſmit-
tit callem:hinc dextera ad lateranum ducit:locum pene ſacris deſtitutum:recta ad Ma-
riam formoſam:uaſtus campus atq; herbidus blande uenientes excipit:ad meridiẽ tem-
plum attollitur:magni opitergini monumentum.Delubrum in eo porphiritici lapidis
cum ſubiecta columna nobili materia:ſed opere nobiliori:duobus hinc pontibus ſemi
tiſq; pene rectis ad Marinæ aram uenitur:ibi diuæ corpus bizantio delatũ: per eius are-
am:& lapideum pontem fit reditus ad miraculorum ædẽ:unde ſcribendæ regionis ſum
pſeramus initium:auerſam inde uiam:quæ in fronte diuæ eſt ingreſſus ad leonis phanũ
inflexis uicis unoq; ponte tranſcendens lium uulgus corrupto nomine uocat : opus per
ſe uetus:ſed magna nuper ex parte inſtauratum:& hæc ſacrarum ædium;quæ in oliuo-
lenſi ſunt regione nouiſſima:ac pene confinium ipſum:a tergo introrſum capſarium ha
bet uicum:qui uſq; ad pontes regionem ea parte claudentes:bifariam extenditur.

De uia & ultima regione.

r Eliquum erat:ut de nobiliſſima urbis regione diceremus:quæ eadẽ eſt:& diui
Marci in.xiiii.diuiſas:iſulas ſacras ædes decẽ & octo:eius forma ad occaſũ reſu
pinata baſim duabus inſulis affinẽ:nec rectilineã habet:duro dorſo & paulinæ
regioni eſt a lateribꝰ:& a frõte inſerta:eius deſcriptio a canaregii finibꝰ ſumet exordiũ:
lapideꝰ ibi pons germanici emporii tergo hærẽs:mox & inflexꝰ uicus:qui in anguis ſpe
ciem intortus anguinus dicitur:ſed illi ipſi ãbitus hinc inde denſiſſimis ſunt officinis re
ferti:in quibus omnis urbicus purpureæ texturæ apparatus non ſine ſpectantium ad-
miratione cõſpicitur ĩcredibilis opificũ manus in auro:& ſerico uarii coloris explican-
do eſt occupata ad leuam ſinuoſus callis ad pontem ducit:per quem ad leonem oliuo-
lenſis regionis tranſcenditur:ad dexteram germanicum ſe offert emporium:locus alto
riuo ĩminet plurimi hic germani ſanguinis conductis ad id circa atrium cubiculis ne-
gociantur:ingens inde rei publice uectigal: quicquid mercium ex urbe in germaniam:
& circuniectas oras deuehitur: hinc propemodum depromitur:quicquid rurſus inde af
fertur hic negociatorum oculis ſubiicitur:plura ſemp nauigia: ad mercium uecturam:
quæ ſita ſubiectis hærent ripis:ab emporio in apertũ egreſſis riuoáltinus põs:dexter oc
currit ad leuam frequentiſſima urbis uia ad auream uſq; ædem:& ipſa admodum ſinuo
ſa decurrit tota intercapedo : quæ quattuor pene continet ſtadia denſiſſimis dextra le-
uaq; aromatariis aliiſq; omnifariã tabernis:officiniſq; promiſcue feruet ĩteriectis ĩ his
omnis urbicæ:peregrinæq; mercis copia uenalis exponiẗ:adeo ut quum omnia in aper
tũ deferunẗ inter blanda urbis ornamenta id ſoleat magnorum hoſpitum oculis ſubii
ci ſpectaculum:per eam aliquanto progreſſis Bartholomei ueſtibulũ phano accubans
ad dexteram ſe offert:dextera:& ſaluatoris ædes cum Iſidori corpore cõuentu:celebriq;
opus teſtudineum præcipua religione præditum:nec multo poſt contractiore fronte:
& iulianus:q a latere ſpathariũ habet uicũ:aquariũ uero a tergo: mercaria uia a fronte
pergit in aureæ ædis areã procedere:ſed ad oram unde digreſſi fuimus:eſt redeundũ: ut
ordine dicantur:quæ hinc ſequuntur.Quicquid igitur a ponte omnium maximo : qui
idem eſt:& riuoaltus ſecus aquas peragrari poteſt : totum aggeribꝰ eſt ſuffultum:qui-
bus hærent mercatoriæ exotici italiciq; uini naues:ita inter ſe frequẽtia ſtipatæ:ut mu
tuus ſit inter illas tranſcenſus in fronte tabernæ plurimæ oleariæ uini apothecæ hic ba
iulorũ:& omnium fere:q ſordidum faciunt in ciuitate quæſtũ ſemp turba ingẽs: in ex
tremis aggeribus auguſtus uicꝰ in Lucæ areã ducit:hic a tergo ærariꝰ uicus:per quẽ ad
ſaluatoris ædem retro patet acceſſus:a fronte angiportus:qui ligneo ponte in ſagittari-
um callem mittit:haud procul ab area diuerticulum ad diui aram: unde in apertum re-
uerſis perſtringendũ Lucæ diuerticulũ:& mox paterniani ueſtibulũ:hoc cũ æde ad leuã
relicto duplici angiportu ſublicio ponte dirẽpto ad benedicti uetuſtã itur ædẽ diui tho
lus cũ præiacẽte ĩtrorſus area ad ripã uſq; qua ĩ aduerſã traiiciẗ ĩſulã:poſt diuerticulũ re
cta procedit uia ad angeli phanũ noua hic turris uetus:quæ ibi fuerat ſubita ruina nõ ſi
ne pluriũ pernicie noctu repente corruiſſe diciẗ:quin & tertio ab hinc ãno irẽ noctu e
cælo tacta adeo omnibus pene lateribus concuſſa eſt:ut res ſit in prodigium uerſa: ſed
latera ſubito inſtaurata Heremitanorum atrium cum Auguſto prothomartyris tẽplo
ab angelo digreſſum lapideo excipit ponte frequẽs hic conuentus:templũq; ſacellis plu
rimis:& pauimento ornatũ:in fronte cymiteriũ:mox & uicus cum bubulis ſtabulis: &
lacte omnifariam uenali.Hinc flexus ad Rochi & Suſannæ arã:huc his paucis ãnis Ro-
chianũ collegium cõceſſerat:ac pluribus ædificiis ſolo æquatis:quæ ad hoc ipſum coe-
merat nouum ſibi conclaue cum diui æde erigere adortus eſt:ſublato inde ueteri lupa-
nari ingentem explicauerat ad ædificandum aream: quum repente mutato conſilio cũ
ipſis ſacris:ac diui corpore ex gallia nuper delato:& quod pro tẽpore ĩ Geminiani pha-
no religioſe fuerat aſſeruatũ:in uetuſtiſſimum phanum ultra riuum commigrauit:no-
uiſſime hinc cum omni cerimonia profectũ eum circa minorũ ædẽ locum iſtaurauit:
ubi prima fuerant diuo iacta fundamenta:ẽ id hodie:q̃q̃ recẽs ex quiq; celeberrimis ur
bis collegiis:unum:illis igiẗ abeũtibus locus eſt iterũ prophanatus:ſed non multo poſt

in ſacrum uſum reſtitutus:traductuſq; eo frequens uirginum cætus ædes cum uirginio
tumultuario pene opere extructa:Rocho & Suſannæ ſacra relinquunt: hoc commune
phanum ad leuam hi:qui ad Samuelem ire pergunt:præiacet illi area cũ traiectu omni-
um ferme:qui in urbe ſunt frequentiſſimo iam hinc atq; aliquanto retro uſq; ad Trini-
tatis phanum citra:ultraq; riuum clariſſima ſpectantur urbis ædificia:inde eiſdem ueſti
giis ad Stephani aream redeundum:cymba qui uolet ad proximam Vitalis ripam euehi
tur:exiguum id templum hinc publicam caritatem ſpectans inde uirentem prothomar
tyris campum mox ex diui conſpectu cymba ablatus poſt appulſum ad mauritium per
tenuem ibit angiportum parum abeſt quin ille heremitanæ aræ a tergo accubet tenui
riuo diſternit cãpus: qui diuo præiacet ad lapideos mittit põtes poſt illos iubanicæ uir
ginis uetuſta occurrunt limina:cum turri præ multa uetuſtate iam collapſa:in æde co-
lumnæ plæraq; & peregrini lapides uetuſtiſſimum loci arguunt apparatum campus a
fronte ad Gregorii traiectum excurrit:ſecus iubanicæ tecta per inflexos calles ad ange-
lum leua:dextra ad Fantini itur aram:hic uirginis imago multa religione:aſſiduiſq; mi-
raculis illuſtrata:frons ædis nitida:candidoq; ſaxo nuper inſtaurata: duplici inde uia in
diui Marci itur aream:leua per ſagittarium uicum dextera pontibus duobus in ulterio-
ris conſpectu Moſis phanum cum accliui turre: hic quoq; uirginis Icon & ipſa miracu-
lis multis inſignis:tenuiq; fabrorum collegiũ:ſed huiuſmodi collegia regionatim om-
nibus ferme templis reperiũtur:recta hic ad ediculam uirginis ducit omnia ibi tenuia:
uiculos ex huius conſpectu in Geminiani fert ueſtibulum id in aureæ ædis aream cum
ipſo templo decurrit:duæ deinde porticus:dextra leuaq; uſq; fere ad auream ædem lon-
ge lateq; ſpaciantem amplexantur aream:imæ utrinq; partes publicæ locantur : & cum
his leue porticus ſuperiora domicilia:dexteræ uero a diui Marci ꝓcuratoribus inhabi
tantur a Geminiani ueſtibulo illa profecta per pontes & in ærarium uicum & alia igno
bilia a tergo loca peruia eſt:ipſa cum area uſq; in mercariam excurrit uiam: tum publi-
ca quædam ſine porticu ædificia ad baſſi uſq; ueſtibulum protenduntur:quæ ſpathariũ
uicum & aquarium poſt ſe propinquo loco habent: ſed illa ſuperius dicta procuratoria
porticus:& ipſa ſpaciantis areæ æmula pergeret ad auream uſq; ædem ꝓcurrere:uel po-
tius in forum ipſum:cui magis contra reſpondet:niſi ſuperbiſſime turris occurſu com-
primeretur:eſt omnium illa quæ in orbe ſunt eminentiſſima:adeoq; altis fundamentis
nixa:ut pene plus operis latere credatur q̃ ad auras extet: ſummus apex adeo ſublimis:
ut fulgor auri quo illitus eſt ad ducenta ſtadia ex alto nauigantibus: uelut ſaluberrimũ
quoddam occurrat ſydus.ſanctiora conclauia in quibus pecuniæ & alia quoquomodo
diui Marci procuratoribus adminiſtranda diligenter aſſeruantur: feſtiua facie turri ac-
cubant perui fornices a ſumma porticu ad pium diui Marci tranſmittunt hoſpitium
in aditu magnum conclaue:ubi publico decreto his annis litterarium eſt Gymnaſium
conſtitutum:hinc poſtea egreſſis ad meridiem explicatur area:quæ & ipſa duabus cohi
betur porticibus forenſi ad ortum:ad occidentem ſolem tabernaria.Hæc a fronte pari
ceas tabernulas habet itus ſuperiore parte meritoria hoſpitia:infra cauponulæ multæ:
cum ſellariolis popinis in ſumma porticu ianua ingens quæ ad nummariam ducit offi-
cinam:hic aſſidue uis ingens auri & argenti cuditur:opificũ ingens numerus: mox hinc
alterum hæret macellum cũ piſcario foro:& tabernis plæriſq; ſallariolis numariæ offi
cinæ contiguis poſt piſcarium forum:ſequitur & carpatium terram nouam eam loci in
tercapedinem ueteres dixere.Aedificia illi impoſita:ubi nunc publica ſunt horrea olim
carceris uſum præbuere conſtat ibi genuenſes clodiæ captos in uinculis olim habitos:
ripa a ueteribus cloacis:quæ hodie nõ ſunt uſq; ad palearium pontem:tum cymbæ plu
rimæ:tum maiora nauigia:partim oneraria:partim aduectores excipiẽdos parata die no
ctuq; hærent:medio tractu introrſum in marciana area:qua ad meridiem excurrit ge-
minæ columnæ præſtanti forma prominent:mira in illis ſpectatur proceritas in hoc
epiſtilio diui Marci ſimulachrum ea forma:qua alatum imitatur leonem in illo Theo-
dori martyris intenta haſta draconi incubãtis:in utriuſq; numinis tutela ciuitas ad hũc

diem manſit:in martyris olim:nunc in diui marci eſt: in ipſo intercolũnio ſontes capi-
tali afficiuntur ſupplicio. Reliquum eſt:ut de ducario ipſo & aurea æde dicatur: quo-
rum ingens rerum appatatus: ſi a nobis accuratius explicetur: tertium explebit li-
bellum nec adhuc rem plene proſecuti erimus: ſed breuitate uerborum perſtrin-
gam: ut ea ſolum memorentur: quæ præcipua uiſa fuerint admiratione digna: tri-
bus ducarium ipſum patet lateribus ad aquilonem aureæ ædi accubat: qua auſtrum &
zephyrum ſpectat craſſioribus ſubnixum columnis longiſſimas explicat porticus:qua-
rum hæc publico prætenta eſt carceri:illa inſtitoribus magna ſui parte deſeruit utroq;
latere eminentior porticus his duabus impoſita duplici columnarum ſerie ſuffulta: to-
taq; in fori uſum aſumitur:ampliſſima cõclauia porticibus incubant:quorũ hoc quod
occidui eſt lateris publicandæ bibliothecæ fuerat deſtinatum:illud meridianæ oræ co
mitium habet:ubi totius ordinis ſuffragio magiſtratus creantur:duplex hic armamenta
rium utrumq; comitio cõtiguum: publicis armis refertum:ſub quorum altero.xl.Viri
ciuiles audiunt cauſas reliquum latus:quod hodie ob nouam inſtaurationem eſt pene
dimidiatum ſub ueteri ſtructura uetuſtiſſimam Nicolai ediculam habet:& tribunal pro
quo publici aduocatores cauſas audiunt:ſupra ueteri inſtituto ſenatus habetur: reliquũ
ubi uetus fuit principium ſedes:quæ medio ferrarienſis belli tempore deflagrauit:mate
ria quidem nobili:ſed opere adhuc nobiliori ab imo ad faſtigium eſt nuper inſtauratũ:
aureæ ædis forma:quæ eadem ẽ & diui Marci crucis uidetur mihi figuram exprimere:
quemadmodum fuit in hiſtoriis a me demonſtratum:& ut ab imis partibus ſuperbum
apparatum ſcribere incipiam:pauimentum habet partim teſſellato diſtinctum opere:
partim marmoreis tabulis aliis quæ nõ parui precii lapidibus munitum:in quibus (uix
aliquis credat)ſemipedales ſectantur carchedonii ad aram maximam columnæ duæ a
labaſtritæ lapidis:plures ad hæc circa aram maximam:& columnæ: & tabulæ ex ꝓphi-
rite & laconico marmoræ: facies templi ad dimidium fere tabulis compacta ẽ marmo-
reis:quicquid inde ad faſtigium tollitur:purpuriſſimo fulget auro: altiſſimæ teſtudines
græcanici operis diuorum habent ſimulacra:quæ mœſta præſentia non plus ueneratio
nis ſpectantibus incutiunt q̃ horroris:ueſtibulum cum exteriore facie eodem opere &
materia præditum:ſed eo ſuperbiore aſpectu:quo marmoreæ columnæ multiplici ſerie
& a fronte:& a lateribus omnia conuallant:in ipſis laterum faſtigiis: crebriſq; pinnacu-
lis marmoreæ diuorum ſtatuæ geniis colludentibus ordine impoſitæ:in ueſtibuli ſuper
cilio quattuor æneí equi alacri ſtatu prominent:quod ſpectaculum non parum affert
ornamenti opulentiſſimo alioqui templo:plumbeæ tegulæ:ædem: forum: & curiam
operiunt:diui Marci corpus occultiore conditum eſt ſacrario: ac omnino paucis noto:
ad aram maximam gemmata tabula inter publicos ſpectantur theſauros. Hæc ibidem
ſempertilli ſanctiore aſſeruantur loco:frequens hic clerus cum antiſtite quem primice-
rion uocant:& hæc de ſitu & illuſtribus locis urbis: nunc pauca in uniuerſum dicam:
omnium ſacrarum ædium quæ tota urbe ſunt:aut quadrato lapide:aut teſſallato ope-
re tabuliſq; marmoreis ſubſtrata ſunt pauimenta:omnes circa aram maximam & in Ve
ſtibulis peregrini habẽt lapidis columnas: plæræq; aureas teſtudines circa aras aureæ ta
bulæ:quas pallas Vulgo nominant:plebanicæ ædes quæ ſingulæ ſingulis ſunt inſulis
ſitæ:ſuum quælibet antiſtitem eſt ſorſita: plebanum hunc uocant: famulantem habet
& clerum:a quo canonico ritu ſacra tranſiguntur: eaque ad organorum cantum
hoc in Virginiis ipſis: hoc in cæteris ædibus ſacris collegium habentibus: ita ut
ſine rubore affirmare poſſis hanc unam urbem in toto orbe uere ſacrificulam ho-
die nominari poſſe & debere: atq; ſacrorum cultu cerimoniaque ſollemni nulli ea-
rum quæ in terris ſunt poſt habendam: tota ad hæc quacunque pedibus pera-
gratur lateribus munita priuatæ ædes domeſticatim puteos habent: quæ aquis
incubant ripas ad naualem uſum: atria:porticus: ueſtibula: columnis dalmatici hi-
ſtriciue lapidis fulta: ſed intus hæc magiſquam foris ſpectantur:ex eadem materia:
cenacula:feneſtræ:parteſq; ædium eminentiores:nulla ferme eſt recens domus:quæ nõ

aurata habeat cubicula:nec procul aberat:quin iam ædes pro tectorio eſſent aurum ha
bituræ:niſi luxuriæ in dies ualidius incumbenti legibus itum eſſet obuiam idem in mu
liebri cultu ſplẽdor:qui & ipſæ paucis annis ſæpius eſt coercitus:nulla inualeſcẽte luxu
ria fuit tam mediocris fortunæ fœmina:quæ non in auro conſpiceretur:nulla quæ nõ
aureos torques imẽſi ponderis collo induceret:utrũq; lege:ut dixi adẽptum:quo factũ
eſt:ut iá omnis delitiarũ impetus in gẽmarũ:& unionũ oſtentationẽ incubuerit: quum
igitur ornatiores ĩ publicũ exeunt:quicqd a medio ſurſum ẽ:gẽmis & grãdioribus ſplẽ
det margaritis uirorũ cultus ĩ urbe ciuilior:q̃ foris a pueris ueſtibus ad pedes demiſſis
utunť:atq; ipſis plurimũ nigris:uiolaceus colos ſatis frequẽs:ſed cocchus adhuc frequẽ
tior:æq̃lis ut pote ĩ libera ciuitate habitus:permiſſum cuiq; colore : amictu : ueſte:qua
uolet uti:quo fit:ut nullũ ĩter ordines prĩo aſpectu appeat diſcrimẽ: capillus uulgo fla
uus:ac fluuidꝰ:ita ut adhuc iuuenes plærię calui fiant:color cãdidus:ſtatura magis pro
cera:q̃ breuis tacitus ĩceſſus:ac curioſus:ſermo grauis:& demiſſus:& q plus gr̃æ ſibi uẽ
dicet:ſi aliq̃ ſit ex pre adulteratus:p̃riciorũ ſtudia:aut ĩ re publica adminiſtrãda:aut ĩ ne
gociatiõe ſita:philoſophiá nõ nulli attingũt:quidá ẽt & eloq̃ntiæ ſtudia:ac facilis ĩ utro
q; profectus:quo apparet totius gẽtis igenia nõ minus ad liberaliũ artiũ cultũ capeſſen
dũ:q̃ ad id:quod curãt natura cõparata:medius ordo mercaturæ:& opificiis uacat: uul
gus remigia explet:uictus oĩbus magis nitidus:quam ſumptuoſus parſimonia:& lege &
natura quæſita:in cæteris moderatur.

MAR.ANTO.SABELLICI : DE SITV VENETAE VRBIS.LIBER TERTIVS.

s Itus urbis:uiæ:tẽpla:areæ:riui:Pontes:omniaq; ædi ficia pu
blica:& priuata:& cum his ciuiũ cultus:& mores : ſic habẽt:
nũc de ſuburbanis dicá locis:quæ narratio eo erit: ut ſpero
iucũdior quo:& magis uaria:maioreq; uetuſtate referta:cæ
terũ littoris natura:rara alioqui uiſu : ac neſcio an uſq̃ alibi
terrarũ mirabiliꝰ opata:gr̃am afferet non mediocrẽ:reſiduæ
huic iſtituti opis lucubrationi habet:ut breuiter dicá:ueneta
littorũ ora:quæ ab oſtio padi maxĩe ĩ aq̃lonẽ uerſo:initiũ ſu
mẽs ad gradatas uſq; aquas:quæ aq̃leiæ ĩ fluctu p̃iacẽt litto
re plurifariá abrupto ꝑcurrit:marinos fluctus in placidiſſi
mi ſtagni ſpeciẽ cõceptos:q æſtu pelagi in uada adacti:paſſimq; fluminibꝰ occurſantes:
nouũ quoddá exhibẽt naturæ certamẽ : nũc terra ſibi q̃cq̃d:ideſt nũc aquis uẽdicãtibꝰ:
& quod magis adhuc mirari poſſis : ſedet iterí amœniſſimũ littꝰ ꝑpetui certaminis:ar
bitrer:q̃n auctor potiꝰ hinc pluribꝰ fluuiorũ oſtiis maris æſtũ ĩ ſtagna trãſmittens:inde
admiſſo ꝑcul a ſe terrá diſtinẽs:& ip̃m totũ pene cultũ:& ut ĩtra ſe cætera colãť: ab oĩ
maris iniuria ſuo obiectu defẽdit:quo fit:ut alibi uineta:orti:alibi ſalinæ:piſcationes:tẽ
pla:turres:ædificia publica:& priuata.Effuſæ toto ſtagno exiſtãt.Et quũ aquæ oĩa ĩtra
littus obtineãt:impetrat tamen aquis humanus cultus:ſed quãtumcũq; alternãtis natu
ræ id ſpatiũ eſt:quod obiectu littorũ diximus his finibus contineri:longobardicis tẽpo
ribus:fuit priſcis uenetis ex regione quá longe lateq; in terra italia ad id tẽpus habue
rant reliquũ:fuerãt antiquæ uenetiæ fines:quod in hiſtoriis mõſtrauimꝰ abdua :alpes:
padꝰ:& adriaci littoris ora:aq̃leiá uſq;:ſed barbaricis armis ex omni cõtinẽtis ora uene
ti depulſi ex fœdere:hos ut dixi:ſunt fines ſortiti:id totũ ſuburbanæ regioni damꝰ:cuiꝰ
explicatio:ut magis ſit perſpicua:eá in.x.ptes:& quaſi regiones diuidemꝰ:quas in fronte
ipſa fluuiorũ oſtia p̃ſcribunt ĩtra littus ad inter nos ſuos ĩ ſtagna exitus ipſi amniũ mea
tus:dabit itaq; heridanus fluuiorũ:ut poeta ait rex:inſtitutæ narrationi exordiũ: is bo
reali ſuo oſtio quũ atheſi:qui tridẽtinis mõtibus ortus ueronaq; ĩfuſus ĩ adriá euoluiť:
primá cõſtatuet regionẽ.Plinius hũc padi fluuiũ carbonarias nominauit foſſas:quas ho
die fornaces dicunt:ſuſpicari libet:aut antiquá oſtiorũ rationẽ oĩno mutatá:aut Pliniũ

nō oia uidiſſe quū nō padi:ſed atheſis oſtiū recentes accollæ foſſiones uocent extrema
regionis ora ículta:ut pote ab urbe ad.cccc.ferme diſtās ſtadia:nec circa littus omnino
paluſtris:ſed denſa uirgulta ſolum fructetaq;:& arbores admodum raræ ueſtiunt: intra
lauretum a littore tria millia paſſuum uitalis phaledri principis opus : ut plures an-
nales habent adrianorum clade inſigne : adrienſes his locis a Venetis ingenti prælio
uicti opes celebritatem omnem in perpetuum amiſere peruia præter oppidum ex athe
ſi in padum nauigatio extremo riuo ſecus:atheſim turris cognomēto noua:ſed facie per
uetuſta ſupra uaſte paludes:& in his antiquæ ædis ueſtigia:quæ diuo andreæ fuit olim
ſacra nunc pphana omnia inde ad caput aggeris nihil memoria dignum ſedet locus ex-
trema atheſis ripa:ubi fluuialis agger ſumit initium:ita ut hinc non aliunde nomen lo-
co factum ſuſpicari poſſis extrema regionis linea a pado producta: per paludes a tergo
in extremos opidi fines decurrit centum quadraginta ſtadia mari procul relicto:nulli
bi regio latius patet:nobilior quæ ſequitur foſſionibus:& brundulo quem atheſis & ba
chilionis ſciſſiones faciunt comprehenſa in cultum:qua foſſiones ſpectat littus eadēq;
pene facies:quæ & primæ regionis nihil ea parte memoria dignū præter Georgii ædē
atheſinæ ripæ accubantem:paluſtriq; uaſtitate interiecta in eadem ripa Lazari phanū:
qua ex atheſi bebias rectis aquis nauigaſ:ſedet bebiana turris fluuio qui poſtea ad brū-
dulum emittit contigua:omnia ſupra infraq; paludibus:modiciſq; paſcuis inſeſſa : hinc
nāq; atheſis ſuarum aquarum impatiens ſe ſe in eas non uno loco exonerat:inde bachi-
lionis ſciſſio:quam audio ab locorum accolis brentonem uocari: cuncta in undatione
complent:locaq; obiter in acceſſa faciunt toto hoc paluſtri ferme tractu:qui longiſſi-
me mari recedit præter bebianas molas infra atheſinarum corriuationum & brentonis
confluentem ſitas:nihil quod opus ſit cognoſcere reperio:circa littus qua clodiam ſpe-
ctat uineta:paſſim & horti terram obtinent proximum ueneti portum clodiaco bello
genuenſibus interceptis occulſere his littoribus pertinaciſſimi illi duorum populorum
conatus pluribus hæſere menſibus hoſtibus in apertum abire nolentibus: terram uene
tis & mare illis pertinaciter inhibentibus:ſed illa in hiſtoriis latius : ſequitur regio hu-
mano cultu omnium:de quibus dicere orſi ſumus memoratiſſima:brundulio: & bachi-
lionis oſtio interiecta in hac clodia ſita quærente me quandoq; a proximis locorum ac
colis compertum ne haberent undæ brundulum id oſtium diceretur:negabant ſe habe
re quid reſpondere poſſent:ſed quum ex illis cognouiſſem brentonem uocari partem il
lam bacchilionis:quæ atheſinis aquis congreſſa id oſtium faceret:non abſurda eſt uiſa
coniectatio:brundulum exiſtimare a recentioribus dictu:quod ueteres brentulum dixiſ
ſent nomen a brentone fluuio:ut manifeſte apparet ductum:ſed id non ita tradimus:ut
non liberam aliis de ea re coniecturam relinquamus:in fronte portui obuerſa Michae-
lis ædes:atq; inibi turris ueſtigia:quæ genuenſi bello uenetis tormentis concuſſa repen
te concidit:nec ſine hoſtium clade chinatius taurinus auctor eſt petrum aurium cum
quo liguſticæ uires circa clodiam cōciderunt improuiſa huius turris ruina oppreſſum:
nec procul inde introrſum in ſtagno Blaſii phanum nunc ueſtigia uix extant: clodiaco
bello ueneti hoc quoq; loco internas liguri aquas uallo obſtruxere adhibita nauiū ſta-
tione nullo circa clodiam loco magis utrinq; eſt laboratum . Quicquid ſoli inter mare
& paludes: a brundulo ad oppidum patet:miro hominum ſtudio colitur olitorii orti in
teriectis uitibus:frugiferiſq; arboribus:longe lateq; inſulam obtinent:uliginoſum ſolū
accolarum ingenio magis quam locorum natura ferax:foueis aggeribuſq; arcent aqua-
rū alluuionem cæterum incredibilis inde uis omnium olerum: omniumq; hortēſium
herbarum uenetias conuehitur:adeo ut in urbe rerum omnium alioqui ob aſſidua ne-
gocia opulentiſſima:nulla ſit uberior annona caſæ paluſtri calamo:ac cementitiæ quæ
dam ſparſim:omnibus prædiis uiſuntur:quæ ibidem operantium arguunt ſedulitatem:
clodia undiq; interius aquis alluitur:auctores quidam eam a b atheſtanis:& filicenſibus:
qui hūnicis temporibus in ſtagna ex continentis ora profugerant:conditam prodidere:
quod in hiſtoriis aperte diximus:ſed ueterum ſcriptorū pleriq;:q tempora illa pluribus

ætatibus præceſſere:foſſæ clodiæ meminerunt:bifariam olim culta : & circa littus:quá
paruam nominauere:clodiam ea genuenſi bello intercidit : & hic ubi hodie, urbs duo-
rum millium paſſuum circuitu ſedet incolumis:peruius utrinq; uſus fuit pōte ſtadiorū
quattuor aquis impoſito:cuius ueſtigia nunc quoq; medus uiſuntur aqs:tam frequens
olim utrobiq; cultus: ut ærardus roſcus publicus clodienſium ſcriba homo ſpectate
fidei:qui longiſſimos mecū de locorum rōne trahere ſolebat: ſermones in municipali-
bus monumétis legiſſe ſe affirmaret:utraq; clodia céſeri olim ſolita hoium omnis pro-
miſcue ſexus:& ætatis capita qndeci milia:quú hodie.v.nō amplius céſeant:ambeút il-
lam undiq; canales:nauigabiliſq; riuus mediá intercefat:ædes í ea ſacræ.x. & in his uir-
ginis una cum antiſtite:& clero . Extra ad meridiem franciſci phanum poſt genuenſe
bellum iſtauratum:& Io.baptiſtæ alterū ſtad.quattuor ab urbe:circa portū: qui auerſa
parte eſt:qué bacchilio amnis facit:turris aquis ícubás:eam lupæ ab initio noiatam cer
te conſtat:ſed cám non reperio:multis uelut canaliculis:& quaſi occultioribus ſemitis
circūiecta oppido nauigatur ſtagna:& in his ſalinæ iteriectæ:nec procul his memorabi
lis foſſa illa:quá pauciſſimis horis fráciſcus carrarius irreqeto opere: ut Clodiæ laborá
tibus iubueniret:liguſtico bello effodit:ſtagna ſupra hæc loca late diſcurrunt creberri-
mis uallis (ſic.n.ſpatia quædam harundineo uallo ſepta ueneti uocant)ad paſcationes
quæſita medio ferme tractu turris naſariola a proximis naſarioli aquis ſcinditur:ut di-
xi circa conchas bacchilio:qui ſupra uincentiam ad génas uillas ortus:perq; patauinum
agrum lapſus;paludibus imergitur:inde poſt ſciſſionem altera ex parte in athefim : mi-
ror Plinium ex patauinis agris tantum fluere dixiſſe:ea pars: quæ dextera athefim uer-
ſus abit:ſupra eam turrim iterum ſcinditur in partes duas: quarum hanc naſariolum
uocant:illam brentonem:his plane locis recentioris uenetiæ fines maxime acclinant:
adeo:ut nuſq̄ fere ſuburbana regio minus pateat:panditur quarta regio a bacchilionis
oſtio ad medoaci portum:omnia intra littus aquæ ſibi uendicant : nec præter uetuſte
ædis ruinas: quæ ſcopulo bacchilionis alueo propinquo circa portus uiſuntur(Diuo
marco ſacram fuiſſe memorát)& ſalinarum turrim:quod unum clodiaco bello præſidí
um totis ſtagnis Veneto eſt retentum:nihil relatu dignú occurrit:eſt turris ipſa nō mul
tū infra bacchilionis inflexū:qua regiōis fines præcipue cōtrahi docuimus : littus ipſú
in ſtagna obuerſum:facies dico íterior paſſim humano ſplédeſcit cultu:eiuſq; rō clodia
co perq̄ ſimilis uici plures ordie olim oppida philiſtina:nūc corrupto noie peleſtrinam
uocant:duæ adhuc ſacræ ædes:& cum his pauciſſima ædificia:ipſa genuenſi bello inter
cidit:olim frequentius habitata:& quo Veneti ánuum mittere magiſtratum ſolebant:
Corregiú:paſtina:albiola:quæ & ipſa liguſticis temporib⁹ coli deſiit:hæc loca priſci Ve
neti:e cōtinentis ora deiecti:ab initio tenuere:ubi albiola fuit:ſola nunc ædes uiſit:atq;
ea principi apoſtolorú ſacra medoaci : ſeu ut alii ſcribút medoaci portus a noſtris ma-
thematici dr.huc licet medoacus fluat:adiuuat tamen aquarū uim nō médiocriter fio-
chus ex patauino:& ipſe agro ſtagnis iſuſus:ſed medoaco cōgreſſus ad littus nomé non
perfert:ex eo æſtimare æquū é:factú eé i patauinis finibus nō ignobili oppido nom̄:qđ
indoctú uulgus ſacci plæbé noiant:quú ſiochi potius ſit dicendú:Hic é portus ille: qué
uictor ligur poſt clodiæ expugnationem ualida claſſe inſedit:quem non multo poſt me
tu ne a tergo circumueniret:trepide reliqt:hoc quoq; littus illud.unde aliquot ante æta
tibus ſoluerat moles illa:ueriuſq̄ ratis gallicis armis iſtructa:quá ſoluta tá iſignis eſt ab
hoſte clades accepta:ut proximis aqs quéadmodú ſuo dicet loco:nomen dederit:oritur
medoacus ipſe in alpibus ad decimum ferme lapidem a tridéto ignobili lacu.Plinius du
os medoacos celebrat:quorú hic edroné:cuius proxime memini:faciat ille circa foſſam
clodiá:celebri portu adriæ ifundat:hinc puto eſſe:qđ duplicem ét brentam recentiores
fecere:nouam qdem uná ueteré:alterá & ab urbe magis aurá:ſequit:quæ uериſſime om
niú:quas diximus ſuburbana appellari pōt:qppe quæ urbé ipſam aliqua ex parte contin
gat:duo eá i ora portus pſcribút:medoaci proxime regionis cōfiniú:& q Venetus dr:ue
tuſtiſſim⁹ Medoaci alue⁹ is uidet mihi eé:qué hodie bréta uocát:Strabo auctor grauiſ

ſimꝰ:a mari inqt(quũ d̃ patauio iteri loq̃ret)ſurſũ hẽt nauigationẽ fluuio ꝑpaludes.cc.
&.L.a magno portu ſtadiis:portꝰ ipſe eodẽ quo fluuiꝰ noĩe medoacꝰuocat:q̃bus uerbis
nemo nõ apte itelligit medoacũ eũ eẽ: quẽ hodie brẽtã uocãt: quo magis miror auſos
eẽ ex recẽtioribꝰ quoſdã:fluuiũ ipm timaũ appellaſ:uirgiliano credo carmine adducti
quo timaꝰ patauio ꝓximꝰ uideſ ſignificari:ſed quẽadmodũ i libris de aq̃leiæ uetuſtate
docuimus:in carnorũ ora ultra aquileiam ſcatet timauus:ſic enim proximi accolæ eius
fontes appellant:ſic ædes ſacra fontibus propinqua : a timauo cognominata eſt.c.Plini
us:& in atinate inquit campo fluuius merſus poſt.xx.milia paſſuum exit. Et in aquile-
ienſi timauus:nec debet quẽpiam Martialis carm diuerſum trahere: qui euganeum uo-
cat timauum:quando idem alibi eum aquileiæ fecerit accolam.Et tu lædeo inquit fœ-
lix aquileia timauo:hoc credo fuit:quod quidam duplicem timauum celebrare ſunt au
ſi:ſed de patauino grauem nullum habent auctorem præter Martialem:& Lucanũ:quo
rum uterq; ad Virgilianum carmen alluſit:id ſiquis altius rimetur:aliud quidem diuer-
ſum a timauo demonſtrari intelliget:ſed de medoaco hactenus:qui proximo etiam op-
pido nomẽ dedit:priſci ueneti id cõdidere : ac tã frequenter olim cultũ: ut ducaria illic
ſedes quandoq; fuerit:anno inde ab urbẽ condita circiter ſeptingenteſimo incendio:pri
us inde maris alluione intercidit:eſt nunc recens aliud:nec multum loco diſtans:undiq;
aquis & opere munitum:cum annuo magiſtratu:& intro rſum contra littus popilia ab
his:qui poſt tradonici principis cædem ducarium occuparunt:nõ quia ipſi paricidii au
ctores eſſent:ſed quum ultores potius uideri uoluiſſent:hi priuſq̃ in æquum deſtende
rent:pacti dicuntur:ut eam inſulam acciperent:incolendam:quidam anneles habent re-
legationem eam fuiſſe non pactionem:deſiit & ipſa genuenſi bello habitari: nunc præ-
ter ædem unam ſacram & mercenarium tugurium omni alioqui cultu deſerta eſt:
hæc contra medoacum:a tergo autem Leonardi phanum portui propinquũ: reſpiciunt
canalem orphanum:ſic a memorabili gallorum cæde:ut credere par eſt:nominatũ medi
um amplectuntur:mox eodem quo medoacum littore almi ſpiritus ædes:cõuentus fre-
quens:perſpicuus & pene recens apparatus:religio ingens:ſed quantã initiatorum uita:
q̃ pia:hoſpitalitas etiã num maiorẽ faciat:pari pene ſpatio clæmẽs : Petri gatiloſi opus:
& ara:& pium hoſpitium aræ contiguum:a tergo in ora lazaretũ uetus:in ſpeciẽ parui
oppidi cõmunitã huc:ab initio:qui peſtilentia in urbe languere occepiſſent: ad cõtagia
tollenda deferri conſueuere:nũc altero ad hunc uſum publice quæſito:non niſi morbo
defuncti eo deferuntur:quos utiq; placuit:nõ prius urbem ingredi:q̃ non morbi tantũ:
ſed cœli quoq; grauioris omnem excuſſam arbitrarẽtur offenſam:multa in orbẽ utro-
biq; cubicula:ſuppellex:& quæ in tali diſcrimine deſiderari poſſunt:publice parata: quo
præſidio ciuitas peſtilẽtibus annis ſupra q̃ dici poſſit:leuaſ contagione:inibi lazari pha
num:diſcretoq; cœnobio elephanticorum cætus:ſuburbanus portus regionis cõfiniũ:
& in oſcio geminæ turres utrinq; aquis incubantes:tam hæc:q̃ illa præſidio tenẽtur : lu
mina inde noctu nautarum curſum ex alto dirigũt:introrſum citeriore ripa Nicolai co
gnomento littorei ædes:eam Dominicus contarenus princeps ſtatuiſſe dicitur: conuen
tus multa religione:uiſuntur adhuc his locis ueſtigia muri clodienſi bello ad ſubitos
hoſtium incurſus arcendos mira:ut in hiſtoriis tradidimus celeritate confecti : inde ad
Georgii aram:quæ contra comitium ſita ẽ ; nihil circa alueum relatu dignum:eius loci
in urbanarum rerum relatione meminimus:a georgio ad gratiarum arã retro aquæ ad
duo ſtadia nauigantur:ara uirgini ſacra ẽ conuentus : & religio multa ædificiorum ap-
paratus ingens:hortiq; amœniſſimi circũiecti:hinc præter iudaicam:nauigantibus ange
li ſeſe offert uirginium:& ipſum contareni iam dicti opus:pari inde itercapedine : Geor
gii cognomento algani ſolennis conuentus:auctor loci & religionis petrus iuſtinianus
poſt alganum:officina leuca:qua graui machina cimbæ ex ſtagno in medoacũ:ſeu bren
tam tranſuehuntur:ad leuam ſupra amnis deflexum:locis minus ſtagno obnoxiis hila-
rii turris:nec procul inde curanellai & in finibus ſupra ignobilem cõfluentem:quæ cu
rania dicitur:ubi cũ patauinis ob finiũ ambiguitatẽ eſt:q̃doq; armis diſceptatũ:& hæc

de quinta regione:ſex tam quæ urbi aduerſa parte contigua eſt:ſuburbanus portus:quē
uetus medoaci fluuius effecit:& ſilis oſtia continent:oſtia ipſa trinos portus uulgo no-
minat:nulla regio incolatu frequentior:& ut ab littore(quod in cæteris referendis ad-
huc fecimus:ſumatur exordiū.Geminaꝝ turriū altera pene in fronte tollit:de eius uſu
in proxima regione tota colit:medioq́ fere tractu herasmi portus ignobilis: ac citra:ul
traq́ raræ prædiis ipſis caſæ interiectæ : intra a littore lazaretiū nouum uſus triſtis:ſed
frons loci lætiſſima:oīa hic maiore ſumptu:q̄ in ueteri illo cōparata interior: & magis
alueo propinq̄ Andræ phanū:certoſinus conuentus neſcias maior ne ſit loci religio: an
amœnitas uiſit: hic urſati iuſtiniani ex pario marmor ſepulchrū affabre cælatum tem-
plum:ab immo hodie inſtauratū : nobilioꝝ lapidum apparatu pene īcredibili : ſubiecta
eſt oculis nuper mihi & antonio chronio ſcribæ tanta inibi eiuſmodi lapidum:copia in
præſenté uſum quæſita:ut uix dimidium italiæ tantundé habere crederetur:& quod ma
gis omnino miret : aliquis uarius ī illis:& numeroſus color laconici hic lapidis æmulus
ille ſinadici:aut thaſii:alii numidicum:alii auguſteū imitantur : non nulli etiá ophité(&
alia plæraq́ genera a ueteribus lōge celebrata:& ne exoticá materiá arbitretur quiſque
indigenas lapides eos eſſe conſtitit:circaq́ alpes qua illæ in italiá reſupinantur temere a
locorum incolis recentiſſime repertos:quo ſubiit animum potuiſſe romanos ueteres ex
ꝓximo ſibi querere:ſi omnia uidiſſent:quæ laborioſe alioqui:quia ꝓcul italia ab eis in
ornanda urbe fuerunt accerſita:ſed ſunt illi fortaſſe molé:& in peregrino lapide ſecuti:
q̄ alpes ex iis:quæ uidimus conіectare potui:præſtare nequiuerunt uicinior aliq̄to urbi
helena:& ipſa ſuo cōuentu celebris, Chriſtophori phanum urbi uiciniſſimum: quippe
quod ad quingentos nec amplius paſſus ab urbe diſtet:tantūdem ad Michaelem muria-
num:is feſta fronte præteruectos excipit:utrobiq́ frequens conuētus: murianum inde
uicus:ſed qui ædificiorū magnificentia : & amplitudine urbs procul ſpectantibus appa
reat:longitudine ad mille paſſus patet:uitrariis officinis precipuæ illuſtratur : præclarū
inuentuū primo oſtendit uitrum poſſe criſtalli candorem mētiri;mox ut procacia ſunt
hominum ingenia:& ad aliquid inuētis addendum:non inertia in mille uarios colores:
innumeraſq́ formas cœperunt materiá inflectere:hinc calices:phialæ:canthari:lebetes:
cadi:candelabra:omnis generis animalia cornua:ſegmenta:monilia:hinc omnes huma-
næ delitiæ:hinc quicquid poteſt mortaliū oculos oblectare:& quod uix uita auſa eſſet
ſperare nullū eſt prætioſi lapidis genus:quod non ſit uitraria.induſtria imitata ſuaue ho
minis:& naturæ certamé:quid quod & murina hinc tibi uaſa ſunt:niſi pro ſenſu ſit pre
tium;age uero cui primo uenit i mētem breui pila includere omnia floꝝ genera:quib⁹
uernantia ueſtiuntur prata:at qui omniū gētiū hæc oculis maritima ſubiecere negocia:
ut quæ nemo alioqui credibilia putaſſet:iam nimio uſu uileſcere occeperint:nec in una
domo:aut familia nouitiū hæſit inuentum;magna ex parte uicus huiuſmodi ſeruet of-
ficinis:ædes in eo ſacræ duodecim:& in his plebanicæ duæ:duo uirginea : contuētuſq́
unus:altino profugi locum condidere:ꝑſuaſumq́ uulgo ē: quod quidá etiá annales ha-
bent a portarū nominibus:quæ altini fuiſſent murianū:& alia illi circōiecta loca mox
ordine referenda nomé accepiſſe:hinc ſoluentibus itra mille paſſus Iacobi phanum co
gnomēto paluſtris celebri cōuentu occurrit:atq́ deinde medio ſtagno alterū carioſa fa
cie olim Nicolao ſacrū;prophanū hodie:omniq́ cultu deſertū:maiorbiū q̄ttuor &.xx.a
muriano ſtadia:& ut paribus auſpiciis cōditū ita lōgitudine.& forma pene pari: ædes in
eo ſacræ ſepté:buranū ad quingentos paſſus dextrū ſe offert in carnoꝝ orā nauigātib⁹:
quattuor hic tépla:& ex his plæbanicū unū:celebri cōuētu alterū:ſed torcellū qđ me-
diū ab his q in carnos tēdūt:curſum eremigat lōge oīum celeberrimū:&.n.præterq̄ qđ
magnitudine ſua nulli ē:eoꝝ quæ diximus poſt habédū:pōtificiá etiá num habet ſedé
ꝑpaulū altinaté pōtificé eo tranſlatá: quo ferme tꝑe cū omni ſacroꝝ cerimonia medoa
cū patauinus migrauit antiſtes:ſedis utrobiq́ figēdæ ſeuerinus roman⁹ pōtifex fact⁹ ē
auctor:cōſtat primariū torcelli uicū a cōſtātio heraclii impatoris filio:q ubi locus fre
quētius īhabitari cœpiſſet ; eo forte appuliſſet cōſtātiacū appellatū poſt pōtificiá ædé

quinque aliæ ibi ſacræ:& his cum uirginio una: ſupra hæc loca ad continentis oram la-
te funditur ſtagnum:ſuntqꝫ circa flumina:& riuorum ora in ſtagnum:rũpentia loca inſi
gnia conuerſo ordine:dicenda ciconia:teſſara:ſeueri phanum: martini phanum:cogno-
mento ſtratenſis margaria uicus:iuliani phanum:& in ſtagno ſecundi phanum:cum uir
ginio urbi ad octo ſtadia proximum:regioqꝫ omnium ſuburbanarũ nobiliſſima:ſic ha-
bet:ſeptimam præſcribunt trini portꝰ:& plauis fluminis oſtium:miror tam celebris ho
die fluminis nomen apud ueteres auctores nuſquam:quod ſciam celebrati:niſi hunc ſu
ſpicari liceat eum eſſe:quem Plinius Anaxum in uenetis appellat:quamquam idem au-
ctor eum circa aquilæiam ſtatuit. Quod pñti opinioni repugnat:ſed quocunqꝫ eſt no-
mine uocandus:in alpibus oritur:mediuſqꝫ inter feltrum: bellunumqꝫ lapſus:uorticoſo
gurgite per confragoſas ualles agitur:nec prius miteſcit: quam in apertos euaſit cãpos:
quamquam ſic quoqꝫ citatiore curſu inter trinos portus : & liquentiam ad mare defer-
tur:in ora regionis accolarum domicilia: per quam pauca : atqꝫ idem fere cultus:qui &
aliatum:ſed ea potiſſimum parte: qua trinos portus ſpectat :intra uero circa filis alueũ
adriani uirginium:contra torcellum ſitum:mox circa riuum:quem maiorem accolæ ap
pellant uetuſta turris:cum templo magna ex parte diruto omnia circoniecta loca ſitu:&
domorum ruinis ſqualent manifeſto argumento:frequentiſſimi olim cultus:ſed gallicis
pannonicis:qua temporibꝰ priſcis uenetis:inde bellorum iniuria depulſis loca incoli de
ſiiſſe : hac quoqꝫ parte ſtagna late regionem obtinent paſcuis aliqua ex parte interiectis
a turri : cuius proxime meminimus foſſa ſtadiorum.xl.humano opere ad plauem:uſqꝫ
citro ultroqꝫ frequens nauigatur:& in fluminis ripa turris:quæ caliginis nuncupatur:&
pauca circa illam ædificia : hinc ſecundo alueo in octauam traiicitur regionem.Eã duo
grandia flumina plauis:& liquentia amplectuntur:oritur liquentia in carnorum finibꝰ:
haud longe a pulcinico tribus uberrimis fontibus:qui:ut in carnorũ chorographia ſcri
pſimus:ex bellunenſi agro ſubterraneo meatu fluere creduntur:ſed locorum accolæ:qui
bus id perſuaſum eſt:argumento nullo euidentiori id probant.Hæc regio: ut minus aqs
infeſſa eo humano cultui habilior:ſed ſic quoqꝫ parum læta occurrit fronte:præter rara
in littore domicilia cætera ſolitudinis plene prata : paludeſqꝫ uaſtæ obiacent littori:nec
ſolum ipſum ullis ueſtitur arboribus:quod ipſum adhuc magis inſigne facit denſiſſimũ:
nemus mari medio regionis tractu accubans:uel ex alto hadriam nauigantibus conſpi-
cuum galeolam a triremis forma uocant:interius aquæ a flumine ad flumen nauigãtur:
canalis duorum ſibi occurrentium lembrorum capax:in fronte circa flumen meritoriũ
hoſpitium:in cuius conſpectu ruinæ ingentes:& grandia ædificiorum ueſtigia:quæ a ue
prium & hederarum complexu:ſeſe magis ſuam magnitudinem:quam humano auxi-
lio adhuc iudicant:ieſulum nunc uocant: ſed equilium olim circa illa loca fuit ab his:q
longobardicis temporibus in heraclia ob nimiam frequentiam recipi nequiuere:condi-
tum:& ipſum priſcorum uenetorum opus:opitergio a rothari lõgobardorum rege euer-
ſo:populariter inde cum magno antiſtite in ſtagna eſt conceſſum: ibiqꝫ in heraclii impe
ratoris gratiam:urbem:quam condiderant:heracliam nominarunt: unde profuga multi
tudo eodem tempore excluſa:æquilium ædificare coacta eſt:utriqꝫ gallico tumultu qu-
um ea quoqꝫ parte uenetæ opes ab hoſte premerẽtur in riuum altum:& medoacum eſt
migratum:ſic utraqꝫ ciuitas deſolata:ſcio ego heracliam quandoqꝫ inſtaurari contigiſſe:
ac mutato nomine nouam ciuitatem nũcupatam:ſed hodie ne ueſtigia quidem ulla:præ
terquam ſacræ unius ædis extant:cætera nauigatio ob longa foſſa prius humano ope-
re facta:mox ſpacioſo alueo:largonem a rei argumento uocant : habet nauigatio ſtadia
ſupra centum.xl.in tanta locorum uaſtitate:culicina turris largoni incubat:& in liquẽ-
tiæ ripa meritorium hoſpitium:& uix parua ædes margaritæ ſacra Nonam regionem li
quentiæ:& limenis oſtia conſtituunt:oritur quando đ liquentia abũde diximus:& ipſe li
men in carnorum ora:mox medium portum gruarium interſecans:cui loco nomẽ etiã
dediſſe uideri poteſt : cõcordiamqꝫ præſtringens:circa caprulas mari infunditur:præter
piſcatorias caſas:ſecus mare nihil memoria dignum:& in liquentiæ flexu abrianum ho-

ſpitium:mox ſtagna paludibus interiecta:caprulas uſq; eam urbem cõcordia profugi cõ
didere ſub id tempus:quo atyla hunnorum rex aquileiam euertit procedente deinde tẽ
pore ſubita barbarorum manus ex illyrico profecta fœde populata eſt:tradonici princi
patu:hodie infrequentiſſime colitur:reſtat tamen pontificia ædes cum clæro:uiſuntur
paſſim circuniectis ſtagnis ueterum ædiſiciorum ueſtigia:perſpicuum ueteris fortunæ
argumentũ:& ad limenis in ſtagna exitũ meritoriũ hoſpicium:ſed id ad decimã regionẽ
attinet:quæ recentioris ueneriæ nouiſſima fuit eam limẽ iam dictus:& gradus iſula(alii
gradatas uocant)aquas conſtituunt: ſed in hac referenda:non portuum:non fluuiorum:
qui utiq; non pauci ſunt numero:ſed dicendarum rerum ratio habenda : quum nudum
littus nil habeat:præter rara piſcarorum domicilia ; intraq; paludes :aut paſcua modicis
interiecta canalibus:quibus internæ frequentantur aquæ:portus igitur:& oſtia in hunc
modum habent:poſt limenis oſtium:ligunanæ portus:ſiue baſiliquæ tiliauenti oſtium:
Plinius duplex tiliauentum nominat:ſed unum agnoſcitur: qui in alpibus oritur ; ut in
carnorum corographia ſcripſimus maurum montem uocant : in quo fonte habet:poſt
tiliauenti oſtium lignani portus nobiliſſimus:quem ſtela fluuius efficit:oritur is in car-
norum campis:magnaq; ex parte paluſtrium aquarum corriuationibus conflatur : al-
ſæ fluoſtium:amphoræ oſtium:natiſſæ oſtium:qui aquileiam interſecat:plinius natiſſo
nem uocat:ſed natiſon in eodem terræ tractu: ut in uetuſtate aquileiæ oſtendimꝰ:diuer
ſus agnoſcitur:gradus regionis confinium eam aquileia : hunnicis armis eiecti tenuere:
quo omnis ſacrorum põpa cum patriarchica migrauit ſede:ea res grauium diſcordiaꝵ
materia:inter utriuſq; eccleſiæ antiſtites extitit:ſed gradenſis illa procedente tempore ue
netias eſt tranſl ata:fortuna loci uariis caſibus concuſſa :utpote aquileiẽſi eccleſiæ:unde
fluxerat inuiſa:& ob uicinitatem magis iniuriæ obnoxia:nec uicina inde arma tantum:
ſed & barbara ſæpius ueneti arcuete:uerum nos non ad hæc ſcribenda uenimus:colitur
hodie pro ueteri fortuna:omnino infrequenter ſupereſt religio: adhuc aliqua:ob ædem
in ea uirgini ſacram:his olim finibus ſe tenuit uenetorum fortuna hunnicis:longobar-
diciſq; armis ex ea terra:quam bellica uirtute priſci ueneti ſuam multis ante ætatibꝰ fe
cerant:depulſa:cuius oræ:ut magis perſpicue pateat menſura:operæ precium eſt cogno-
ſcere:quantum inter ſe diſtent ipſa fluuiorum oſtia:atq; retro littore remenſo a gradatis
aquis ad nariſſæ oſtium: ſtadia.xl.ad lignani portum.cxl. ad tiliauenti oſtium.xl.ad baſi
liquas plus duplo:ad limenis oſtium.xl.at liquentiæ oſtium tantundem:ad plauim quat
tuor:& quadraginta ſupra centum:ad trinos portus.c.quattuor:inde ad uenetum portũ:
xl.ad medoaci portum ſex:& nonaginta:ad clodiæ portum.cxx.inde brundulum duo &
xxx.ad foſſiones ſex:& quinquaginta hinc ad primum padi oſtium:alterum oræ confi-
nium tantundem:quæ ratio colligit ad mille:& quinquaginta octo ſtadia:quæ ſiquis ad
paſſiuum numerum redigat centum triginta milia paſſuum:& amplius aliquid omnem
ſuburbanam oram patere conſtabit:quo magis miror blundum forlinenſem in ſua ita-
lia a laureto gradum octoginta:nec amplius milia paſſuum collegiſſe:ſed nos hæc ab iis
qui quotidie citro:ultroq; oram ipſam nauigant diligenter explorata tradimus:amplitu
do uaria in fronte circa padum:& caput aggeris : qua longiſſime a mari ſines recedunt:
ad centum quadraginta patet ſtadia:inde paulatim ſe coarctans ad conchias: & bachilio-
nis inflexum:linea acclinat:ſcandit inde rurſꝰ pari pene faſtigio ſupra curaniam turrim:
ſic toto tractu gaudet amplitudinem uariare:hæc fœlix illa ora:in qua romano inclinã
te imperio ſuum ultro fortuna condidit caput:quæ hodie terra:mariq; omnibus genti-
bus frepuenti cultu celebratur:cuius imperium modicis:ut cætera principiis ortum ab
abdua in pamphilium:& ſitium uſq; mare eſt hodie propagatum : eoq; meliotibus uſa
fatis:quod libertas:in qua urbs nata eſt:ſemper genti incolumis manſit:perpetuoq; dura
tura:ſi res humanæ hæ eſſent:quæ hominum conſiliis perpetuo ſtare poſſent:ſiquidem
nullus unquam populus:quod bona aliorum uenia ſit dictum:ſanctioribus uixit inſtitu
tis:nulli gentium ſic iura æquata:Accedit ad hæc regionis ſitus:qui is eſt: ut neq; maris
ſit fluctibus obnoxius:unde maior aliquis timeri poſſit in curſus:neq; ullis terrarum co

natibus:ſed incerta locorum natura:& quaſi diuina prouidentia inter duo elementa ſu-
ſpenſa:quorum neutri fas ſit eam ſibi ex toto uendicare : quæ alternantis naturæ ratio:
& cœlum ipſum ſalubrius efficit : & accolarum ocia ab omni humana tuetur iniuria.

DE SITV VRBIS FINIS.

M.Antonius Sabellicus Auguſtino Barbadico inclyto Venetiarum Principi: Salutem.

Ene ac fœliciter tuæ Vrbi euenit iocundiſſime Princeps:quod his paucis ánis
b in te:& fratre tuo uiro omnium:qui unquam fuerunt:prudétia:& pietate:ſum
mo:ſit illa pene idem experta:quod de Caſtore:& polluce uetus eſt græcia fabu
lata:fuiſſe deorum munere inter ſydera relatos:atq; alterno ortu omnibus eſſe gentibꝰ
quam ſaluberrimos.Tã me hercule ſalutaris : nec minus tuus:tuiq; fratris Principatus:
Veneto nomini contigit.Iam enim ille continuo ubi ex adepta dignitate remp.adiit:q̄ſi
nouum aliquod ſydus publicæ fortunæ affulſiſſet incredibilem ſecum rerum omnium
ubertatem:& lætitiam traxit.Pax uero & ocia : quæ per manus acceperat uti ſanctius:
certiuſq; manerent:incredibili moderatione effecit. Veteris peſtilétiæ ueſtigia adhuc ci-
uibus reſidua difficile dictu eſt maiore ne prouidentia ſuſtulerit:an religione:ita ut ueriſ
ſime dici poſſit:nulli unquam principum : qui a prima origine Vrbis ad id tépus fueret
fœliciuſq̄ illi rem publicá adminiſtrare contigiſſe.Sed quo omnibus optatior fuit illa re
giminis forma:eo certe breuior : quippe quæ ne annum quidem implere potuiſſet.Sed
quo minus defuncti deſiderium ſequeretur tuus fœliciſſimus principatus:qui illum cõ-
tinuo exceperat:proculdubio effecit.Tentauit tamen inuida fortuna:florentiſſimũ ciui
tatis ſtatum ſubito bellorum motu labefactare : Sed quam temere res aliunde mota eſt:
tam profecto celeriter:& maieſtate publica incolumi:& imperio aucto:ea es ſolicitudie
liberatus.Cætera cum ampliſſimis animi uirtutibus :tum fœlicitate tua tam proſpere
fluxere:ut nemo ſit:qui non rempublicam ipſam:teq; beatiſſimum putet.Cui præterquá
quod ex ſucceſſu illo fraternæ adminiſtrationis nihil mutatum uides:plæraq; etiá in me
lius aucta:longior tibi uita quam illi contigerit:quo factum ſit :ut & pluribus prodeſſe
poſſis:& urbem ipſam operum magnificentia:omniq; rerum apparatu in dies ornatioré
inſpicias:longeq; opulentiorem.Sed quum multa & magna commoda ex ſapientiſſima
adminiſtratione tua ſint:ad hunc diem in publicum profecta:haud quaquam minora il-
lis in futurum expectantur:& in his ducariæ bibliothecæ publicatio nobis totiens pro
miſſa opus omnium:q̄ te principe:aut incoari aliquando:aut confici potuerint:maxíe
inclytum:& unde ſpes certiſſima ſit tibi immortalitatis expectanda : Sed tantiſper dũ te
ad id opus accinxeris:perlege Princeps iocundiſſime libellum hunc:quem de uenetis ma
giſtratibus tibi inſcripſimus:ex eoq; & uetuſtatem illorum: & originé recognoſce:& cũ
his originum cauſas:Erit lectio ipſa:ut ſpero:tibi non iniucunda:quũ propter alia mul-
ta:tum quia ex ea perſpicue intelliges:in quam moderata:recteq; inſtituta ciuitate emi-
nentiſſimi ordinis conſenſu ſummam ſis dignitatem adeptus:gaudebiſq; nõ aliter tecũ:
quam prægrandis alicuius nauis rector:qui & ſi medio pelago omnia ad opportunos ca
ſus uidet tempeſtiue diſpoſita:plus tamen fiduciæ ex ipſo trahit nautarum miniſterio:
quum ſingulos in officio eſſe intelligit : Verum quocunq; noſtram hanc lucubrationé
animo accipies.Ego quaſi operæ precium fuerit id facere : remq; ſerenitati tuæ non in-
gratam exhibuerim:pergam iam hinc aliud maiorum uigiliarum opus cudere:cui ſi quá
doq; extremam manum impoſuero : tuo:inclyte Princeps:unde rite ſumpſit exordium:
non alterius nomine:in apertum referam. Vale.

M.ANTONII SABELLICI DE VENETIS MAGISTRATIBVS.LIBER VNICVS:

Ccerſebar Ego ſæpiſſime:quũ Veronæ eſſem ad Magiſtratuũ præſentiam.Erant tum ibi Sebaſtianus badouarius:& Benedictus Triuiſanus:Hic Vrbis præfectus:ille prætor.Adminiſtrabantq; hi ambo tanto animorum conſẽſu rempublicam in ea Vrbe:ut quũ duo eſſent:diuerſaq;:& re:& nomine obirent munera:Magiſtratus tamen unus: unumq; munus geri uideretur. Cum iis igitur longum ſæpe antiquarum rerum ſermonem:& in primis earum gentium:quæ ĩperio quandoq; potitæ eſſent: non inuitus trahebam.Sed quum res romanas illis præter modum extollere uideremur:Haud ultra id Badouarius paſſꝰ amice quidem nos:ut ſemper alias intuitus:Ecquid eſt hoc inquit Sabellice? Admiraris ne tu ita eam rempu.quam romani tui olim habuere:ut in aliis quæ antea fuerunt:quæq; hodie ſunt:nihil uera laude dignum reperias? Ego ut athenienſium rempu.omittã:quã iccirco præclare inſtitutã fuiſſe arbitror:quia primarium quodam ſapientiæ domiciliũ ea Vrbs diutiſſime habita eſt.Vt item Thebanos:& lacedemonios:qui ut armorum gloria ſunt a romanis uicti ita ciuilibꝰ fortaſſe inſtitutis lõge præceſſere.De nobis loquar. Audes ne tu Vir amiciſſime affirmare maiores noſtros : qui hanc rempu.tam accurate fundatam nobis reliquerunt minꝰ cordis:quam ueteres illos tuos quirites habuiſſe.Cognoſce quæſo prius quæ ſit noſtræ ciuitatis forma:quæ regiminis ratio:ac tum ſi uidebitur uetera illa:& in primis quæ romanorum fuere: quod ſponte facis:non ſolum ſuſpicito:ſed ut illi Tarpeium iouem uenerare.Ad ea uehementer ego cupere me dixi ex ipſo: aut alio cognoſcere:& quæ ea eſſet Venetæ ciuitatis inſtitutio:quam adhuc utpote peregrinus homo:non ſatis perſpicue tenerem:ac ſi per ocium liceret:ut pergeret rem breuiter narrare rogare occepi:quando quidem non mihi ſolum: ſed ut pro eis quoq; qui aderant:deſponderem:id futurum omnibus eſſet gratiſſimum.Tum ille.Ego:quia uacat inquit:& nos:ut dicis cognoſcere id cupitis iſtuc tibi:& aliis libens Sabellice præſtabo. Sed quia non omnes:ut Sapiens poeta inquit:omnia poſſumꝰ:Triuiſani noſtri ad id operam requiro:qui ſi qua mihi in tanta rerum ſerie exciderint:ut eſt urbanarum rerum nõ ignarus:breui admonitione non patiatur me aliquid ſilẽtio præterire.Quod quum ille: ut uerecundo erat ingenio:remiſſiore pollicitus eſſet aſſenſu:tum in dicto omnibus ſilẽtio in hunc modum eſt Badouarius exorſus.

De Ciuitatis Ordinibus:

Vo quemadmodum nos plane ſcire arbitror:ſunt hodie noſtræ ciuitatis ordines.Patricius:& quem honeſtiore appellatione popularem dici placuit.Suffragia totiuſq; rei ſumma penes eum hodie ſunt:qui fortunã:conſilio.& dignitate ſemper præſtitit.Quod ipſum non qua ratione contigerit: ſed quam fœliciter ſit comparatum:quærendum puto.Hæc eſt Ariſtocratia illa quam Diuinus Plato nunquam ſatis laudatam credidit:qua liberæ ciuitates ampliſſimi populi ſemper floruere:ut hodie hic noſter.His nanq; auſpiciis Venetum imperium:quod late hodie terra:mariq; patet: non ſolum eſt auctum:ſed perpetua etiam ordinum concordia nullos ſæuiẽtis fortunæ reformidat impetus.Nulla in muſicis armonia tam ſibi ex omni parte reſpondet:quam noſtræ ciuitatis diligens adminiſtratio:quæ cuiuſmodi ſit:iam hinc ſi uacat cognoſcite.

De Comitiis Siue Supremo Concilio.

Omitia quibus omnes urbis magiſtratus creantur:patricii omnino ſunt ordinis.Sed ut patriciæ ſolum gentis:non ita tamen omnis ætatis:quippe quum ante legitimos annos nulli permiſſum ſit ſuffragii cauſa comitium intrare : forte:aut prærogatiua : aut quod omnium ſupremũ ẽ:ætate ad eã dignitatẽ patet acceſſus.

De Prima eorum qui ſuffragia ineunt:electione.

Ridie nonas decembris patricii ſanguinis adoleſcentes:qui octauum ſupra deci
p mũ attigere annum ad populi aduocatores adducti: ætateq; ſub graui teſtimo
nio confeſſa(per parentes ipſos:aut propinquorum aliquem)id fiat neceſſe eſt:
quodq; ingenue ſit procreat⁹ conſtare oportet:ſinguli dare iubentur nomina:quæ mox
in urnam coniectam ſorte educuntur:ac quo quiſq; loco primus ſecundus ue exierit:
ad alteram accerſitur urnam in ea tot aureæ pilæ conditæ ſunt:ut quintum productorũ
expleant numerum(tot concilio ſolent quot annis aſcribi)reliquæ omnes argenteæ:tũ
uero qui ex eo numero auream eduxerint:comitiis adiiciũtur:ac biennio poſt quum ad
uiceſimũ uitæ annum uentũ fuerit:libere ſuffragari incipiunt:prius uero lege ꝓhibent.

De Altera Suffragantium electione.

Erum ne non ſemper uirtuti locus ad dignitatem relinqueretur:alia certe uia re
u licta eſt iis:qui ſorte excluduntur:qua ingreſſi eo multi præmatura grauitate
redeunt:unde ſorte fuerant deiecti.Si qui autem inter æquales ingenio:& pro-
bitate præſtare creduntur:ſuffragio lecti circa iudicum tribunalia eſſe iubentur:paruiq;
interim aduocati nuncupantur:atq; ita anno circumacto : quo temporis ſpacio aliquid
certe inter aſſiduas cauſarum actiones profeciſſe creduntur:ad ſuffragia:(conſtet modo
ætas)admittuntur.Eorum extrema conditio:qui neq; ſorte:neq; prærogatiua ulla adiu-
ti:quito & uiceſimo ætatis ãno quaſi matura iã ætate comitiis ĩterſunt.Patet & pegrinis
hominibus non nunquam ad hanc dignitatem acceſſus:ſi ob recẽs aliquid ſuum:aut ma
iorum in rempu.meritum ſint non Ciuitate ſolum:ſed patritia etiã dignitate donati.

De Comitiorum Moderatione.

Is rationibus ſuppremum noſtræ urbis conflatur cõcilium .Cuius cogẽdi prin
h cipi: & primoribus patrum:qui in maximis rebus conſultandis illi aſſidentius
eſt : octauo quoq; die:atq; interdum ſæpius ad campani æris ſignum in ampliſ
ſimum conclaue omnis patritius ordo ſuffragaturus intrat locum ipſum:quia omnis eo
coeat nobilitas a re ipſa a te & aliis quibuſdam Sabellice comitium appellari audio:hic
leges ſanciuntur:urbani:peregriniq; magiſtratus creantur:Hinc imperia:Hinc præturæ:
Hinc deniq; ampliſſimum quodq; rei publicæ uelut ex primario quodam fonte manare
ſolet beneficium.Sed quo maiora ibi negocia tractantur eo attentius ex ueteri inſtituto
cauetur nequis inferendis ſuffragiis adſit dolus.Mox ubi pulſari deſiit:quibus non licet
illic eſſe per uiatores excluſis:Comitii oſtia clauduntur.

De Creandorum Magiſtratuum ratione.

Ic Principe:ingentiq; magiſtratuum corona præſidente ſcribarum maxim⁹ edi
h tiore loco pronunciat:qui eo die magiſtratus ſint creandi:tum uero prius quã
ineantur ſuffragia ex populi aduocatoribus unus : ac decemuiris:qui tum ſit
colegii caput in principis uerba iurati pro amplitudine magiſtratus & poteſtate : quam
gerunt nihil contra leges:patriumq; morem præſentibus comitiis fieri paſſuros:duos
comitii angulos a principis tribunali maxime auerſos occupant : quibus omnia tacitis
oculis luſtrantibus non minor reuerentia:qui extrema tenent ſubſellia:inceſſit:quã eos
qui propinquiore loco duci:& magiſtratibus conſederunt.

De Prima in Comitiis Sortitione.

Abet comitium uelut olim augurale templum a regionibus mũdi inſignibuſ-
h ue locis:quaq; uerſum obſignata latera.ut quota hæc uel illa ſorte ducta ſint in
de primum patricii ad Vrnas uocentur:hi quia bini ad ſuffragia mittuntur:ex
geminis urnis argenteas educunt pilas:& cum his aureas eo uidelicet. Charactere nota-
tas:quo præſenti die principi:& his q̃ comitiis præſidẽt:ne qua fraus fieret:iſcribi placu
it. Tum ſi quis auream eduxerit:is primo domeſticos:& agnatos omnes ſua ſorte præſẽ
ti illius diei ſuffragio priuat:inde iuſſus ex tertia quadam urna:quæ media inter utrãq;
eſt:ſortiri. ſi argenteam eduxerit:in ordinem redactus ſe tacitum ad ſubſellia recipit:ſi

ſorte auream:tum eminentiore loco ante ducarium tribunal locatur :atq; ita fit:donec lectorum ſit numerus expletus:tum nouem illi : tot enim ſunt numero in aliena uerba iurati eorum ſe potiſſimũ rationem habituros:quos publico beneficio maxime dignos iudicarent:in proximum conclaue concedunt:at quia alii magiſtratus alia ſortitione cre antur:& enim maximi quiq; ut nullus ambientibus ad fraudem relinquatur locus:qua terno creantur lectorum ordine. Alii uero:ut ſunt inter ſe gradu inferiores ita paucioribus indigent ordinibus:hinc eſt:ut in maioribus illis quaterni : ut dixi:creentur cum in aliis longe ſint pauciores. Ea igitur ſortis ratione:quam in uno oſtendimus ducti proxima ſubeunt conclauia:euenitq;:ut quot lectorum ordines ad magiſtratum creandum in ſecretum conceſſerint:tot ex conclauibus ipſis depromantur competitores :interdum etiam ex pluribus Vnus.

De Secunda Sortitione.

Viuſmodi ordinibus in ſua conclauia abeuntibus:ut quiſque maximus eſt natu:ita primum ſortitur locum:mox ubi alii ordine conſederunt:pilas ſortiunt pro dignitate magiſtratuum eo die creandorum inſignitas :ſi plures nouem creandi ſint:duplicem ducunt. Si pauciores quaſdam inanes:& ſine nota ſortiũtur:Quo euenire ſolet:ut in plurimorum creatione nonnulli duos diuerſorum tamen magiſtratuũ dent competitores:In paucioribus creandis e collegio aliqui nullum:quia inanem utiq; pilam ſortiti ſint:illud quoq; ſæpe accidit:ut qui minimꝰ natu eſt. is in maximo det magiſtratu competitorem:qui uero lõge ætate antecedat:aut poſtremum:aut nullum:ſors enim in eo dominatur:Is igitur cuius ius erit competitoris in primario magiſtratu legẽdi in primum tranſgreſſus locum : quem uult nominat:eum plures e collegio probent neceſſe eſt. Sex enim rite probant. Si minus alium nominat:atq; deinde alium:donec omnium unus fuerit probatus. Sic reliqui:ſuum quiſq; pari ratione in eo:quo debet magiſtratu parat competitorẽ:hic euenit(quando in reliquis: id quoq; ſeruatur)ut maximorum magiſtratuum ex quaternis conclauibus quaterno ordine depromantur competitores:in minoribus uero omnino pauciores:quippe qui tot eſſe poſſunt:quot ad eorum quemlibet creandum fuerint noueni ordines:ſorte ducti.

De Suffragiorum Ratione.

Is in hunc modum per conclauia paratis competitorum nomina ordine notata ad conſpectum principis:& eorum:qui comitiis præſunt:deferuntur:tum eo ſiquis reipu. aut ærarius fuerit:n im ſuper ea re diligens adhibetur quæſtio:aut ſi non ſextus adhuc ſit actus mẽſis:ex quo peregrino magiſtratu abiit. Si cognatorum aliquis:tum in ea urbe præturam gerat:nulla ipſiꝰ ratio habetur:in comitiis reliqui:ut ſuo quiſq; depromptus eſt loco:alta uoce pronunciantur Domeſtici & agnati omnes eius:ꝑ quo ineuntur ſuffragia:comitio abeſſe iubentur:inde pro primo primi magiſtratus cõpetitore citantur ſuffragia:mox pro eo:qui ex ſecundo fuerat conclaui depromptus. Sic ordine pro reliquis. Duo ex ſcribarum numero ad hoc ipſum conſtituti ſuffragia toto comitio duabus colligunt urnis alba una aſſenſus indice:rubra altera negationis:his ũdiq; lectis ad eorum conſpectum :qubus id negocium eſt datum ambo reuerſi:ſingulorũ ſuffragia numerantur:ac tum demum ille:cui plures ultra dimidium fuerit ſuffragati ꝑ recepto habetur:id ferme in aliis ſeruatur:niſi quod competitorum:ut docuimus in illis uariatur numerus.

De Ambitus Animaduerſione.

Ic patriꝰ creãdorũ magiſtratuũ mos:hæc lex eſt:uerũ ne qd i ea re ãbitu peccetur:diligẽter ut ãtea docuimꝰ:magiſtratꝰ qdã aduertũt:ac priuſq̃ comitia ſoluã-

tur:attētē cognoſcūt:ambiuerit ne quēpiā is q̄ ꝓcurā magiſtratum ue aliū ē adeptꝰ: ac ſi quid in ea re fuerit compertum animaduerſione dignum : comitiis adhuc tenentibus publici aduocatores rem ſeueriſſime cognoſcunt:atq; eum ipſum in quem inquiſitum ſit reum:ambitus agunt. Solutis comitiis nulla intenti criminis habetur amplius ratio.

De conſulatu uetuſtiſſimo urbis magiſtratu.

p

Rinceps autem ciuitatis maiore quodam ſuffragiorum ambitu Creatur: de quo præſenti loco dicerem:niſi uetuſtiſſimi quidam noſtræ urbis magiſtratus occurrerent:qui:& ſi iam inde ab ipſo exordio urbis:aut certe nondum ciuitatis uiribus firmatis exoleuere:ut tamen plane intelligi poſſit:quibus auſpiciis res ueneta non ſolum ſit orta. Sed aucta etiam ab illis rite ordiemur. Exordium ipſum uel auſpicatiſſimum dabit conſulatus omnium:ſi Bonitendio ſcribæ qui de Origine urbis ſcripſit: fidem habemus ciuitaris noſtræ magiſtratuum:uetuſtiſſimus: is naſcentem urbem conſulari poteſtate:adminiſtratam uidetur innuere:fuiſſeq; eum magiſtratum in biennium creatum. Sed in re tam uetuſta parum liquere poteſt:quibus illos auſpiciis creari contigerit:nec quatenus ea poteſtas ſe in Ciues extenderit. Illud uero conſpectione dignum ab ea regiminis forma:qua Romanus populus.cc.ac quadrageſimo circiter ſuæ conditionis anno primum libertatem delibaſſe dicatur:ab eadem illa noſtra ciuitas ſuam inchoauerit infantiam.

De Tribunis Inſularibus.

ſ

Vitq; in noua urbe Magiſtratus ille uſq; ad Athilæ aduentum: quo ſane tempore hunnicis armis circa littora uagantibus maior mortalium concurſus in inſulas factus dicitur. Cœperunt quæ omnia in ſtagnis paſſim inhabitari. Decretum eſt:ut in ſingulis inſulis ſinguli Tribuni crearentur:qui annua poteſtate ſuis popularibus ius dicerent:ſeueraq; animaduerſione ſcelera uindicarent. Cætera quæ ad rei publicæ ſtatum attinerent:frequentiſſimo inſulanorum conuentu conſultanda relinquere. Quidam anno ab Vrbe condita circiter ſexageſimo eam regiminis formam aliquanto: Videlicet:poſt Athilæ acceſſum:receptam affirmant:in eo omnibꝰ conuenire uideo: cc.xxx.& amplius annos rempublicam in inſulis Tribunitia poteſtate adminiſtratam.

De Principis Creatione.

u

Erum quia nihilo fœlicior is magiſtratus noſtræ urbi:futurus uidebatur: quā olim ro.po.fuiſſet. Cœperant illi omnia ſua diſcordia turbare: adduxiſſentq; fortaſſis libertatem ipſam in diſcrimen.niſi illorum temeritati maturæ itum eſſet obuiam. Nouum in ciuitate principem inſulani heraclienſi conuentu crearunt: penes quem omne imperii decus:maieſtatemq; eſſe uoluerunt. Qui uocandi quotiens uiſum eſſet concilii ius haberet. Crearetq; annuos in inſulis tribunos:a quibus ad ſe eſſet prouocatio . Paulutius Heraclienſis homo inclytæ ea tempeſtate iuſtitiæ primus omnium:Dux declaratus:anno ab urbe condita:ut quidam tradunt octogeſimo ſecundo : ac ducenteſimo:ut alii ſupra ducenteſimum ſeptimo atq; nonageſimo.

De Ducariæ Electionis Variatione.

ſ

Ed in eo creando haud q̄quā hanc ſuffragandi rationem:quā hodie ſeruari uidemus:initā contēderim. Verū aliam quandā lōge ſimpliciorē ab initio uſurpatā:q̄ppe quum nullus adhuc in tam proba ciuitate eſſet ambitus:nulla hono

rum affectatio:cui quamplurimi ſuffragati fuerant:is ciuitatis princeps declarabitur.
tenuit:quæ ſimplex illa ſuffragiorum ratio ad uitalis uſq; Michaelis declarationem.Se-
baſtianus cognomento:Cianus qui illi ſucceſſit.xl.uirorum ſuffragio:quos quattuor&
triginta ad hoc ipſum ſorte creati ſuffragio legerant:Dux declarat⁹ dicitur:is ſuppremo
ſui regiminis anno auctor extitit quattuor uirorum ducariis comitiis creandorum:qui
.xl.uiros legerent:quorum arbitrio futuri principes crearentur. Aurius Maſtropetrus
ac quattuor inde duces ſecundum id decretum ſummam ſunt dignitatem adepti.Vnus
&.xl.Marinum Maurocenum ſucceſſorem legere.Nouiſſime in Laurentii Tepuli crea
tione:diuerſam omnino rationem:ac longe cautiorem initam manifeſte conſtat. Sed
qualis ea ſit.Triuiſanus noſter:qui ducariis comitiis ſæpius interfuit: melius niſi illi
graue eſt uobis explicabit.Ipſe interim paululum me colligam ad ea quæ poſtea dicen-
da ſunt promptius explicanda.Tum ille quando ita tibi Badouari uiſum eſt debere me
laborem hunc omnino tecum ſortiri:haud grauate iſtud tibi et aliis præſtabo: ac cum
his in hunc modum memini eum exorſum.

De Ducariis Comitiis.

o

Mnium inquit primum quum Ducaria inſtant comitia:quinque uiri ſuf-
fragio creantur:qui futuro principi quaſi nouas quaſdam præſcribunt leges:
eas ſuppremum concilium ſciat neceſſe eſt: ac quas ſciuerit:probet.Si proba
uerit:tum comitia iis patricii generis indicuntur: qui tricesimum ſint tranſgreſſi an-
num.Hic primo triginta uiri ſorte creantur.Ex his nouem ſortito remanent. Qui re
manſere quadraginta uiros ſuffragio legunt.Hi uero ad ſortes reuocati duodecim au-
reas ſortiuntur pilas:Qui eas adepti ſunt:quinque et uiginti uiros creant. Horum no-
uem ſorte potiores:quinque et quadraginta priuo ſuffragio legunt:ex hoc numero un
decim auream pilam ſortiri:unum & quadraginta uiros creãt futuri principis lectores.

De Principis Electione.

h

I uero in ea parte curiæ clauſi:ubi ſenatus ferme quotidie habetur: ſub pri-
mum ingreſſum tris totius collegii Principes: & quaſi ſuffragiorum mode-
ratores creant uiros auctoritate præcipua:& ætate ſummos:quos ipſi inter
ſe priores uocant. Tum a diuinis orſi adactique in aliena uerba iurare habituros ſe in
primis in nouo principe creando:reipu.rationem. Tribus illis rei gerendæ præfectis
pro tribunali ſedentibus alii alia occupant ſubſellia:inde ad ſuffragium ordine uocati
ſinguli complicatos Libellos manibus habentes:quibus nominatim exprimunt: quem
quiſque priuo ſuffragio deſtinet principem.Ad illorum trium conſpectum eos deferũt:
hiſque in urnam coniectis ſubſellia repetunt.Hic duo ex collegio uiri nihil ambiguæ
fidei ſcribarum munere functi diligenter perſpiciunt:quot cuique ſint quæſita ſuffra-
gia:atque illorum nomina in urnam coniecta ſorte educuntur:ac quo inde ordine unũ
quodque fuerit eductum:ita primo altero ue loco cum ſuis notatur ſuffragiis.Sed hæc
omnia non tam ad principis cretionem attinent:quam ad animorum diſpoſitionem per
cipiendam. Redactis itaque in ordinem nominibus:ac diligenter in urna quadam con-
fuſis:tum pro eo cuius nomen prius fuerit ſorte eductum petitur.Ipſo interim in pro-
ximum conclaue ablegato priuſquam ſuffragia ineantur:fit unicuique poteſtas libere:
quid de eo ſentiat loquendi.Tum ſi quid fuerit illi obiectum:quapropter appareat non
expedire reipub.principem creatum iri:ex ſecretiore loco in medium accerſitus quan-
to accuratius poteſt:obiecta diluit crimina:ubi uero id pſtitit:i ſecretũ ſe recipit:ac quo
tiens aliquid obiicitur:uelut reus i medium producitur:tum nouiſſime pro eo petitur
pilas certis characteribus inſcriptas: nequa fraus eſſe poſſit in duas urnas aſſenſus:
Ac negationis indices ſinguli demittunt: numeranturque diligenter. Si quinque
& uiginti ſuffragatoriæ fuerint repertæ: princeps is eſt: pro quo quæſita erunt

ſuffragia:ſi pauciores ꝑ eo petiſ: cuius nomẽ fuerat ſecũdo locó ſorte ductum. Si huic quoq; non omnia conſtabunt:ad tertium uenitur:inde ad quartum & alios:donec noua principis declaratio ſequatur. At non eo inficias poſſe euenire:ut eum numerum quem dixi ſuffragia non expleant. Quod quia accidere poteſt: ſatis habet: qui ſuffragiorum dimidium tranſgreſſus: aut primus ſi paria fuerint ſuffragia: aut propius ad præſcriptum numerum acceſſerit. Hæc ſunt quæ de principis cretione habui. Nunc prætor noſter pergat: ſi placet inſtitutam ſequi narrationem. Quem ille excipiens. Diligẽter inquit Trimiſanus hæc:ut cætera:uerum ad reliquos magiſtratus: haud prius tranſeundum cenſeo:q̃ illud admonuero:quemadmodum ab initio non eam qua nunc utimur adhibitam creando principi formam; ita ne hunc quidem quo hodie dignitas illa inſtruitur:apparatum fuiſſe contenderim. Nam præter capitis inſigne: & alia pauca:quæ cum ea dignitate nata uideri poſſunt. Argenteæ tubæ. Vmbella:puluini Auratus enſis. Alia inſignia:quæ ſolemni pompa illum præcedunt:omnino recentiora eſſe conſtat. Ea poteſtas ſatis quidem ampla:ſed publicæ libertati minime formidoloſa.

De conſiliariis & ſupremo collegio.

Sſident hodie illi ſex grandiores natu ex primoribus patrum:qui ex ſenis regio
a nibus urbis (Sexteria uulgo appellant)ex ſingulis ſinguli creantur: octimeſtre
id munus. Verum quia non omnes uno tempore leguntur:ſi unus creãdus ſit: duos competitores dat ſupremum concilium. Tertium ſuo nomine ſenatus:atq; ex tribus competitoribus in hunc modum diuerſe comparatis:is collegio aſcribitur:qui in Comitiis fuerit ſuffragio probatus. Sæpe euenire ſolet:quod uix quiſq̃ futurum ſperaſſet:ut is quem ſenatus dedit:ſuperior in ſuffragiis reperiatur. Hi quia in conſulendo: & decernendo frequentes principi aſſiſtunt:ab re ipſa cõſiliarii ſunt nominati:eſtq; is magiſtratus non recens:ſed non multo poſt ducariam poteſtatem natus:quippe qui Dominici cognomento Monecarii principatu:qui poſt theodatum:& gallã magiſterio equitum ſucceſſit:in re pu. eſſe cœperit. Conſtat enim ob præceps ingenium duos illi annuos conſiliarios datos:quos utiq; tribunos ab initio dictos reperio. His abſentibus nullũ Principi publicum curare licet negocium:non audire: non decernere:non publicas litteras reſignare:ſi quattuor eorum coiuerint:uel eo abſente negociũ omne recte trãſigunt:

De eiuſdem collegii Poteſtate.

Ex illi in quibuſdam cum principe decernunt:ſi quod decernunt æquo & bo
s no decretum ſit:ratum habetur:& hæc in priuatis ferme cauſis:ſiquis hinc pro
uocare uolet:ad publicos aduocatores prouocet neceſſe eſt. Sed de aduocatoria poteſtate paulopoſt. Cæterum plæraq; publica auctoritate tranſigunt:quæ omnia tum demum rata haberi ſolent. Si ſenatus ea prius ſciuerit: & quæ ſciuerit ꝓbauerit alioquin neq; ſancire illis quicq̃:neq; reſcindere eſt permiſſum.

De Magiſtro Militum.

T quia in militaris Magiſterii mentionem nuper incidimus: operæ precium ẽ
e refferre priuſq̃ ad alios tranſeamus:quæ magiſtratus illius creãdi cauſa noſtris
olim maioribus fuiſſet. Orleo principe cognomento uerſo a ſuis popularibus Heracliæ cæſo:fit is alter a Paulutio noſtræ urbis princeps:uel ut plures aiunt:ab eo tertius: quum de noui ducis creatione uariari cœpiſſent:ſententiæ placuit in aliquot annos eum magiſtratum e re publica tolli:atq; eius loco alium interim ſurrogari. Communi igitur conſenſu Dominicus Leo magiſter militum annua poteſtate ẽ declaratus: cui nihil præter nomen ex ducaria dignitate eſt ademptũ. Sed anno quinto ab eo nondum acto fabritiatio:qui tum eo honore fungebatur excæcato. Cum miro ducis deſiderio teneretur ciuitas. Magiſtratus ille e re publica eſt ſublatus.

De publicis aduocatoribus.

d

Ixi de magiſtro militum:nunc de publicis aduocatoribus dicam:qui tres numero eiſdem creantur ſuffragiis:quibus & principis conſiliarii: Vetus magiſtratus:& ut quidam exiſtimant Aureo principe inſtitutus. Tribunitiæ romanorum poteſtati in eo ſimilis:q; magis interceſſione pollet:q̃ poteſtate: aut iudicatione:tueturque ſeueriſſime Ciuitatis iura: atq; ob id ſanctiſſimo cuique intereſſe licet concilio;reum capere ſine ducarii collegii permiſſu prohibetur:nec captum ultra triduum retinere:niſi quæſtionis habendæ gratia id fecerit:atq; id ipſum.xl. uirorum permiſſu. Cæterum cauſas & urbanas & peregrinas reorum prouocatione: aut patrum decreto ad ſe delatas ad.xl.uiros:quorum de criminibus eſt iudicare:agunt: aut ſi libitum fuerit ad ducarium collegium:quin & ad ſenatum ſæpius:non nunquam etiam & ſupremum ad diſcuſſionem rei ſibi concilium depoſcunt:cui rem uelut uniuerſo ordini iudicandam permittunt. Nullum ſanctius in urbe concilium ſine unius ſaltem eius collegii interuentu tranſigitur:ne decemuirale quidem:qđ iure habet̃ oĩum grauiſſimũ.

De.xl.Virali Iudicio.

a

T locus admonet:ut de.xl.uirali iudicio dicamus:in cuius mentionem proximo loco incidimus. Patet his non ſorte:aut ſuffragio:ſed gradu ad eam dignitatem acceſſus:ut non multo poſt dicetur. Tris ipſi inter ſe præfectos in duos menſes: Vicenoſq; dies ſuffragio creant:quos uulgo uocant.xl.uirorum capita:p̃ſident illi non ſolum in iis:quæ priua poteſtate tranſiguntur:ſed ſi quando circa principem:Conſiliarii infrequentes coiuere:rebus interſunt gerendis:Horum præterea ſupplemento conſueuit ducarium collegium expleri. Eorum ab initio fuit tam ciuiles cauſas q̃ crimina iudicare:intereratq; cognoſcendis & iudicandis rebus Princeps quiq; illi ueteri inſtituto aſſident:mox uero aliis reipub.curis auerſi Marco cornario principe ducarii collegii loco duo inferiores conſiliarii(de his quoq; ſuo loco dicetur)intereſſe cœperunt. Cum iis igitur & duobus illis cõcilii capitibus.xl.uiri de paricidiis: furto:aliiſq; criminibus iudicant:tam integras hi cauſas q̃ prouocatione ad ſe delatas cognoſcunt. Cognitas non libello:ſed ſuffragio iudicant:eas agunt:aut publici aduocatores:aut Maris continentiſue oræ Syndicii.ſic enim prouinciæ recognitores uocant:aſſunt interdũ & hi qui prouocarũt:quorum quidam per ſe:alii per cauſarum patronos:rem rite agũt: adſunt & ii:a quibus fuerat prouocatum:quibus abſentibus:niſi ipſi ita euenire uelint: nihil mutari poteſt:tum cauſa citro ultroq; iactata:aut.xl.uirali ſuffragio probat̃:quod fuerat alibi iudicatum:aut certe reſcinditur:ſuffragandi ratio in iis ab ea:quæ in comitiis ſeruatur aliquanto diuerſa. Tribus urnis non duabus ſuffragia legũtur:harum una damnat:abſoluit altera:tertia neutrum præſtat:huius ſuffragia eorum ſunt:quibus cauſa nondum perſpecta eſt:quo accidit:ut quotiens tot ambigua reperiuntur:ut ſatis ſint ad remorationem iudicii:iterum cauſa agatur:neceſſe eſt:atq; ita fit:ut ſæpe tertio priuſq̃ ullum ſequatur iudicium:eandem cauſam agi contingat: tum uero nulla amplius ambiguitatis habetur ratio:hunc quoq; triplicis urnæ uſum in iudiciis maiores noſtri a Romanis:qui in tabellis id factitarunt:ut plæraque alia accepiſſe uideri poſſunt. De eius magiſtratus ordine dicerem:ni uiderem eos:qui aliqua de uetuſtate urbis ſcripſerunt:omnino diuerſa tradere.

De.xl.uirali ciuilium cauſarum iudicio.

p

Arem iudicum numerum Foſcari principatu ciuilium cauſarum cognitio in noſtra eſt ciuitate adepta:hi octonis comitiis creati tres & ipſi collegii præfectos:ſiue capita in idem tempus:quod & illi:de quibus proxime locuti ſumus:ſorte legunt:inde alios atq; alios ſubſortiti octo mẽſes ciuiles iudicant cauſas:quibus exactis gradu per eam dignitatem ad aliam facto ſine ſorte ſine ſuffragio ullo: iudicandorum criminum munus adeunt:alteriuſque.xl. uiratus eſſe incipiunt. Horum igitur (de ciuilibus loquor) tam urbanas:quam peregrinas cauſas iudicare eſt. Sed quæ trecentorum aureorum nummum ſummam excedant. Veteribus nouiſue

auditoribus eas pro collegio agẽtibus:his ſi ab externis magiſtratibus:illis uero ſi ab ur-
banis ſit ꝓuocatum:tertia ad ſummum actione pari ſuffragiorum ratione: qua & in cri
minibus iudicatur: ac fieri ſolet : ut ipſis inter ſe ſententia diſſidentibus:ſi res ad exi-
tum aliter perduci nequeat ex altero.xl.uiratu huic iudices adhibeantur.

De inferioribus conſiliariis.

Llud quoq; ſilentio non præteribo eſſe conſiliarios quoſdam:quos inferiores
I uulgo appellant:non tam a dignitate ꝙ a loco:ubi cauſas audire ſolent: ita no-
minatos. Hic.xl.uiralibus cauſis:quæ ad criminum cognitionem ſpectant. cũ
collegii præfectis primo cognoſcendis:mox etiam iudicandis præſident:ſunt hi:qui:aut
maiores nuper conſiliarii fuerunt:aut certe non multo poſt futuri ſunt.

De uxiris.

Eueriſſimus autem omnium noſtræ ciuitatis magiſtratuum xuiratus merito
s habetur:& ut uirorum numero ei qui olim romæ fuit: ita terribili poteſtate
pene par.Sed quo celebriores illi:quia legũ latores hoc noſtri ſalubriores: q la
tas mira ſeueritate tuẽtur.Vterq; annuus magiſtratus:uterq; ſine prouocatione:Sed bre
uis ille citoq; in ꝑniciem uerſus:hic ut ab initio ſemper reip.ſalutaris.Mittã illos:de no
ſtris loquar.Qui:ut cæteri magiſtratus maioribus comitiis creati omnes imperii par-
tes attentiſſima cura perſpiciunt.Maieſtatis crimina:Cyne dicã fœditatẽ:nũmorũ adul
terationem:aliaq; atrociora ſcelera ſeuera uindicãt animaduerſione:nec reo licet per ſe:
aut per patronũ aliquẽ cauſarum dicere:pro collegio aliquis exiſtat:oportet:qui rei cau
ſam quoquomodo agat. Quicqd ab iis iudicatũ fuerit:prouocatione caret.ipſoꝝ ẽ nõ
alterius:ſiquid ſtatuerint mutare:ſi id tale eſt:ut poſtea mutari poſſit:poterunt & illi:qui
anno circũacto eorũ loco ſurrogati fuerint:hi quoq; tris collegii principes quot menſi
bus ſibi in orbẽ legunt:quoꝝ ius eſt octauo quoq; die:ac ſæpius ſi ita facto opus ſit cõ-
ciliũ uocare:quoſcunq; ex primoribus collegiis uiſum fuerit:concilio adhibere iure
adhibuerint:principes:& conſiliarii adſint:omnino oportet illud ſane in eo magiſtratu
formidabile:ꝙ illius iudicia nullis extant litterarũ monumentis:ut quod ſemel iudica-
tũ ſit:nulla queat poteſtas reſcindere.Conſtat iã inde a Petri gradonici principatu Ma-
giſtratum ipſum in ciuitate inſtitutum.

De ſenatu Siue rogatorum concilio.

Et ſenatus illius quem Quirites tui:Sabellice:habuerunt noſtrum rogatorum
n cõcilium:ratione caret ; ac neſcio an æquum ſit dicere:hoc in plæriſq; ſanctius
ꝙ illud inſtitutum.De huius origine nihil habeo:quod omnino affirmem:non
deſunt qui.xl.uiratui æquale faciant:ſatis conſtat ab initio.lx.creatos . Laurentio dein-
de celſo remp.adminiſtrante:quinq; &.xx.ob cretenſium defectionẽ aſcriptos : mox ob
pacem cum Pannonũ rege ſanciendam totidem.Io.Delphini ducatu:in ob patauinũ bel
lum:ac poſtea alia:atq; alia de cauſa idem ſæpius factitatũ:quo ad res in morem tranſiit
ut quot ãnis.xx.ſupplementi nomine ſenatui adiicerẽtur.Steno autem duce.xl. dari cœ
perunt.Nouiſſime Franciſci foſcari principatu priori numero.xx. adhibitis par nume-
rus ſupplementi nomine eſt ſenatui datus:ut iam inde præter alios magiſtratus: qui cu
riam cum illis ingrediuntur centũ & .xx.Rogatorũ numerum expleant.Notũ eſt uobis
credo:quid de hoc nomine uulgus teneat:ideo id nomen ab initio factum: quia per uia-
tores olim maiores noſtri rogarentur:ut in curiam ad conſultãdum de re pu. uenirent:
nec ignoro Sabellice:quid tu in hanc ſententiam quandoq; ſcripſeris :eſt is magiſtratus
non perpetuus:ut apud romanos.Sed annuus nec una domo:aut familia plus duobus
huic ordini in ſupplementum aſcribuntur:alioquin tres adhiberi poſſunt . Omnia rei
publicæ negocia ardua & eximia hoꝝ decreto ſanciunt.Pax:Bellũ:induciæ.fœdera:Pri-
uilegia:Prærogatiuæ:ex ipſo ſenatu uelut ex primario quodã rei pu.fonte manãt.Maio
ra negocia ꝑpetuo ſilentio ſanciunt.Capitale eſt:ſi quis uolẽs ſecretũ ullũ curiæ rete-
xerit:eius bona publicantur:nullũ iuſiurandum:nulla religio tanti habet:quæ perpetuũ
id rumpere debeat ſilentium. Siquis in eo offenderit:xuiri cauſam cognoſcũt cognitamq;

ſn exorabili animaduerſione lege uindicant.Sunt & alia huius ordinis decreta. Sed non ita ſilentio conſecrata:ſi ſenatus cogendus eſt.Viatores circa ſenatorum ædes miſſi id nunciant:ſi pauciores ſeptuaginta coiuerint:nihil decerni poteſt:ſed duplo frequentiores ferme ſemper adeſſe conſueuerunt.

De moderatione eorum:quæ in ſenatu aguntur.

Rrius igitur q̄ patres in curiā uocentur:hi quorum in ſenatu ſententiam dice
p re ius eſt(Cæteri enim ſuffragio in alienam eunt ſententiam)inter ſe compa
rant:quid eo die potiſſimum ſit ad patres referēdum:ſi omnibus conuenerit:
quid maxime referri oporteat.Scribarum unus totius collegii nomine pronunciat: qd ſit illud:quapropter in curiam ſint patres uocati:appellantq́ id ipſum inter ſe partem:ſi uero prius q̄ res delata ſit:in ſenatum parum inter illos conuenerit:quot quot fuerint: aut principis:aut aliorum ſententiæ:ordīne notatæ ad patres in conſulationem deferūtur. Tum uero cuilibet ſenatorū:licet prius q̄ ſuffragia ineantur aduerſus unā uel plures earum dicere:perſpicueq́ oſtendere:cur e re publica non ſit facere id:quod in conſultationem ſit allatum:aut docebit quid in eo mutari placeat:nec ii:qui ſententiam dicunt refellere ea:quæ obiecta ſint:prohibentur.Sic ſententiis citro:ultroq́ iactatis alterutrius auctores ex tota curia legunt duabus urnis ſuffragia.Sequuntur hos ſcribæ cū totidem urnis aſſenſus & negationis indicibus:ſic quot prius dictæ fuerint:ī ſenatu ſententiæ ad unam omnes ſuo indigent ſuffragio.At ea quæ omnium maxime probata fuerit:quod ex ipſo ſuffragiorum colligiť:numero ꝑ recepta habeť.ſenatuſq́ cōſultū dr̄.

De maioribus ſapientibus:& his:qui in ſenatu ſententiam dicunt:

T quia docui non omnium eſſe magiſtratuum ſententiā dicere.Creat ne igno
e ret quiſq́ ſenatus ipſe ſuo ſuffragio ſex ſibi uiros:eos autem ſapientes maiores
uocant:nunc concilii præfectos.Quinq́ uiri ad hæc:qui & ipſi bellorum: ſiue
continentis oræ ſapientes dicuntur.Atq́ ordinum totidem aliquāto ætate iuniores: hi mane circa tertiam diei horam principi pro collegio frequentes adſunt:tum peregrinis litteris:aliiſq́ publicis negociis inſpectis in medium conſultant:quid potiſſimum opus ſit facto:ac ſi inter illos conuenerit:quid decerni oporteat:ſenatum accerſunt.Si uariabunt ſententiæ ſuam cuiq́:ut docuimus:licet frequēti curia celebrare præter eos: quos ordinum ſapientes uocant:illis quæ ad rem maritimam attinent curare:fas eſt:deq́ his patres rogare ſententiam:ſupra hæc nil iuris eſt illis permiſſum.

De Diui Marci Procuratoribus.

N his magiſtratibus omne ferme reipu.pōdus reſidet:horum conſilio tota im
i perii agitatur moles:accedunt ad hos alii plærīq́:quorum adminiſtratio:& ſi
non adeo oneroſa:nihilo tamen eſt illis dignatione inferior.Sed omnium ma
xime diui Marci procuratores dignitate pollent: & auctoritate.Sunt hi quidem hodie nouem numero:quum ab initio unus tantum fuiſſet:quippe cui templi cura decreta eſſet.Verum poſt ampliſſimum Ciani Principis legatum:quum ille duplici curæ impar eſſe crederetur:alter eſt ſuffragio creatus:ut hic ſacris Theſauris:ille recentioris legati procurationi præeſſet.Mox uero ob legatorum multitudinem.Rainerio Zeno principe tertius eſt collegio aſcriptus:ſicq́ comparatum:ut hic citra Riuum altum ille ultra legata procuraret:atq́ in hunc modum tres numero eſſe cœperunt:inde eodem Zeno adhuc rem publicam adminiſtrante quartus eſt additus:ac illi:qui ſacris Theſauris præerat collega datus:inde Io.ſuperantii ducatu:quum alia atq́ alia his eſſent negocia ſuborta:duo illis ſunt adhibiti:nouiſſime Foſcaro principe tres alii collegio aſcripti:qui hodie numerus tenet:ſunt patritii ordinis omnes:& ante actæ uitæ laudibus:& ætate principes:quippe quorum nemo:niſi maximus natu eam ferme dignitatem adipiſcatur: comitiis & ii creantur:eſtq́ magiſtratus ipſe eo dignior:quo & diuturnior: honor ſemel adeptus cum uita finitur.Creatur ad hæc ex eo ferme ordine ciuitatis prīceps.Tres horum auguſtiſſimi urbis noſtræ templi:& ſacrorum:quæ in eo ſunt.Theſaurorum curam habent.Tres alii legata trium regionum citra riuum altum cognoſcunt.Hæredes ipſoſq́

teſtatoris uoluntatem ſequi:ſi opus ſit : poteſtate compellunt:ſuæ fidei credita rite diſponunt. Reliquis ultra aquas toridem regionibus idem procurant. Cui dederint nullius eſt cognoſcere:publicas ædes incolunt. Poſt principem:& eos:in quibus publica reſidet maieſtas:reliquos magiſtratus ueteri inſtituto præcedunt. Sunt his ſcribæ: quorum opera ad hæc omnia rite tranſigenda utuntur.

De Scribarum Præfecto.

a T quando in ſcribarum mentionem incidimus nõ abre furit referre: q̃ honoratum locum ſcribarum maximus in Curia ſibi ueteri inſtituto uendicet. Sedet is poſt eos:qui in ſenatu ſententiam dicunt. Maioribuſq; comitiis:ut cæteri urbis magiſtratus creātur. Verum diuerſa conditione:ut quum illi annui ſint:aut aliquanto breuiores:ille honor non niſi cum uita hominis finiatur. Sunt & alii ſcribæ:Sapientum collegiis tributi:qui & ipſi curiam ingrediuntur. Sed horum dignitas omnino inferior.

De tribus petitionum iudicibus;

ſ Equuntur plærіq; alii Magiſtratuum ordines :quorum munꝰ quoniam pene totum forenſi umbra conſumitur:operæ precium eſt cognoſcere duplici cauſarum noſtram ciuitatem uti foro. Ducario & riuoaltino: Eſt & patriarchicum tertium:in quo ſacrarum rerum cauſæ aguntur. Sed de hoc nihil in preſentia attinet dicere. Reliquorum Ducarium:quod & diui Marci dici poreſt:nobis curia egreſſis primo occurrit:in eo plures iudicum ordines:atq; omnium primi: qui petitionum dicuntur. Sunt hi tres numero in ſexdecim menſes comitiis creati. Magiſtratus omnino uetus:ut pote iam inde a iacobi Tepuli ducatu inſtitutus:atq; ad id primo inductus : ut urbanas peregrinaſq; hominum querelas:petitiões:quas ad id tempꝰ princeps pro collegio audire conſueuerat:cognoſceret. infraq; centum libras priua poteſtate iudicaret. ſupra uero abſq; ducis ducariiq; collegii auctoritate nihil permiſſum:inde franſciſi Danduli principatu recentiore decreto datum:ut in ſumma decuplo maiore ius dicerent:ac ciuibus ſibi caueri poſtulantibus:reum ambigue fidei ſiſterent:pignora caperent:captaq; haſtæ uenalia ſubiicerent.

De quinque uiris Ordinum.

e Xcidit mihi mágiſtratus in noſtra urbe non ignobilis:Sapientes:qui ordinum dicuntur:quibus negocium datur triremes ad mercaturam ornandi. nauigationum rationem: rerumq; omnium maritimarum habere:ac pro poteſtate omnia mature expedire:adhibētur ſuppremo collegio:neq; quum ſenatus habetur curia excluduntur:quin & ſententiæ in ſenatu dicundæ in his quæ ad eorum munus attinent: ius habent.

De quinq; uiris continentis oræ.

i N hunc modum rei maritimæ maiores noſtri cautum uoluerunt:nec ubi imperii fines intra continentem propagari cœperũt eam reipub. partem ſuo magiſtratu carere uoluerunt. Sed Tauriſio adepto cõfeſtim quinq; uiri creati ſũt: qui ſollicita attẽtione proſpicerent :quæ ad illuſtrem urbem nuper imperio quæſitam uiribus protegendam attinerent. Dictiq; ob id primum Tauriſii ſapientes. Mox uero ſinibus imperii longius propagatis continentis oræ dici cœperunt.

De examinatorum Iudicibus.

ſ Vnt præterea tres examinatorum iudices Rainerio dãdulo principe creati. Hi ex eo ꝙ ipſorum ſit teſtium peregre proficiſcentium : aut uita quoquomodo periclitantium(modo cuiuſpiam interſit) Dicta cognoſcere:cognitaq; ſanctiore loco aſſeruare nomen traxere. Coemptiones ad hæc uenditioneſq; an rite fiant diligenter proſpiciunt:ac cognitas :ſi quid dolo malo actum ſit: poteſtate retractant. De pignoribus eadem cognitio . Deq; ſuppremis uoluntatibus : ſi teſtamento non appareant:& hæc utroq; foro. mane in ducario:ueſperi riuoaltino tranſigunt.

De peregrinis iudicibus.

Erum enimuero ne tantum ciuibus conſultum uideretur. Aureo principe pe-
u regrini & ipſi ſuum in noſtra urbe tribunal habere cœperunt. Tres iudices eo-
rum cauſas audiunt: tam ſi inter eos: q̃ ſi cum ciuium aliquo rei aliquid uerta-
tur. Hi quoq; æquo & bono iudicant: ſi quid inter locatorem & inquilinum de penſio-
ne: aut locationibus controuerſiæ oriatur: eorum eſt cognitio. De naulis etiam nauigio-
rum omnium præterq̃ trirenium ius dicunt.

De Mobilium Iudicibus.

Roximo his loco tres Mobilium iudices ciuium cauſas audiunt. Sed quæ ſeli-
p bram auri non excedant: olim in ſumma triplo maiore lege iudicarunt: ac ſo-
lum (unde nomen magiſtratui datum) in mobilib⁹ teſtamento legatis: quod iu-
diciũ Franciſci danduli ducatu a peregrinis iudicib⁹ fuerat ad hos tranſlatũ: mox uero
celſo principe ad ſelibram auri eorum iudicatio ẽ retracta: hi quoq; ut plærīq; alii: nũc
æquo & bono: nunc lege iudicant.

De Curiæ Iudicibus.

T quia negociorum uarietas effecit: ut ii penes quos eſſent iudicia in ſuſpitio-
e nem uenire poſſent: ſi litigator: aut reus: eorum quempiam neceſſitudine attin-
geret: ſiquis eorum iudicatione decidat: tres Laurentii Tepuli regimine īſtituti
dicuntur: qui ſorte ducti: illius loco ius dicerent.

De Procuratorum Iudicibus.

Portuit ad hæc quando procuratoria dignitas ampliſſima eſt: lateq; eius patet
o adminiſtratio: ut eſſent tres iudices: ad quos cauſas illi agerent: quibus aliquid
rei cum collegio: aut collegii aliquo eſſet: ut ſi quando legata exigerentur: aut
remittenda quoquo modo eſſent: id iure non eorum arbitrio factum putaretur æquo
& bono ſuper ea re ab initio iudicatum ferunt. Verum quia in tris uelut terniones pro
curatorum numerum diuiſum oſtendimus: ita ſane inter eos eſt comparatum: ut ternio
num ſinguli in ordinem cum iudicibus ī foro pro tribunali biduo cauſas audiant: Cre-
duntur tres illi iudices Laurentio tepulo duce creati: quibus procedẽte tempore eſt per
miſſum: ut prædiorum cauſas: & quæ inter uiros & uxores diſcordiæ: aut lites ſubortæ
eſſent: cognoſcerent. Deq; his rite iudicarent.

De Iudicibus Propriariis.

Arum fuiſſet aliis ciuitatis ordinibus conſuluiſſe: niſi imbecillioris etiam ſe-
p xus & fortunæ cautum maiores noſtri uoluiſſent: & in primis nubentibus un-
de urbium propagationes pendent: earum dos quaſi peculiare quoddam habe-
tur prædium: ne huiuſmodi poſſeſſione ſexus ille in noſtra ciuitate iniuria frauderet.
Placuit magiſtratum in urbe eſſe: quorum æquitate & aura ſubnixæ mulieres ex pater-
nis ædibus dotem exigerent: aut ſi ita ſors tuliſſet: aliũde repeterẽt. Dotalia ad hæc præ-
dia tam urbana q̃ extera: & eorum fines ſolenni ſcripto recipiunt: horũ etiam teſtamen-
tis cauere eſt: ne quid: aut in curia: aut fraude eorum: quos id præſtare oportuit: in his
periclitetur. Tutores pupillis: furioſis Curatores quærere: eorum bonis qui inteſtati de-
ceſſere: ac creditoribus: ſiqui extant cauere. De furtis ad hæc & leuioribus homicidiis
aliiſq; eius generis ſceleribus cum præfectis uigilũ iudicare. Vitale phaletio duce is ma-
giſtratus dicitur inſtitutus: ut princeps multis alioquin diſtrictus curis huiuſmodi no-
uorum iudicum munere ueteri onere aliqua ex parte leuaret. Multa extant argumẽta:
quibus datur intellgi hos iudices inter agendum principi pro collegio aſſidere ſolitos:
& enim hoc quoq; tempore ſolenni pompa dextrum illius claudunt latus: multaq; illis
princeps ipſe: uelut ex antiquo inſtituto munera aliunde allata: ſolet impartire.

De Veteribus Auditoribus.

T ne ullus grãæ ambitioniue locus in iudicibus relinq̃ret. Andreæ dãduli prĩci-
e patu tres auditores maiores nr̃i inſtituere: ad quos a iudicũ tribunali liceret ci-
uib⁹ ꝓuocare. Hi cauſas ab initio audire cœperũt: de qb⁹ ĩ urbe: aut maritima

ora quæ a gradatis aquis ad caput aggeris protenditur:fuiſſet iudicatum: mox & peregrinas propagatis imperii finibus aliquandiu recepere. Verum nouis auditoribus creatis: Veterem cognitionem retinuere.Si igitur ab his:,qui prouocarunt:aliquid affertur: quod parum recte iudicatum uideatur recepta cauſa. Si triginta aureorum nummum ſummam non exceſſerit:quod Trono Duce eſt eis decreto permiſſum : cum antea infra minorem ſummam ea ſe poteſtas teneret:de ea re arbitrio iudicant:reſciſſa: aut probata:quæcunq; de ea re lata eſſet ſententia.Si maioris ſummæ cauſa deferatur: ad trecentos uſq; aureos ipſis cauſam agentibus pro frumentario collegio de ea iudicatur. Si autem maior.xl.uirali iudicio rem cognoſcendam ſubiiciunt: auditoribus ipſis cauſam agentibus:tertia ad ſummum actione.xl.uiri Ciuiles de ea ſuffragio iudicant.

De nouis auditoribus.

p Arem huic auditorum numerum terra:mariq; propagatum imperium Steno duce excogitare coegit: ut eſſent qui externorum magiſtratuum iudicia cognoſcerent:exirentq; ob hoc ipſum quot annis ad ſtatum prouinciæ recognoſcendum.Et quia nimis longa eſſet ea recognitio:ita comparatum eſt : ut tres illi tota continentis ora ab abdua ad phanaticum ſinum perluſtrarent.Duoq; extra ordinem in ſenatu lecti maritimam oram cum inſulis inuiſerent. Hi prouincialium :`& inſulanorum cauſas audiunt:de quibus dico ſit quoquo modo a magiſtratibus iudicatum : ac ſi quid eſt: i quo leges uideantur offenſæ:id recipiunt:ac ubi Venetias uenere.xl.uirali iudicio:modo huic modo illi:ut ratio ſuſceptæ cauſæ exigit: cognoſcendum ſubiiciunt.

De præfectis frumentariis.

f Vit:quis non uidet hoc admodum Salutare iudiciis:& prouocatione omnibus leges æquaſſe.Sed ſapientes illi uiri:qui noſtram rempublicam inſtituere,optimos pictores imitati:quibus non ſatis eſt caput:& humeros imaginis alicuius recte effinxiſſe:niſi ſingula operis liniamenta ſibi inuicem reſpondeant.Parum cautum ciuitati exiſtimarunt:ſi refrumentaria ſæpius laborandum eſſet: quod ne aliquando accidere poſſet:duos Io.Dandulo principe negocio præfecere:unus recentiſſime eſt collegio additus:qui ſummo ſtudio curarent:ne ciuitas quandoq; caritate annonæ præmeretur:quod:ut tutius præſtari poſſet:ingens uis auri in hunc uſum conflata eſt:ac ita inſtitutum:ut quum remitti annona in ciuitate cœpiſſet: confeſtim ex publicis horreis uulgus ſubleuaretur:q̄q̄ id ferme ſemper præſtatur : ut niſi in ſumma tritici ubertate aliquanto uilius:q̄ priuata publica ueneat annona.

De Triumuiris frumentariis.

e T quia nunquam ciuium commodis ſatis conſultum putarunt:ut maiore undiq; ſtudio triticum cōuectaretur: procedente tempore triumuiri creati ſunt: qui certam frumentatoribus pecuniam in ſingulos modios conſtituerent:ita ut hodie pluribus aureorum nummum milibus negociatoria ſtare ſoleat reipublicæ frumentatio:Sed quanticunq; Conſtet:bene tamen uertit:quando ſane uilius in ea urbe:quæ mediis eſt aquiſita: ueniat annona: quam ubi ſummo ſtudio colluntur agri.

De fiſci recuperatoribus ſiue cataueriis.

i Ngens:ut uidetis:fuit illorum:qui hæc inſtituere prudentia: ſtudiumq; in ciuitatem:cui ex omni parte conſultum uoluere.Sed quum omnium ordinum cōmodis ſtuderent:publica illis utilitas nullo modo excidit:quin tres fiſci recuperatores creauere(eos uulgo catauerios appellant)qui diligenti cura cogoſcerent:quæ quiſq; ex publico ſibi bona dolo malo uendicaſſet:ac ubi aliquid tale ſatis exploratum haberent:iure cum eo agerent: eſſetq; eis libera tam pecuniæ:quam prædiorum aſſertio cuiuſmodi ſunt illorum bona:qui inteſtati decedunt:ſi nemo iterim extet:ad quem lege agnationis bona ipſa ſint prouentura. Vectigalium ad hæc fraudem uindicant.Cognoſcebant ab initio de iis:quæ uiginti aureorum nummum ſummam non excederent:de quibus altera partium abſente eſſet iudicatum: nūc quoq; de decem aureorum ſumma illorum iudicatio eſt.

De Triumuiris Publicis.

E ulli ad hæc libelli:pactioneſq; fœneratoriæ inter diuites fierẽt & inopes:qua
n auariſſimus ille ordo ſæpe ingreſſus in miſeros ciues ad libitum graſſari ſolet:
triumuiros creari placuit:qui ea cognoſcerent:cognitaq; lege uindicarẽt: in he
reſeos quoq; accerſitos:illorum poteſtas intenditur:iudicant & infra.xx.libras. Horum
quoq; eſt curare ne publicæ uiæ. Vici:Canales:areæ:aliquo priuato occupent̃ ædificio.

De ſex Viris Nocturnis.

Vemadmodum magiſtratus:de quo proxime diximus:cum ædilitia romanorũ
q poteſtate:neſcio quid commune habet:ita hic qui ſequitur cum præfectis uigi
lum.Sex uiri ſunt ex ſingulis urbis regionib⁹ ſinguli creati:quos iccirco ab ini
tio nocturnos appellatos exiſtimo:quia cuſtodiendæ noctu urbis ab incendiis:aliiſq; Si
cariorum incurſibus negocium ſortiti eſſent:nunc indifferenter diurna nocturnaq; fla-
gitia inſectantur:ſuntq; ſex uigilum præfecti illis attributi: quorum tres circa ducariũ
forum aſſidue excubant:in Riuoalto reliqui:hi arma Contra edictum habentibus adi-
munt:in omnes quæſtionem exercent:præterq̃ in maieſtatis reos: publicorum aduoca-
torum eá cognitio eſt:iudicium habent in neminem quicquid illi quæſtione acquiſiue-
runt:Princeps nonnunq̃ etiam proptarii iudices pro cauſarum conditione pro collegio
uindicant.Cœpit is magiſtratus marini mauroceni principatu in urbe eſſe : Duoq; ab
initio inſtituti:ut hic citra riuumaltum:ille ultra poteſtatem exerceret. Mox uero Rai-
nerio Zeno rempub.adminiſtrante:quattuor additis ſex numero eſſe cœperunt.

De Solenni Collegio.

Auſarum multitudo ingens:quæ grauis alioqui principi & iis:qui pro collegio
c illi aſſident:eſſe cœperat:patres olim admonuit:ut præter ducarium collegi-
um recens aliud illi excogitarent:id ſolenne dixerunt:conficiturq; hodie ex tri
bus conſiliariis:ex aduocatore uno tribuſq; præfectis annonæ:ac paucioribus aliis ma-
giſtratibus:ita ut.xiiii.numero ad ſummũ coeant:rerũ prouocationes a riuoaltinis iudi-
cibus:qui computationibus & calculis præſunt:ad hos perferuntur:de teſtamentorum
breuiariis:ut in cæteris ſuffragio iudicant.

De Ducaris Scribis & Caſtaldis.

Vnt : ut quæ iudicata fuerint:rite tranſigantur:duo ex populari ordine ſcribæ:
s qui ideo principis dicuntur:quia ab eo priua poteſtate legi ſoleát:hi ſane ſunt
plæbani ſiue alterius eccleſiæ antiſtites:quibus id negocii eſt ; ut quicquid per
principem:olim nunc per ordinarios iudices ſit iudicatum:rite exequátur:ſuntq; ad hoc
ipſum iam inde ab initio miniſtri duo creati eos caſtaldos a noſtris appellari audio: quo
rum opera in tranſigendis rebus ſcribæ utuntur:ac ſiquis in eo:quod illi egerint prouo
catum uolet:ad auditores ob id tres numero creatos uelle debebit. Hi quid in eo fieri
uelint:pronunciant.Si hinc quoq; prouocandum ſit:ad publicos aduocatores oportet:
rem.xl.uirali iudicandam collegio deferunt.Cæterum:ſi qua de executionis ratione ſub
orta olim eſſet dubitatio.Ducarii ſcribæ eam cognoſcebant . Deinde ſub ipſam throni
principis creationem duos protocaſtaldos creari placuit:qui rem auctoritate compone-
rent:poſtea Marcello duce tertius eſt collegio adhibitus.

De Præfectis Carceris.

T quia foro egreſſis Carcer:qui illi ſubiectus eſt:primo occurrit.nõ abre erit:
e quando hinc in riuoaltinum forum ſit tranſitus faciendus:priuſq̃ loco digre-
diamur de præfectis carceris pauca referre . Sunt hi duo: quos princeps priua
poteſtate creat:utriuſq; eſt ſuæ cuſtodiæ traditos:diligenter aſſeruare:eorũ in iuſſu nul-
li ad eos:qui in uinculis iacent:patet acceſſus:nec cuiq̃ exire illis inſciis permiſſum:de-
mum publicæ cuſtodiæ cura horum tota eſt.

De triumuiris armamentariis.

r Eliquum eſt:ut de Triumuiris armamentariis breuiter dicamus: quorum eſt
nauales ſocios & remiges conſcribere. Triremes cetheas:aliaq; pu. nauigia ar-
2

mis:& commeatu inſtituere:& breui omnia ad uſum nauium tam ad negociationem: qui ad bellum paratarum mature prouidere.

De annonæ præfectis.

Vnt ad caput ſalinum duumuiri iam inde a Thomæ mocenici ducatu conſti-
ſ tuti:qui annonæ dicuntur:Horum eſt ſalitarum carnium:caſei: & aliorũ quo-
rundam eſculentorum: ac quicquid eiuſmodi rerum mari conuehitur curam habere:ea primo appendunt:inde quæ diligenti attentione appenſa: aut recte eſtimata ſunt:ad Triumuiros ternariacos tranſmittunt.

De triumuiris maritimi uectigalis.

Ontiguo ferme loco ſedent maritimi uectigalis(id uulgo doanam uocãt)Præ
c fecti iam inde a Thomæ mocenici principatu anno ab urbe .Con. circiter
milleſimo creati:tres illi numero:quorum oculis omnia:quæ publicis triremibus: aliiſq; nauium generibus in urbẽ aduehuntur: cognoſcenda ſubiiciuntur: nec niſi uectigalibus ſolutis permittitur cuiq;:res inde in tabernas:aut alio e nauibus trãſferre.

De uectigalium præfectis.

Iuoaltini magiſtratus:de quibus hinc nobis dicendum eſt:multi quidem & ua-
r rii:& ut imperio & poteſtate inferiores ita fortaſſe pu.uſui non minuſq̃ illi:de
quibus diximus neceſſarii:occurritq; omnium primus magiſtratus ſane recẽs: ut pote Foſcaro Principe inſtitutus. Sed in quo omnis uectigalium & tributorũ rõ ſita eſt. Triumuiri comitiis creati:negocium locandorum uectigalium habent: tributaq; a ciuibus exigendi:pecunias inde exactas:aut quæſtoribus urbanis diſtribuendas tradunt: aut in alios reipublicæ patrum decreto diſpartiunt uſus.

De quinq; uiris uinariis:

T quia in uectigaliũ mentionẽ incidimus:Octo ne quis ignoret primaria ſunt
a urbis noſtræ uectigalia:quorũ ſingula ſingulos ſortita ſunt magiſtratus:qui ex
actas portoriis pecunias ad quæſtores deferunt. Eſtq; ut omnium maximum ita fortaſſis antiquiſſimum uini uectigal. Cuius gratia Quinq; uiri creãtur:qui diligenter cognoſcunt quicquid exotici uini mari:terraq; urbi importetur:q̃tum inde alio deuehatur:ne fraus uectigali fiat:poteſtate cauent. Si quem in fraude deprehenderint:pecunia & merce lege puniunt.

De quattuor uiris aduecticiis.

St & aliud uectigal:introituum menſam uulgo appellant. Quattuor uiri res
e peregre aduectas cognoſcunt:appendunt:metiũtur:negociatorum fraudes pu-
niunt:pecunias exactas quæſtoribus numerandas procurãt. Tres ab initio fuere:atq; anno Milleſimo ferme ab urbe condita mocenici ducatu cum iis magiſtratibus: de quibus proxime dicem⁹ iſtituti. Verũ procedẽte tẽpore q̃rtus collegio eſt adhibitus.

De triumuiris exacticiis:

D iuris triũuiri habẽt in his:quæ urbe a negociatorib⁹:& exteris exigunt. Ho-
i rũ menſa exituũ nominat:fuitq; is magiſtratus cũ eo:de quo primo locõ dixi
mus ex ueterib⁹ quibuſdam aliis Mocenici principatu inſtitutus:nihil i utroq; præter nomen mutatum.

De quattuor uiris miſſiteriis.

t Ertia ab his Miſſiteria mẽſa eſt:ubi quattuor uiri eorum:quæ emũtur:uẽdun-
turq;: cognoſcunt pretia:ac ſecundum ea portoria rite exigunt.

De quattuor uiris ternariacis.

Lei ad hæc:Caſei:ſalitarũ carniũ. Aluminis:lignorũ ad ædificia q̃ſitorũ:lanarũ:
o metallorũq; diligẽs circa mercatorias tabernas recognitio q̃ttuor uirorũ eſt.
Cauẽt hi ne inopia rei alicui⁹ i urbe laboret:ut igit mature uenalia ciuib⁹ proponatur:& in his quæ proponuntur:ne aliquo modo Vectigali fraus fiat:diligenti cura proſpiciunt. Magiſtratus uetus & iam inde a Io. Danduli ducaria adminiſtratione:ut creditur inſtitutus:uariatuſq; pro tempore numerus.

De quattuor Viris Laniariis.

Anii quoq; ſuum recognoſcunt magiſtratum ac eorum:ſiquis contra ciuitatis
l inſtitutum uendiderit:appéderitue aliquid a quattuor uiris ad hoc ipſum crea
tis: pecunia mulctatur uectigal ab his exactũ publicani huic magiſtratui. Ma-
giſtratus ipſe quæſtorib⁹ urbanis dinumerãt:fuit olim id munus cũ eo cõiunctũ: quod
uetus hodie iuſtitia dicit.Sed curis creſcentib⁹ ex uno duos magiſtratus fieri contigit.

De Duumuiris Aurifolliis.

Abent Aurifollia:quæ paſſim noſtra urbe cuduntur:ſuum uectigal ingens opi
h ficum numerus efficit:ut peculiarem:& ipſi haberent magiſtratum.Duumuiri
iis ius dicunt:opera inſpiciunt:ac ne quid adulteret.aut fraude fiat:cognoſcũt.
Vectigales pecunias hinc exactas in pu.redigunt.

De Quattuor Viris Salinariis

Vanq̃ urbs noſtra marinis undiq; alluatur fluctibus: habet tamen ingens ſalis
q uectigal:quãdo nõ omnib⁹ neq; ubiq; id fas ſit cõflare.Sed clodiæ aliiſq; remo
tioribus locis:in quibus publicæ ſunt ſalinæ inſtitutæ.Venditur in urbe publi
ce duobus locis:ac quicquid inde pecuniarum exigitur: quæſtores urbani in ærarium
deferunt;locant hodie ſex uiri Salinarii(olim quattuor fuere)per urbes & loca:quæ Ve
neto parent imperio ſalis uectigalia:& in urbe publica circa riuumaltum prædia. Horũ
quoq; eſt maris littora aggeribus munire:quod opus ad coercẽdos maris impetus inſti-
tutum:quot annis ad dena expoſcit aureorum nummum milia.

De Quinque Viris Pacalibus.

Equuntur reliqui magiſtratus:quorum quinq; uiri pacales Iacobi Tepuli tem
s poribus præclare a maioribus inſtituti mihi uidentur. Hi cõuicia : & alias in-
iurias:quibus priuatæ aluntur:inimicitiæ cognoſcunt:ac de ſontibus lege iudi
cant.Si mulcta delinquentibus irrogata non fuerit mature perſoluta:admiſſum facinus
quilibet impune uindicat.

De Veteris Iuſtitiæ AEdilibus.

Ebaſtiano cognomento Ciano remp.adminiſtrante triumuiri inſtituti dicun-
s tur:quum hodie quattuor creentur:qui ueteris iuſtitiæ nominantur.Hi fabro
rum cõtra cuiuſlibet precium operæ æqua æſtimatione metiuntur.Rerum ue-
nalium pondera:ſi iniqua deprehenderit lege puniunt:obſoniis frugibus: oleribus & li-
gnis uenalibus precium aſcribunt.

De Nouæ Iuſtitiæ AEdilibus.

Vit quorum proxime meminimus olim munus:quod nunc tres nouæ iuſtitiæ
f ædiles obeunt.Multoribus hi(quod Rainerio Zeno Principe eſt iſtitutum &
cauponibus non ſolum ius dicunt:ſed ſi quid etiam deliquerint:lege uindicãt.

De Triumuiris Hoſpitalibus Siue Veteris calculi.

Vnt præter hos:de quibus diximus triumuiri:qui ueteris calculi dicuntur.Ac-
s cipiunt hi ſummos principes:aut legatos publico nomine:lautiſſimeq; hoſpi-
tio habent.Ecquando athenieſes:quando Lacedemonii:quãdo romani ipſi ma
giſtratũ ad pu.hoſpitalitatẽ colẽdã habuere?quid aliud ẽ perpetuũ:ingratum ad hoc rea
tum in aliqua eſſe ciuitate q̃ hoſpitalis munificentiæ publicæq; charitatis ſignũ in ur-
be omnibus gentibus præfigere:habent ad hæc illi aulea ornatiſſima ; Stragula purpu-
rea:aliamq; prætioſam ſupellectilem ad ædes inſtruendas.Horum quoq; eſt pu.prædia
quoquo modo fraude occupata aſſerere.Rationes ad hæc. Magiſtratuum omniũ mari
timæ oræ libello ab eis accepto recognoſcere.

De Triumuiris Nouarum rationum.

St pari numero auctoritate fortaſſe minori.Magiſtratus qui pecuniam: & alia
e oratorib⁹ ad externos principes:& populos ituris neceſſaria ſubminiſtrat. Tri
umuiri noui calculi dicuntur.Hi uero non ſolum abeuntes inſtruunt: ſed poſt
reditum etiam expenſæ ab eis pecuniæ libellum exigunt:principum munere illis adem-

pta in pu.redigunt:nec tam precium in eo quæritur:q̄ ne quiſquam pluſquam pu.homi
nem deceat regũ alicui:aut principũ ſpe munerũ ſeſe inſinuare audeat:obſoniorum pu-
blicanos ſi pecuniam ſingulis penſionibus non diſſoluerint:certa pecunia prius mulcta-
tos ad eã quã pu.debeãt diſſoluendã cogũt:fuit totũ ferme id munus eiꝰ olim magſatꝰ:
cuius ꝓximo loco mẽtio facta ẽ:ita ut uere dici poſſit:q duo nũc ſunt:olim unũ fuiſſe.

De Duumuiris Farinariis.

St & in riuoaltina ripa:locus undiq; iã inde a Ciani pirncipatu munitus. Vbi fa
e rinæ uis ingens populo uenalis ꝓponiẽ.Hic ne furmẽtatoꝝ auaritia q̄nq; an-
nona laboreẽ.Duæ aſſiduæ tabernæ patẽt:i q̄bus farina uilius q̄ i priuatis pu:
noie uẽdiẽ.Præſidẽt duumuiri q empori claues aſſeruãt : qq; atẽtiſſima cura ꝓſpiciũt:
nequis in menſuris:aut in corrupta annona uendentium fraude accipiat iniuriam.

De Conſulibus Negociatoris.

T qa nullius rei ſecũdũ libertatẽ:nr̃a ciuitas ab initio ſtudioſior fuit q̄ nego-
e ciatiõis:q̄ tm̃ dei benignitate ad hunc diẽ ꝓfecit:ut oĩum xp̄iani nois urbium
merito nr̃a opulẽtiſſima habeaẽ:ut igiẽ in max.orbis emporio:iis cautũ eẽt:q
negocii cã eo nauigarẽt.Tres ab.initio(q̄rtus foſcari pricipatu ẽ collegio adiectus) iudi-
ces maiores nr̃i iſtituere eos cõſules hodie:ut ab initio appellãt:i eo foro ius dicũt:i cu-
ius porticu oĩa urbis trãſiguntẽ negocia.Hi ſine libello iudicãt q̄ iudicarũt duo: uelut cõ
ſulũ miniſtri(maſſarios uulgo appellãt).xl.uirali ſuffragio ad id lecti iudicata exequũẽ.

De Triumuiris Extraordinariis.

Aeterũ ne ꝓ pecuniis uerba creditoribꝰ dareẽ.Triũuiros creari placuit: q pu
c blicoꝝ nauigioꝝ ad peregrinã mercaturã exeuntiũ:modũ & numerũ tenerẽt:
inde poſt reditũ ea cũ nauticis iſtrumẽtis recognita i publicũ redigerẽt. Exige-
rẽtq; ab iis Vectigal:q publicis nauibus uſi eẽnt:mox & triremiũ locãdarũ eius negociũ
datũ:quod Petri gradonici pricipatu crediẽ inſtitutũ:ut publicis tantũ triremibus naui
gareẽ.Sed hæc aliorſum ſpectãtq̄ ad ea q̇ polliciti eramus.Nulli igiẽ prius ex urbe ſol-
uere licet:q̄ ex ſinguloꝝ magiſtratuũ:ad quos uectigaliũ exactiones ſpectãt.Chirogra-
pho exploratũ habuerit:an hi q nauigaturi ſunt:publice ;aut priuati pecuniã debebant:
quod ſi ita eẽ cõſtiterit:haud prius illis ſoluere pmittiẽ:q̄ creditoribꝰ ita placere cogno
uerint:ac ne poſt reditũ q̄dẽ naues mercibꝰ exonerare:niſi chirographo idẽ magiſtratui
cõſtiterit.Hoꝝ p̄terea fuiſſe tradũt marianos ludos:q genuẽſi bello celebrari deſierunt
publico ſumptu inſtruere.

De Triumuiris.x.officiorum.

Tiliter quidem & is:de quo dicam:magiſtratus Thomæ mocenici fœlici admi
a niſtratione fuit a maioribus noſtris inſtitutus. Triumuiri decem officiorum
dicuntur ii ab omnibus magiſtratibus:qui urbanis uectigalibꝰ præſunt : exa-
cto penſionum tempore libros cum eorum nominibus:qui nauli:aut uectigalis nomi-
ne reipu.pecuniam debent:accipiunt.Debitores prius pecunia multatos ad publicũ æs
ſoluendum poteſtate cogunt.

De Prouiſoribus Vrbanis.

Vnt & alii Triumuiri.p.gradonici auſpiciis creati : quorum proſpicere eſt ne
a naues illegitima magnitudine texantur:aut nimis onerose ſtipẽtur: cognoſcũt
ad hæc qui ciuitate donati ſunt:quibus in urbe utantur priuilegiis:illud quoq;
attente perſpiciunt:ut mos patrius ac nauigandi lex indefferenter ab omnibus ciuitatis
ſeruetur ordinibus:curſores ad ea quæ toto orbe fiant:mature cognoſcẽda pu. nomine
inſtruunt:fuit is magiſtratus quandoq; e repu. ſublatus . Mox uero utpote neceſſarius
reſtitutus.Magiſtratum ipſum ob id aiunt ab initio creatum:ut ii:quibus id negocium
eſſet datum:recognoſcerent:quantum alieni æris publico nomine debereẽ:nimios ſum
ptus cohiberẽt : ne uectigalia quoquomodo fraudarentur:fraudemq; poteſtate uindica
rent.Eſt præterea a magiſtratibus plæriſq; ad hos prouocatio: uiaſq; publicas ſternendi
cura recentiſſime ad eoſdem deuoluta eſt.

De ſupra conſulibus.

a

Dmonuit præterea miſerorum ciuium fortuna eos:qui noſtram ciuitatem inſtituere nullam eſſe tam humilem ciuium conditionem:cui non aliquod in libera ciuitate pateret præſidium.Hoc igitur effecit:ut magiſtratus in urbe crearetur:qui in pignoribus:aliiſq; rebus alienandis eis caueret: qui fœneratorum in explebili auaritia ad oſſa uſq;:ut aiunt:conſumpti eſſent: idq; præſtaret:quod ultimum omnium erat præſidium:ne in rerum etiam uenditione circum ſcriberentur : cæterum ne & illos:qui alieno ære ultra modum laborare cœpiſſent:facto a creditoribus impetu cum omnibus fortunis darentur pæcipites.Sed eſſent potius: ad quos illi cõſugerent: poſtularentq; ſibi tempus ad ſe alieno ære exonerandum: quod pro obæratorum cõditione longius:breuiuſq; impetrari ſolet.Si quis perditis rebus ob eã cauſam ſolum uerterit publica ſide:ab eo magiſtratu in certum tempus accepta:in urbem:ſi uelit:tuto uenire permittitur:ubi illi per ocium licet cum creditoribus agere de matura cõflati æris ſolutione:quibus in ſententiam adductis: aut ſi non omnibus præcipua ſaltem eorum parte in ciuitate tuto eſſe poteſt.Si autem id minus conſecutus fuerit:confeſtim exeunte præſtitæ fidei tempore iterum ſolum uertit : ſed raro id accidit:ipſis etiam iudicibus inopiam ſubleuantibus:quorum fauor pro laborantibus natura ſtare conſueuit. Multa ac diuerſa fuerunt ab initio magiſtratus huius munera: quæ nunc publici prouiſores obeunt:nec quattuor:ut hodie. Sed tres uſq; ad ſoſcari principis tempora collegium expleuere.

De quæſtorum præfectis.

o

Mnibus:ut dixi ueteres urbis noſtræ moderarores conſultum uoluere.Sed ante omnia reipub.cui ne nõ ubiq;:& ſemper cautum uideretur: nullam eius partem magiſtratuum præſidio nudam reliquere. Parum enim illi cautum putarunt:ſi non ea fide a prouinciarum quæſtoribus publicæ pecuniæ: qua & ab urbanis magiſtratibus miniſtrarentur:quod ne accideret triumuiros:quos fiſci procuratores dixere:creatum iri placuit:quibus urbium: & prouinciarum continentis oræ quæſtores adminiſtratæ pecuniæ rationem redderent:horum quoq; ius eſt tam publicas pecunias q̃ prædia ab iniuſte occupantibus uendicare.

De triumuiris argentariis.

i

Ngens ad hæc pondus argenti facti:infectiq; materiam præbuit triumuirorũ in ciuitate creaudorum:qui quum id uenderetur:funderetur ue: adeſſent:deq; eius uena: & pretio iudicarent:eſtq; id munus perpetuum.Sunt & qui argenti aliunde in urbem aduecti:uectigal exigunt. Triumuiri ad hoc ipſum creati.

De triumuiris aurei panni.

l

Vxuria noſtri ſæculi:quæ ita perdite incubuit:ut ſcurræ principum & præcones plus contexti auri hodie conterant:q̃ olim ſummi reges : negocium dedit opificibus noſtræ urbis ampliſſimum aureæ texturæ.Sed quum paſſim ueneta urbe aurum pro lana intexi cœpiſſent:neceſſe fuit:ut tam præcioſum opificiũ ſuum haberet magiſtratum:eſſentq; tres uiri : qui diligenter inſpicerent aureæ: purpureæq; texturæ rationem:& operum precia:ne qua fraus inde negociatores ſequeretur.Si qua adulterata offenderint:pannos uel magni precii reſcindunt.

De duumuiris lignariis.

u

T precioſis rebus ita & iis:quæ uiliora ſunt non inutiliter nouum olim magiſtratum ueteres inuenere:q̃q̃ ne uile quidem dici poteſt: quod humanæ uitæ maximum præſtat adiumentum. Duumuiri hodie ſunt:olim unus fuit Chriſtophoro mauro principe creatus:pu.pecunia ligna ad domeſticum uſum quæſita mercantur:aut ex publicis nemoribus accerſunt: ac utrolibet modo cõparata : quum hyeme mare eſt minus tractabile:ne eorum inopia in urbe laboretur:diligenter proſpiciũt; Diſtribuunt:quum opus eſt:illa pauperibus:a quibus ſine aliquo maiore incommodo debitam poſtea exigunt pecuniam.

De Regionum Præfectis.

St urbs noſtra:quod alio loco:ni fallor docuimus:in ſex regiones diuiſa:quibus
e ſingulis ſinguli Io. ſuperantio principe:præeſſe cœperunt:habent hi negocium
cum uigilum præfectis. Die:noctuq; uidere ne qua parte urbis res pu. aliquod
adeat incõmodum. Horum quoq; munus eſt: famulos & ancillas conditione quæſitas:
domeſticatim cõſcribere:ſicariorum licentiam cohibere : lenonum & meretricum flagi
tia ſeuera uindicare animaduerſione.

De Triumuiris Soluentium.

Verunt Maiores noſtri rerum omnium urbanarum uehementer ſtudioſi : Sed
f mercaturæ(quod ex multis datur intelligi)ſane ſtudioſiſſimi:nam præter cæte
ra:quæ non minus utiliter quam prudenter circa negocia domi:foriſq; ſtatue-
re:illud certe non eſt ſilentio prætereundum:quod lege prohibitum eſt iis:qui ad mer-
caturam ex urbe profecturi ſunt prius noſtris littoribus ſoluere q̃ a triumuiris Raine-
rii:ut quidam aiunt:Zeni principatu creatis:quiq; ſoluentium:ſiue ut uulgo aiũt:leuan-
tium dicuntur(chirographum impetrarint:inſpicitur ab illis nauium magnitudo:quid
mercium earum quælibet ferre poſſit:ſcrutantur ad hæc an arma metallaue : aut quid
aliud contra legem ſit nauibus impoſitum:an legitime ſint naues armis & uiris inſtru-
ctæ:in quibus:ſi quid præter ciuitatis inſtitutum:offenderint:poteſtate corrigunt.

De Trirmuiris Emporiacis.

St contra riuoaltinum forum:Germanicum emporium:hic negociorũ uis in-
e gens frequenti hominum comertio tranſigitur . Theutonici ſanguinis nego-
ciatores locum circumquaq; cubiculis:porticibuſq; uallatum habitant. Trium
uiri:quibus & loci:& ordinis regimen eſt datum:inquilinorum ſingula ſingulis compa-
rant cubilia eorum:quæ inuehuntur:aut aſportantur:uectigal exigunt: habẽt & rerum
gerendarum arbitros:quos.xl.uiri priuo ſuffragio legunt:eorum opera in uendundis:
emundiſq; rebus utuntur negociatores.

De Triumuiris præſtitorum:

Rauiſſimi ueterum bellorum ſumptus in cauſa fuere:ut res publica aliquando
g coacta fuerit:a priuatis aurũ mutuari ea conditione:ut quod appenſum eſſet:
integra illis ſorte maneret:acciperentq; ipſi interim pro ea ſumma quot annis
ex publico pecuniam:ut eſſent igitur qui certis penſionibus id creditoribus repreſenta
rent:quiq; æs alienum ex fide pu. quũ opus eſſet:diſſoluerent. Triumuiri uitale Michae
le:ut quidam aiunt principe inſtituri fuerunt:qui rite id præſtarent.

De Quæſtoribus Vrbanis.

Vo ad hos Quæſtores urbani creantur:ad quos omnes publicæ pecuniæ a re-
d liquis magiſtratibus deferuntur:quas illi principis ſupremiue collegii iuſſu
aut etiam ſenatus decreto in Varios reip. diſtribuunt uſus ab omni alioquin
diſpenſatione:quoniam non impune fieret.pertinaciſſime abſtinent.

De Quattuor Viris Monetariis.

Eceſſum fuit in tam pecunioſa ciuitate:illud quoq; prouidere:ut ex puris me-
n tallorum uenis:nihilq; adulteratis publicæ cuderẽtur pecuniæ:quod:ut fieret:
placuit:duumuiros creari:qui nummariæ officinæ præeſſent : quorũ arbitrio
& auctoritate:tam æs q̃ argentum recte ſignandum curaretur:inde ubi officinæ eſſet il
latum:nummuſq; feriri cœpiſſet:attentiſſima appenſione examinaretur: ſuſpicari libet
antiquiſſimum hunc eſſe magiſtratum:& iam inde a Petri Badoarii principatu inſtitu-
tutum:quo rempublicam adminiſtrante argentea pecunia Berengarii Cæſaris(ut aiunt)
munere in urbe noſtra ſignari occœperit:pari fama a maioribus accepimus. Io. Dandu-
lo principe aureum nummum primo a maioribus noſtris percuſſum:ac tum quoq; cre
dibile eſt nouæ officinæ reliquos duos præfectos: qui cudendum aurum appenderent
fuiſſe in ciuitate inſtitutos.

De aquarum curatoribus.

Ec eorum tátum:quæ ĩ urbe eſſent:ueteres illi memores fuiſſe uidentur:quũ ſi quid extra erat:quod ad urbis uſum pertinere crediditſſent:diligenti aſſertione uendicandum putauerunt. Triumuiros icciteo inſtituere: qui fluuiorum curſus procul auerterent:ne aſſidua illi exaggeratione urbem in ſalo alioquin poſitam uel magno annorum circuitu continentem redderent.

De quinque uiris decimariis.

Vnt:ut ad res urbanas redeam: Quinq; uiri decimarii:quos ſapientes uocant:eorum quidem eſt a cetariis.Olitoribus.Salariis:& aliis:qui ſordidum in noſtra ciuitate faciunt: quæſtum tributum pro lucri magnitudine exigere: æquum ſane uideri eos aliqua uelut penſione rempublicam iuuare:in qua tam quæſtuoſe:tutoq; negociarentur.

De ſupremis calculatoribus.

E præterea ullus cuiquam peccandi relinqueretur locus.Io.Mocenici ducaria adminiſtratione Triumuiri in ciuitate ſunt creati: ad quos Magiſtratuum quorumdam:qui pu.adminiſtrant pecuniam:libri deferrentur:quos illi attente perſpiciunt:an ex fide ſint omnia ab illis pernotata:ac ſi quid offendunt minus perſpicue poſitum ad diſcuſſionem uocant ipſos librorum auctores.

De triumuiris caducariis

Iuium auaritia: aut quorundam potius inopia cauſam præbuit:ut tributis haud ſuo tempore ſolutis chriſtophori Mauri ducaria adminiſtratione tres ſint ſuffragio creati:qui mulcta illis irrogata captis: uenditiſq; pignoribus ciues ad tributum ſoluendum compellerent.

De ſex uiris exactoribus.

Erum ne deceſſent: qui illorum iuſſa tempeſtiue exequerentur:ſex numero exactores ſinguli in ſingulas regiones Marcello duce ſunt eis attributi:qui & pignora caperent:capta riteq; haſtæ ſubiecta illorum arbitrio uéderentur.

De decemuiris cenſoriis.

N eo quoq; qui ciuitatem noſtram inſtituere romanos imitati uidentur:q; magiſtratum in urbe eſſe uoluerunt:qui ſingulorum ciuium opes certo temporis interuallo cēſerent. Verum quia in tributis ſoluendis: quas nos decimas nominamus:plæriq; rebus aucti ea quæ poſt proximum cenſum quæſiuere ad leuandum tributi onus occultare contendunt.Decemuiri Védramino principe creati fuere: qui recognoſcendi cenſus ius habent:ac ſi quem nacti fuerint plura poſſidere: quam cēſeri uoluerit:pecunia mulctant:& ad tributi reſtitutionem compellunt.

De collegio ciuili.

Nter nouos urbis magiſtratus:qui plæriq; numero Foſcaro Principe inſtituti dicuntur.Ciuile collegium non eſt ſilentio prætereundum: conſtat ad Principem curis exonerandum non inutiliter eum magiſtratum excogitatum: ſexq; ab initio creati:qui infra libram auri cauſas audirent:ſed quum paucis annis uehementer eorum iudicum numerus auctus eſſet:eo recenſo uiginti in eo collegio ſunt retenti: atq; hi ferme omnes ex aliquo magiſtratu huic aſcripti:qui hodie de ſumma triplo: q̃ antea maiore iudicant.

De diui marci ſyndicis.

On pigeat quãdo iã ferme ad calcē nr̃æ enarrationis uenim⁹:pauciſſimos ſubiicere magiſtrat⁹:atq; eos ipſos ꝓmiſcue:primoq; ad eos:quos circa ducariũ forũ p incuriã prætericrã ſyndicos:reuertar:q.xl.uirali ſuffragio creati tã ciuiũ:q̃ peregrinoꝶ querelas audiũt.Si qua in eos iniuria ſcribarum ſiue notariorum ordinib⁹ ſit profecta:eam arbitrio uindicant.

De riuoaltinis ſyndicis.

Ari nũero:atq; eodē ſuffragio ĩ riuoaltino foro ſũt:q idē negociũ qđ & illi:de qb⁹ ꝓximo loco dixim⁹:ꝓcurãt:atq; a loco:ĩ quo id munus præſtant.Riuoaltino ſunt nuncupati.

De nexorum aduocato.

Vit eodem foſcaro rēp.adminiſtrante:ne ĩ ciuitate optime alioquin inſtituta iis:qui in uinculis iacerent:præſidium deeſſet:aduocatus unus inſtitut⁹:qui ſa-

larium ex pu. acciperet: atq; nexoꝝ cauſas. & ad patres & circa magiſtratuum tribunalia
tueretur: is poſtea antiquatus Nicolai Marcelli ducatu reſtitutus eſt.

De Duodecim Sapientibus.

Etri Mocenici principatu cū reſpu. cū Othomano turcoꝝ imparore adhuc in
p armis eſſet: placuit nouū ſex uiroꝝ collegiū inſtitui: cui Vectigaliū gubernato
res cū paucis aliis: ita ut duodecim numero ſint: aſcriberentur: haberétq; illi ne
gocium uectigalia ipſa augendi: noua conſcribendi tributa: aliaq; huiuſmodi ad pecuni
am mature expediendam procurandi.

De Duumuiris Punctaroribus.

Vpereſt: ut de Duumuiris punctarorib⁹ dicamus. Cuius magiſtratus inſtituēdi
s alioꝝ deſidia in cā fuit: ut igit̃ oīa mature ī utroq; foro trāſigerent̃: foſcaro du
ce duo inſtituti ſunt: ut alter ſuum munus in altero exerceret foro: iudiceſq; ad
tribunal cauſarum hora inuitarent: quod niſi illi cū ſcribis & aliis: qui in alterutro fo
ro minora obeunt: munera tempeſtiue affuerit: pecunia mulctant.

De Aduocarorum Numero.

Vádo aūt ad id uenimus: ut iā in calce nr̄i ſermonis de iis. q ī foro ſunt: loquere
q ·mur: nō grauabor breuiter referr̃ quonā mō aduocati: q ī forēſi turba: & ſtrepi
tu: & reꝝ turbatione maxime pollēt: ſex ab initio fuerint cōſtituti: q ī duos di
uiſi terniones cauſas circa tribunalia utroq; foro agerent: ueꝝ cauſaꝝ multitudine cū
impio aucta Mauro duce auctus ē numerus: decéq; eſſe coeperunt. Nouiſſime Marcelli
principatu: qui nō multo poſt illi ſucceſſit: ſexdecim cōſtituti: q circa curias: tribunalia:
& reliqua magiſtratuū collegia: cauſas tam publicas: qui priuatas agunt. Duo præter
hos Mauro Principe creati: qui in riuoaltino foro tantum cauſas agunt: cum reliqui
utrobiq; id præſtent.

De Armorum Prouiſoribus.

Igrediar nūc tādē a foro ad arma: nō ſemp bonū ciuē togatū eē oportet. Orto
d nobis grauiſſimo cū othomano turcoꝝ impatore bello: quo: ut ſcitis: poſt mul
tos annos: multūq; cruorē terra: mariq; fuſum: defuncti ſumus: Mauro Princi
pe Duumuiri creati fuerunt: qui arma & oīa ad belli rationē neceſſaria mature expedi
rent. Is magiſtratus ne pacata quidem ciuitate antiquari potuit: quin recentioribus bel
lis & auctoritatem & negocium Duumuiri ipſi retinuere.

De Tribus Publici Naualis Præfectis.

Ram iā finē facturus: niſi Triuiſanus noſter me tacita uoce publici naualis ad
e monuiſſet: nos locū uulgo arcinariū uocamus: hic biennio. Triūuiri nauali fa
bricæ aſſidue præſunt. Octauo quoq; die publico decreto opificibus qui circi
ter mille quottidie ibi operant̃: integrā diſſoluunt mercedem. De magnitudine: & appa
tu loci dicerē: niſi res oīno amplior eſſet: q̃ ut breui ſermone complecti poſſit: nunc de
altero magiſtratu dicam: qui intra eaſdem munitiones ſuum habet negocium.

De Triumuiris Canabariis.

St nāq; in ipſius naualis parte locus: in quo immenſum Canabis pōdus in nau
e ticos funes torquendos abſumitur: huic operi: quod ſane perpetuum eſt: Tri
umuiri præſunt: ab initio duo fuere: ab eo negocio quod curant canabarii iure
nuncupātur: Compellunt hi: ad id opus aſſiduum ſua præſentia & adhortatione merce
narios opifices. Confectos funes reponendos curant: operariis emeritam diſſoluunt pe
cuniam: & Hæc q̃ breuius potui de noſtræ ciuitatis magiſtratibus. Scio ego fuiſſe olim
& alios in noſtra urbe magiſtratus: qui quoniam: aut prorſus ſublati ſunt: aut aliis
omnino annexi: ſuperuacuum duxi de illis referre: ſunt & hodie alii quidam igno
biles ac pauciſſimis annis: partim ad tributa exigenda: partim ad ea: quæ exacta eſſent
recognoſcenda: inſtituti. Sed illi ipſi indigni ſunt. De quibus nos longiorem tra
here uelimus ſermonem: Aut uos audire: iam ſatis ſuperque ex iis: Quæ dixi

mus:cognoſcere poteſtis: quæ ſit hodie noſtræ ciuitatis adminiſtrandæ forma: atq; ex ea ipſa quales fuerint maiores noſtri:qui rempubli.ipſam tam præclare fundatam nobis reliquere:finem fecerat Badouarius cum omnibus:qui aderant eius ſermonem pro bantibus confeſſus ille:quia iam dies inclinabat:ſolutus eſt.

VENETORVM MAGISTRATVVM FINIS.

Petrus Benedictus Venetus Lectori:Salutem.
Qui modo res Venetas primamq; ab origine gentem.
Tempora lector ad hæc ſcripſit tibi rite Sabellus.
Subiicit ecce breui nunc publica iura libello.
Atq; magiſtratus mores regimenq; forumq;.
Ordinibus digeſta ſuis:quæ candide lector.
Omnia ſollicita quum mente euolueris ipſa.
Luminibus ſubiecta tuis erit urbis imago.

MAR.ANTO.SABELLI.MAGNIFICO VIRO.ANTO.CORNARIO PHILOSOPHIAE:STVDIIS EMINENTISSIMO:VICENTIAE PRAETORI.S.

p

Ræſagiū fuit illud credo:uir clariſſime:qđ ſeptio ab hic āno ex ueteri carnorū ora:uenetias appulſus librū de ꝑtoris officio ꝓxima apđ me fœtura natū:tibi ī primis cognoſcēdū tradidi:accepiſti tu qdē uernā librū per hūane:ut ſoles:āplitudineq; tui nōis & ſplēdorē formidātē:crepūdiis etiā adhibitis molliter ptractaſti:tū uero lineamēta corporis nō aſpnatꝰ cætera:ſi recte memini:ꝓbare pſeueraſti:unū ni fallor:ī eo uiſus es mihi deſiderare:ut qſi mēbra locoꝝ fortaſſis natura nō nihil remacruiſſent:pluſculū haberent aliqd:& carnis & ſanguinis:tuo itaq; ſapiētiſſimo iudicio nō aliter q̄ celeſti quodā oraculo:monitꝰ cœpi mecū cōtinuo cōſiderare:q̄ potiſſimū rōne ea reſarciri poſſet calamitas:cōſtititq; duobꝰ ī primis opꝰ eē tēpore:& diligētia:quoꝝ neutrū ſine altero id ſatis ꝑſtare poſſet:fuit itaq; ille diu ī tenebris:eratq; adhuc diutiꝰ futurꝰ:niſi ultro p hos dies forte bibliothecā recognoſcēti ſq̄lida:bōe deꝰ:ſed ſic quoq; haud in amabili ſe mihi frōte obtuliſſet:cū ego nō nihil ītuitꝰ:qa nō adeo multa me ī illo offēderāt:q̄ſi ex duriſſimo ergaſtulo ī cataſtā traduxi:ubi uel natura uel māgonica poriꝰ īduſtria ita breui ꝓfecit:ut dignꝰ nō multo poſt ſit mihi uiſus:quē libertate donarē:ſed quū iā manūiſſus liberaliq; cultu eēt ī mediū ꝓceſſurꝰ:nō uidebā cui honeſtiꝰ tutiuſq; cōmēdari poſſet:q̄ tibi uir clariſſime:p quē ornari melioreq; fieri cōtigiſſet:ſed duriuſcule fortaſſe adhuc tecū egimus:tranſlatione magis lōgaq; neceſſaria uſi:nūc omnē illud magis:q̄ cōſiliū fuiſſe dicā:quod noſtra hæc lucubratio ad te primū ſit delara:cuiꝰ erat nōie aliquādo in apertū referēda:quæ ſi tibi cultior plenioŕq; q̄ ātea uidebiť:tuæ auctoritati aſcribito:illud uero a tua āplitudine ſtudioſiſſime cōtēdo:ne eo cōſilio exiſtimes hæc a nobis ꝑcepta tibi miſſa:qđ te illis aliquo mō īdigere arbitraremur:eſſē ego uere ſtultꝰ:ſi uiro in ꝑhiæ ſtudiis eminētiſſimo: qppe qui ueneta achademiā multa nōis celebritate plures annos rexerit: ciuilis adminiſtratiōis ꝑcepta ꝓponeř auderē:q id poriꝰ feci:ut quū hæc legeris:ſentieſq; iſtā adminiſtrationis formā:tuo ſapientiſſimo cōſilio inſtitutā:his quæ breuiore hoc libello continentur ex omni parte reſpondere:uberiorem tuorum ſtudiorum uoluptatem percipias:ſimul ut & alii:qui non ita ſaperent: ſi quādoq; in hanc forte lectionem inciderint:per te haberent:quibus in prætorio munere obeundo præceptis utereť:reliquū eſt:ut Vicetinos meos quod cōſtāti oium ꝑdicatiōe facis:q̄ cōmendatiſſimos habeas:eaq; animi prudentia & moderatione tractes:quæ tua ſit ſapientia & manſuetudine maxime digna:ex omnibus tuis officiis:immo beneficiis: quæ & multa: & magna in me contuliſti:erit illud certe mihi longe gratiſſimum. Vale.

MARCI ANTO. SABELLICI DE PRAETORIS OFFICIO:LIBELLVS.

De Prætorii muneris Origine.

p

Rætoris dignitas & amplitudo quanta ab initio fuerit non ſo
lum nomen:quod ex eo:ut Varro tradidit: ē factum:quia iure:
& exercitu is magiſtratus præiret:ſed lucilii quoq; carmē reſta
tur:ergo inquit prætorum eſt præire.Cæterum ipſa originis ra
tio ueterem arguit muneris huius dignitatem:uulgato namq;
conſulari honore:quem.ro.plebes per ſummam contentionē
optimatium factioni extorſerat: ſenatus contra miro ſtudio
adnixus obtinuit:ut unicus magiſtratus ex ſuo ordine crearet:
penes quem:& publici & priuati iuris eſſet poteſtas :huic curu
lis ſela data:trabea:cæteraq; fere ornamenta:quibus conſularis dignitas inſtrueretur:nu
merus faſcium diminutus:ut ſex lictores illum non duodecim:ut conſules præirent:q̄q̄
æmilio paulo iberiam ex prætura ſortito publico decreto duodecim datos ſcribat plu-
tarchus:pompeius feſtus prætores eoſdem olim fuiſſe ſuſpicatur:qui & conſules fuere:
liuius haud obſcure demonſtrat eos:qui publicos olim ductarent exercitus una a maio
ribus prætores appellatos:quo factum ſit : ut & prætorium imperatoris tabernaculum
ſit dictum:& cohors prætoria:& caſtrenſis porta:ac non nulla huiuſmodi alia hinc non
aliunde nomen ſint ſortita.

De prætorii muneris Incrementis.

u

Erum quia ab initio inter ciues ius tantum dicere ſit ſolitus:ícirco urbanus di
ctus eſt:procedente uero tempore cum peregrinorum multitudo ingens peten-
di iuris cauſa in urbem affluere;neq; prætor unus cauſarum turbæ par eſſe ui-
deretur:alter ab eo prætor creatus eſt:qui ab ipſa dicundi iuris ratione peregrinus eſt no
minatus:ſuperante demum multitudine eo uſq; eorum numerus eſt auctus ; ut duo de
uiginti quandoq; ſuis ſe tradantur:& enim ſiciliá:ſardinia ; & hiſpania prouinciis factis
totidem ferme quot prouinciæ eſſent:creati cepti ſunt:cornelius ſylla quattuor nume-
ro adiecit:per quos de ſicariis & paricidiis queſtio haberetur.c.cæſar duos:qui rei frumē
tariæ præeſſent auguſtus & claudius princeps numerum uariaſſe dicuntur hæc:& plæra
q; alia:ii qui de urbis magiſtratibus ſcripſere:ut præeſſe ita non inſcite tradiderunt:liui9
auctor grauiſſimus tantum prætorum numerum nullo quod ſciam loco retulit:nec plu
res apud illum fere creari ſolitos reperio:quam prouinciarum numerus poſtularet duo-
bus duntaxat numero adiectis:quorum hic urbanam iuris dictionem : ille peregrina ha-
beret:ſed inter omnes conſtat tam eos:qui romæ eſſent:quam qui in prouincias profi-
ciſcerentur ſortiti dicundi iuris ab initio poteſtatem habuiſſe:ſi quidem qui foris rem
pu.adminiſtrabant:aut per ſe:aut quod ſæpe eueniſſe crediderim : ſi maiore aliqua belli
cura occupati fuiſſent:id munus per legatos obire conſueuerunt ; ſcio ego eos:qui hoc
munere poſtea functi ſint a non nullis:non prætores:ſed præſides uocatos : nos uero li-
cet hæc:quæ breuiter tradituri ſumus ad omnes:qui ius ubiq; dicant:æquæ attinere ſcia
mus:rationem tamen loci in quo hæc ſcribimus:ſecuti de prætoris officio libellum in
ſcribendum duximus:ſed iam ad præcepta tranſeamus: deq; ipſius magiſtratus electiōei
quamquam id liberi populi:aut principis ſit officium.primo loco diſſeramus

De Electione Prætoris.

q

Vi magiſtratus huius electionem habituri ſunt:ſi prouinciæ & ei ; quē eligunt:
Conſultum uolunt:utriq;enim uelle debent:ſi reipublicæ cuius imprimis ratio
habenda eſt;ingenium & ætatem in competitoribus ſpectabunt:nam qui Diui
tias:& nobilitatem ſequuntur:ſuperbiam & auaritiam comites futuro prætori deſtinãt:
nunquam enim ſatis expletur habendi ſitis:ſed ita ſane euenit:ut quanto plura quis ha-
beat eo maiore habendi:ut ſatyrus ait:laboret cupiditate;quod ipſum non ſolum pro-

uinciæ:ſed reipublicæ quoq; ꝑniciosum eſſe cõſueuit.M:craſſi exitꝰ id oli declarauit : ẽ
præterea qs nõ uideť in ſtulto :& inſolenti ĩgenio domeſtica nobilitas nil aliud q̄ ĩtole
rabilis ſupbiæ materia:q̄ nihil in iis:q rẽ publicã gerũt eſſe poteſt odioſiꝰ :uerũ non ita
hæc dicimꝰ:ut tutiꝰ obſcuro loco natis q̄ nobilibꝰ ꝓuinciã comitti exiſtimemꝰ:quo ni
hil dici poſſet ĩeptius:ſed ſi alterũ in ſuffragiis ſecuturi ſimꝰ ignobilẽ uirtutẽ citiꝰ ꝓbe
mꝰ:q̄ furioſã nobilitatẽ:magis cõtinentẽ pauptatẽ q̄ rapaciſſimas diuitias: nemo alioq
nõ plane uidet domeſticũ ſplendorẽ:ꝓcioſãq; ſupellectilẽ ad magiſtratꝰ exſtimationẽ au
gendã:haud mediocriter ſpectaŕ : tedeo nũc ad ea:quæ ĩ primis ĩ ipſa electiõe aduertẽda
duximꝰ:ſi igiť pacata erit ꝓuincia :qa totũ ferme prætoris officiũ in iuris dictiõe:atq;
foréſi ũbra uerſabitur iure prudẽtẽ:& moderatũ ferociſſimo:cuiq; prætuleris ſeuerũ:&
grauẽ:uiolẽto:ac ptinaci:gaudet prætoris comitate forũ nõ minꝰ q̄ martio uigore:mili
tia nulla ẽ uirtꝰ:quæ magis ualeat ad cõciliãdã forẽſis turbæ aurã:q̄ prætoris comitas:
Comitas dico:quæ nõ omnino grauitate careat:ætas quoq; diligẽter ſpectãda ẽ:Vt.N.
iuuẽte temeritas ita ſenii ꝑpetua ẽ comes prudẽtia:Sed ne hoc ipſũ quoq; ita aſſerimus:
ut omnino negemꝰ poſſe fieri:ut aliqs ſit idẽ ſenex & ſtultꝰ:Cõtra iuuenis & prudẽs:Ve
rũ.n.uero aliqd uidiſſe putãdũ ẽ illos qrites:qbꝰ lege cautũ ẽ ne ãte certũ tẽpꝰ cõſulatꝰ
aliudue ipſũ cuipiã demãdereť:certe aliqd cẽſebãt eẽ oporteŕ ĩ eo:q rei publicæ præſit:
Quod res nulla præter ætatem ipſam præſtare poſſit:Sed res ipſa non ita ſemper habet:
haud enim minus natura interdum ipſa hominis peccat quam ætas.Marcus marcellus
quũ iã ſexagenariꝰ eẽt ultra modũ pugnãdi cupiditate laboraſſe diciť:qppe cuius collo
qa:ſtudiũ:cõſilia:atq; ipſa nocturna:ut plutarchꝰ traddidit ĩſõnia eo ſpectarent : ut iuſta
acie cũ hoſte cõfligere liceret:ꝙ iuuenile ſtudiũ ut ĩ hoĩe parũ ob ĩgraueſcentẽ ætatẽ ad
pugnã idoneo temeritatis uicio caruiſſe:nemo qdẽ dixerit:ſed ultima eiꝰ expeditio id fa
cile declarauit:quæ nõ illi ſolũ:ſed collegæ quoq; ipſiꝰ ꝑnitioſa fuit:q̄q̄ rerũ geſtarũ glo
ria id uitiũ ĩ eo hoĩe merito celauit:ꝙ ĩ.M.craſſo:cuiꝰ paulo ãte mentionẽ feci:&.C.fla
minio q rẽ publicã ad traſimenũ præcipitauit:eueniŕ nõ potuit.Contra ſcipio ille q ma
ior affricanꝰ:ẽ cognominatꝰ ẽ:quũ ꝑ ætatẽ adhuc nõ liceret.rẽpu.capere .Hiſpaniã tamẽ
extra ſortẽ adeptꝰ eo cõſilio prudẽtia & maturitate ꝓuinciã adminiſtrauit:ut breui tẽpo
re carthaginẽſes quattuor eorũ ĩpatoribꝰ:quattuorq; exercitibus fuſis:fugatiſq; ex utri
uſq; hiſpaniæ poſſeſſiõe deiecerit huiꝰ adhuc pene adoleſcẽtis ẽ uox illa notiſſima malle
ſe ciuẽ unũ ſeruaŕ:q̄ mille hoſtes ꝑdere:nõ imerito igiť eiꝰ indolẽ miratꝰ haſdrubal ſuſ
picatꝰ diciť:q̄tũ periculi nõ patriæ ſolũ:ſed uniuerſæ quoq; aphricæ ab eo uiro imineret
uerũ hæc eo tẽdũt:ut neq; ſẽp hãc ætatẽ temeritatis dãnemꝰ:neq; illã omnino abſolua
mꝰ:habebũt itaq; horũ:quæ diximꝰ rationẽ:q magiſtratũ:aut ſuffragio :aut priua pote
ſtate creaturi ſunt:& ut rẽ omnẽ breuiter colligã:pleno erit fũctꝰ officio :q q̄tũ in ſe fu
erit:dabit opã:ut huic ꝓuincia demãdetur:q huiuſmodi uirtutibꝰ ſit præditꝰ:quæ ad id
munus obeũdũ maxime uidebũť neceſſariæ:gratiã omnino abeſſe uolumꝰ:quæ:ut ĩ om
ni publico negocio periculoſa eſt:ita in hoc periculoſiſſima:ſed iam de primo ipſius præ
toris officio dicamus.

De Prouinciæ Optatione.

Rætoris deſignatiõe uulgata:is q populi ſenatus ue:aut principis beneficio ꝓ
p uinciã adeptꝰ eſt:ſi prudẽtis uiri officio uti uolet:haud cõtinuo purpurã:ut ſic
loquar:& faſces arripiet:oblatã dico dignitatẽ nõ temere adibit:ſed quũ iis ũde
honor oblatꝰ ẽ:gratias egerit:poſcet ſibi tẽpꝰ dari ad deliberãdũ:ſit nec ne ꝓuinciã aditu
rus:ꝙ ſi e republica:ſuaq; eſſe cognouerit id facere:paratũ ſe eſſe dicat eorũ uti benefi
cio.interim uero ſecũ reputet:q̄tũ oneris ſibi ex futura ꝓuinciæ adminiſtratione emine
at:cõſideretq; diligẽter terræ ſitũ:graui ne ſit coelo:an ſalubri cõſideret mores:& ĩgenia ĩ
colarũ:quæ ĩterdũ magis noxia ſunt q̄ coelũ:quæ ſi neſciat ex aliquo ĩterim q eorũ non
ignarꝰ ſit:diſcere curabit:cõſideret terræ ſtatũ pacatꝰ ne ſit an bello obnoxiꝰ:ſed hæc his
præcipiũtur:quorũ magis intereſt:q̄ reipublicæ ꝓuinciã capeſſere:cũ itaq; hæc omnia di
ligẽter ſecũ ꝑſpexerit:tũ ſe ipſum metiri incipiat:ingeniũ:mores:doctrinã: corporis fir
mitatẽ:ac ſi ſe parẽ futuro muneri cognouerit:atq; talẽ:ut quantum hominis prudẽtia

præſtari poſſit:pulchre ſit ꝓuinciā obiturus:quādo nō ſolū nobis nati ſumus:ut præcla
re a platone ſcribitur:ſed patria ipſa noſtri ortus partē ſibi uendicat:partē amici: rectius
is(quis nō uidet)in luce hominū:atq; in ea humanæ uitæ parte uerſabitur : in qua mul-
tis utilis eſſe poſſit:ſibiq; & ſuis ſplendorē cōparare:quā publica cura ſolutus in priuato
ocio ſeneſcere:præclare quidē id fecerit:Sed illud quod dicā adhuc præclarius:Si ſe ob-
lato muneri nō idoneū ſenſerit.Nā qui melius ſe uno cognoſcere id poſſit:ē nemo: dela
tā ſibi dignitatē repudiabit:excuſabitq; interim aliquid qua propter appareat magis nō
potuiſſe:Alieno uti beneficio quā noluiſſe:Veneti ut prudentiſſimi in gerenda republi-
ca:ita in illa adeunda uerecūdiſſimi hunc morē publice:priuatimq; in iis ſeruare ſolēt:
quid quod parū Ciuiliter:contraq; morē patriū facere putarenť :qui in huiuſmodi deli-
beratione nō certū ſibi tempus depopoſcerit.Cōſulet itaq; nō ſibi ſolū : ſed reipublicæ
quoq; atq; illorū etiā æſtimationi:p quos electio facta eſt:nō.N.dānare uidebiť alienum
de ſe iudiciū:qui uenetum hunc morē diligenter ſeruauerit.Eſt.N.ut uerecundiæ plenꝰ
ita & neceſſarius.

De Delectu Prætoriæ Familiæ.

I igitur prouinciā receperit:illď omniū primū curabit : deſignatus prætor:ut eo
f rū:quos ex prætoria:ut dicitur: cohorte eē uolet:mores:& uitā diligēter teneat
nec quēq̃(ſi fieri pōt) ſibi comitē deſtinet:qui nō ſit idē & notiſſimus:ſitq; talis
quē neq; quæſtus ullus:neq; priuatū cōmodū ab officio poſſit auertere: cui ob ſpectatā
fidē:negocia:& multa:& magna tuto cōmitti queāt:uellē ego omnes:ſi fieri poſſit:inocē
tiſſimos eſſe:ſi minus ab his quorū opa in adminiſtranda ꝓuincia prætor uſurus ē:pec-
candi uolūtas:ut abſit oio oportere dixerim:ſint dico ita inſtituti:ut ſi p occaſionē deli
quere poſſint:nolit:poſſunt oculi:frōs:uerba nos fallere:lōga cōſuetudo uix poteſt :ſint
itaq; multa prius familiaritate noti:quibꝰ dignitatē ſuā cōmiſerit ꝑtor:uerū qa nemo ē:
ut uulgo dť:q olo uitio careat:ſatis eos ꝓbos duxerit:quos neq; ſupbia neq; auaritia labo
rare ſenſerit:quarū altera humanitati:Altera abſtinētiæ inimica ē. Neceſſitudo & gr̄a in
hoc quoq; parū ualere debebūt:ille neceſſitudinibus lōge alios āteire putetur : qui ſua.
prudentia humanitate & innocentia prætoriā dignitatē maxime & tueri & augere pote
rit:& quia poteſt:uelit.

De Prætoriæ Familiæ Cultu.

Erſpiciet mores ſuorum:ut diximus prætor:ſed nec cultū ipſum oīno neglexe
p rit:qui nō tā ſupbꝰ& ſumptuoſus q̃ nitidus & decēs eſſe debebit:& breui talis:
qui magis gratiā cōciliet q̃ inuidiā:hoc quoq; de domeſtica ſupellectile præci-
piēdū puto:nemo amat:quæ i alios ſuſpicit:& mirať:ut ignis ſemp ſumma petit iuidia:
q̄q̃ ſi qd eiuſmodi ē:ut iuidia carere poſſit.Nā nō oīno negauerim aliqd eē:q; i alio mi-
remur:& amemꝰ:luxriā tamē uni famulātē nullus unq̃ ualde amare potuit.

De Comitatus Moderatione.

Vū ita omnia diligēter ꝓuiderit:atq; i ꝓuinciā ꝓficiſci parat:nō iprudēter fece
q rit:ſi ex cognatis & neceſſariis:q officii gr̄a eū ſeq uolēt:aut nullū:aut q̄ pauciſ
ſimos ſecū ire ꝑmiſerit:ne imodicꝰ ille comitatꝰ ſit grauis iis:q uenientē i ꝓuin
ciā prætorē :aut publico:aut priuato ſumptu excipere cōſueuere:i hoc quoq; uenetorū
modeſtia ſatis qdē ſpectata ē:qppe qui uno:aut altero ad ſūmū ex oī neceſſariorū nume
ro admiſſo.Cæterū his cōtēti:quorū miniſterio ꝓuinciā adminiſtraē cōſtituerūt:mini-
me grauē ſuū acceſſū cuiq̃ eſſe patiūť.

De Prætoris officio:in prima Cōgratulatione.

Dita uero ꝓuincia:qa primores ciuitatū & oēs fere: q i luce hoīū uerſāť.ſtu-
a dioſe ueniēti illi ſe obuiā effūdūt:tū primo cōgreſſu iter ipſas cōgratulatiōes:q̄
maxie poterit uultu: uerbis:geſtu: circūfuſā turbā i ācipitē comitatis:ſuæ ac
ſeueritatis opinionē adducet:habeāt ab initio:q; ſimul amene in eo & reuereātur:ubi ue
ro ꝓgredi urbē uerſus cœperit atq; aliquis:ut aſſolet:ex principibꝰ Ciuitatis:ꝓximꝰ ade
quauerit:nō grauabiť:imo ꝓ negocio nō paruo habebit eū ad ſe uocare:quē ſi:aut pha-
ma priꝰ:aut ipo allogo(Nā ut æra tinitu ita hoīes ſermone noſcunť)prudētē ſeriq; hu

manaꝝ nõ iperitũ nouerit:tũ ex illo ꝑ ſpecié mutui ſermonis nõ pauca de rõne:& ſtatu ꝓuiciæ:deq̃ ciuitatis morib⁹ itelliget:qđ ipm ſi ad futurá adminiſtrationé non multũ cõferet.haud qdé aliqd nõ ꝓdeſſe poterit.

De prima cõcione ꝑtoris.

s Ed quũ urbé igreſſus fuerit:atq̃ i ꝑtorio ſiue i foro ꝓ cõciõe ſteterit : ſceptrũ & reliq̃ dignitatis iſignia ſumptur⁹ nõ ab re fuerit:de mõ ſuæ futuræ adminiſtratiõis aliqd diſerere:quo aio:quo cõſilio:q̃ deniq̃ rõne ſit ꝓuiciá adminiſtraturus:ſeq̃ nil antiqus habiturũ:quá ut prius mos:leges:iſtituta:atq̃ oia ſeruent: qb⁹ ꝓuiciæ:& ciuitatũ regimé:& moderatio ad eá dié ſtetiſſet:recte iudicata: prudéter decreta:ac cætera ſcá:dictaq̃ optimi cuiuſq̃ uel eoꝝ i primis:quos ipſis ꝓuicialib⁹:q̃ chariſſimos fuiſſe ſenſerit:tũ laudabit maxie:tũ eoꝝ ſe æmulũ futurũ declarabit:ꝓderit qs nõ uidet huiuſmõi cõcio nõ ſolú ad cõciliádá benignitatis & iuſtitiæ phamá. Sed ad eloqntiæ quoq̃ opinioné quá hii:q i foro uerſant:i Magiſtratib⁹ nõ ſolú laudát:ſed lõge etiá ſuſpiciũt:& reueréť:nec imerito nulla re magis cohibet forẽſis temeritas:q̃ pene tota in garulitate uerſat q̃ tépeſtiua ꝑtoris facũdia.

De domeſtica Admonitiõe.

ſolū ſed illis quoq; quoꝝ noīe ſcripſerunt q̄ pnitioſiſſimi.Beneficio itaq; memoriæ ad
hoc ipſum ī primis opus ē:ea ut.M.T.ꝓclare demonſtarat maxime exercitatione auget̃.
Cauebit ille qui munere hoc fungit̃ nō ſibi ſolū:ſed ii quoq;:quib⁹:aut reſcripta: aut ſe
natuſcōſulta:aut priuilegia:aut quid aliud ſimile dictauerit: ne quid plus minuſue ſcri-
bant:quā is cui parendū eſt:mandauerat.Et quia nunq̄ ſatis cauiſſe nocuit:nō grauabit̃
ipſe epiſtolaꝝ magiſter:is dico qui epiſtolas dictabit:diligēter inſpicere:ne quid aut bar
bare:aut cōfuſe:aut ꝑpoſtere ſcripſerint:qui dictata excipiūt:quod ipſum uon magis eis
qui fecerūt uitio uertit̃:q̄ qui corrigere debuerūt.Et quia nemo tā ſæpe ꝑſpicuitatis fu
it admonitus:quū idē adhuc ſit ſæpius admonēdus:hui⁹ ſi mihi credit uirtutis amator
erit:hic qui oībus placere ſtudet:nec eſt quicq̄ quod noſtros homines magis alienet a
gratia eoꝝ:quibus in primis placere cupiūt q̄ obſcurus dicēdi ſtilus:uerbaq; parū uſita
ta:quod oīno ualde difficile ē:ut incolumi elegantia perſpicuitas nobis conſtare poſſit:
quādo quidē hoc ipſum qbuſdā litterarū protſus ignaris ſæpi⁹ ꝓſtari oporteat.Scio ego
noſtras litteras hoc nomine tāq̄ uitioſas ab ineruditis quandoq; male acceptas:q̄les fue
runt illæ:in qbus ꝓ beneficii penſatione hoſtimētū erat:ſed tu hoc nō ignoras Sabelli-
ce:audio.n.te quū hūnii noſtræ litteræ recitarent̃ publice:ad eius uerbi interpretationē
accerſitū:ſubdurus quis neſcit tū multis ſum fortaſſe uiſus:tibi uero cui hæc nota ſunt
nō modo nō durus:ſed olorina:ut dicit̃:pluma motior.At me hercules ſic ē : prauo ho-
minū iudicio cogimur relicta ſcribēdi lege indoctis auribus placere: ſed quid cogimur
dixi:coguntur fortaſſis alii:ego quod ad me attinet nūq̄ huiuſmodi humorib⁹ adduci po
tui:ut imperitoꝝ ſtudiū ſecutus:parū elegās uideri paſſus ſim:at ſic ego ꝓbo recte ſcri-
bēdi ſciētia :ut ueritatis rationē in primis habēdā cenſeā:malo enim ſimplicē ignoranti
am q̄ uitioſam eruditionem:& breui is ſciat ſe prudēter ac recte agere:qui ueritati ī pri
mis conſultū uolet:nec illud quidē ab officio de quo loquor alienū exiſtimo diligēter
cōſiderare:ſedato ne animo an parcito & irato ſint ii:qui nos aliquid ſcribere uoluere:&
quia nullus ē affectus:qui lōgius a ratione recedat:quā ira q̄ uere dicta ē : una oīum af-
fectuum nō trahere mentē hominis:ſed præcipitare prudētis eſt:ut dixi officiū mādan-
tiū iram:& aſperitatē uerbis mitigare:atq; ea ſcribere quæ ille quē commotum cerni-
mus pacato animo iuſiſſet : īhæreat præterea principis magiſtratuſue lateri:aut nō pro-
cul abſit diligens ſcriba:ut ſi quid accidat continuo uocatus adeſſe poſſit : ſigillum au-
tem ſiue annulum:aut illico ubi eo uſus eſt:reſtituat:aut ſecum non pigeat geſtare: om-
nino non recte multis creditur:quod uix uni:aut alteri ad ſummum credi ſolet: non pa
rum ſuæ æſtimationi conſulit:qui omnem peccandi materiam ſuis aufert. Reſtant ad-
huc non pauca:quæ de huiuſmodi ordinis officio dici poterant:quamq̄ ex iis quæ dixi-
mus:facile intelligi poteſt:quā oneroſum:& arduum ſit hoc inuenis ; nō autem leue &
ignauum quemadmodum tu Calphurni exiſtimabas:eram ego materiam adhuc copio-
ſius tractaturus:ſed uideo magiſtratuum apparitores ſenatorum cymbas ad ripam accer
ſere:& ecce ipſi quoq; prodeunt. Valete uiri optimi:& quando aliquid ocii nacti eritis:
huc ad nos reuiſite.

PERORATIO.

CYNTHIVS.M.ANTO.SABELLICO.

Donec ſæcula colligata faſtis.
Extabunt latiis:Forum manebit.
Iuli Cæſaris altius ſub orbe
Inuicto uenetorum & uniuerſæ
Terrai domino:quod ore docto
Immortale facis Sabelle Marce:
Qui maior fabio es:minor nec arpis.
Cui pæan fauet:iſthmiæ diones
Pallentes quoqꝫ blandiuntur undæ:
Viuas neſtoream precor ſenectam.

CYNTHIVS.

MAR.Anto.Sabel.Ioanni Hemo Venetarum copiarum aduerſus Ferrariæ ducem prouiſori generali.Salutem.

Vltum diuqꝫ dubitaui Ioannes heme uir clariſſime deberem ne hos noſtros commentarios:quos de uetuſtate aquileienſis patriæ proximis uindemiarum feriis ſcripſi ad te mittere:an maturiore illorum æditione expectata:eos tunc tibi legendos tradere:quum te publica iſta adminiſtratione leuatum intelligerem.Videbam ego fore ut alieno tempore ad te miſſi uiderentur:ſi quum tãtam belli molem tuo conſilio prudentia & induſtria ſuſtineres:eos mitteremus.Cæterum apparebat nos conſultius facturos:ſi noſtræ huius lucubrationis editionem in aliud tempus diſtuliſſemus.Vt ſi non in nonum annum:quemadmodum Horatius præcipit:in nonũ ſaltem menſem:quod facile fieri potuit:opus ipſum preſſum uideretur.Verum quia ita nobis conſtitutum erat:ut hæc noſtra quantulacunqꝫ eſt lucubratio:tuo nomine in lucem quandoqꝫ exiret(Nam cui patriæ huius:aut ſtudioſiori:aut amantiori res ipſa dedicari potuit:aut debuit q̃ tibi:qui tua illa clariſſima prætura omnium beneficiorum genere commiſſam tibi prouinciam proſecutus effeciſti:ut merita prædicatione non p̃riæ prætor:ſed pater ab omnibus dicereris)duo modo ad æditionem ipſam niſi properandã ſed præcipitandam:ut ſic dicam adhortari uel potius impellere uiſa ſunt:& q̃d nimis lõgum erat:eius hominis a republica uacationem expectare.Cui ob ſingulare ingeniũ mirumqꝫ in rempublicam ſtudium non aliter q̃ athenienſi illi phocioni omnibus ſuffragiis continuentur magiſtratus:& ꝙ non ignorabam q̃ diligens eſſes noſtrorum ueterũ romanorum æmulus:qui ſagati:& ſi maioris fortunæ fuiſſent paludati quoqꝫ quum rẽpublicam recte geſſiſſent:ab ea lectione non abhorrebant:quæ antiquarum rerum cognitionem aliquam tradere potuiſſet.Nec ab ulla quidem:quæ ad uirtutem hominem inſtituere poſſe uideretur.Quod quum ita eſſe certo ſcirem:non dubitaui hos noſtros commentarios:qui tuo nomine:ut dixi:quandoqꝫ edendi erant:tibi in primis legẽdos in apertum referre:quos non modo non præmature:ſed opportuniſſime quoqꝫ:ut ita loquar:emiſſos exiſtimabo:ſi ea:qua cætera ſoles:manſuetudine illos acceperis:ac quũ q̃d ocii nactus fueris:legere non dedignaberis.Quod ſi in his:quæ omnino parua ſunt:noſtrum ingenium a te probari ſenſero.Dabo operam:ut quæcunqꝫ poſthac ſcripſerimus:quæ omnino diis iuuantibus maiora erunt:tuo ſolius nomine appareant.Vale.

MAR. ANTO. SABEL. DE VETVSTATE AQ VILEIAE. LIBER PRIMVS. VNDE AVSPICATVS EST HISTORIAM. PROEMIVM;

T Si ex omni ſcriptorũ numero:qui ſunt:aut unq̃ fuerũt:nul
lus:uti ego exiſtimo:aut certe q̃pauciſſimi reperti ſunt:q quũ
ad ſcribendũ acceſſerint non ſuæ in primis laudi conſultũ uo
luerint(Neq; mirum. Nemo ẽ.n.qui non naturali quadam lau
dis cupiditate teneaẽ)Tãtum rñ abeſt:ut ipſe hac uia mihi lau
dẽ aliquam quæſiuerim:ut quũ ĩ hac tempoꝝ nouitate uberri
mã ſcribẽtibus materiã ꝓpoſitã eſſe cernerẽ:ĩ qua q̃tũuis emi
nẽs ingenium cũ laude exerceri potuiſſet:ad obſcurã : ut mul
tis uidebitur:ac pene ignobilẽ hiſtoriã aĩum adiecerim·Quip
pe q aquileiẽſis p̃riæ.Quæ:ut Plinio placet:quota ueneræ ter
ræ portio ẽ:ſitum atq; res ab antiq̃ſſimis tẽporibus ad hũc diem in eã geſtas ſcribere cõ
ſtitui:rẽ quis nõ uidet ipſo noĩe facilem ac prope inutilẽ:altius uero inſpiciẽtibus ardui
tatis plenam ac lõge utiliſſimã.Quod quũ ita ſit certo ſcio nõ defuturos:q noſtros hos
cõmentarios uix bene inſpectos dãnare incipiant:ac minime dignos:quos legi oporteat
iudicent.quãdo q̃dem humilẽ:ſordidam & ut dicam:ineptam contineãt hiſtoriã:quã co
gnoſcere uelle p̃ter patrianos ipſos nullius hoĩum interſit.Poterã(uideo)ita illis occurre
re haud nouo exẽplo a me factũ:qđ unius prouinciæ res ſitũq; ſcribere ſum aggreſſus:
Quũ & græci & latini uiri admodũ illuſtres id plæriq; factitarũt:quo factũ eſt:ut & res
ipſa Chorographia:& hi q ĩ eo ſcribẽdi genere uerſati ſunt Chorographi nominentur:
qđ minime receptũ eẽt:niſi huiuſmodi ſcribendi ratio cũ Geographiæ laude aliq̃d con
iunctum haberet.Sed alia certe rõ eſt:qua eos ab omni moleſtia liberamus.Siq̃dem nul
li p̃terq̃ patriæ incolis noſtro hoc inſtituto gratificari uoluimus:imprimiſq; utinẽſibus
ipſis:quoꝝ ciuitas quũ de me optime merita eſſet:uiderẽq; in ea nõnullos magni inge
nii uiros de origine urbis huius ſollicite quærere ſolere:eaq; ut multa alia ad antiquita
tem patriæ attinẽtia in dubium trahere:uiſus ſum mihi nõ officioſe tantũ:ſed pie:ut ſic
dicã:facere:ſi monumenta patriæ diligenter cõquiſita ĩ unũ collegiſſem:effeciſſemq; ut
non ſolũ utinenſes ipſi:ſed alii quoq; eoꝝcã haberent:uelut ſpeculum q̃ddam:in quo to
tius patriæ faciẽ rerumq; in ea geſtaꝝ ſeriem intuerentur.Quiſq̃s igiẽ ĩ hos noſtros cõ
mẽtarios q̃nq; inciderit:& monitũ eum & rogatũ uolo:ut aut ab illoꝝ lectione abſtine
at:ſi ſua non intereſſe cognouerit:aut ſi legere inceperit plegat.Multa in illis fortaſſe ĩ
ueniet:quæ ex ſecretiore ueteꝝ & recentiũ ſcriptoꝝ penu eruta:haud indigna ſcitu exi
ſtimet.Sed alii uiderint quo ſtudio ſint hãc noſtram lucubrationẽ excepturi.Ego qđ ad
me attinet oĩa quæ uolui me cõſecutum putabo;ſi quæ ſũma fide & diligentia ſcripſe
ro:illi apud quos gratiã inire uolumus:ꝓbauerint:ſed iã ad ꝓpoſitã deſcriptionẽ acceda
mus:quã mox ab ipſis patriæ finibus auſpicabimus:ſi prius illud legentibus teſtatũ reli
querimus ex pluribus noĩbus:quæ terra hæc ſortita ẽ.Nã & foꝝ iulium dicitur:& car
niam quoq; dici poſſe nõ inficior:qđ & Plinius & Ptolæmeus teſtãtur:me libentius no
mẽ illud uſurpatuꝝ:quod uulgus tenet:ut quicq̃d id terræ eſt:de qua dicturi ſumus:cũ
ipſis incolis patriam nominemus.

Abet itaq; patria ipſa:ut ab eius finibus ordinamur:a meridie eam partem
adriatici ſinus:quæ ẽ inter Timaui & liquentiæ oſtia:ad ortũ Iſtriã & lapidi
am:utraq; ad Illyricũ attinet.Nũc partem illam iſtriæ:quæ eſt iuxta erupti
onem timaui:Cherſum uocãt:& reliquum:quod lapidiæ eſt:magiſq; ad or
tũ ſolſtitialem uergit Carnium.a ſeptentrione alpibus terminatur:quæ oli
ad noricum attinebant:nunc cõfuſis omnibus germaniæ tribuuntur.ab occaſu partim
Bellunenſi:partim taruiſino agro uſq; ad liquentiæ oſtium cingitur.Talem igitur ad ma
iorem intellectum in mediterraneis lineam imaginemur:quæ ab oſtio timaui ꝑducta
per tribuſam amnem & citeriores iapidiæ fines ad alpes extendantur:hinc per alpes ip

ſas præter ponteuiam & exteriora montanæ Carniæ loca in Cadubrinos exeat.Inde ue
ro per Bellunnenſes & Tauriſinos fines in oſtium liquentiæ excurrat.Patet autem pa-
tria circuitu ſtadiorum circiter duum millium:longitudine uero quingentorum uigin
tiocto:Linea a ponteuia per Venſonum:Vtinum:& Portum gruarium ad mare exten-
ſa.Latitudo quidem ipſa:quæ lineam habet ab eruptione Timaui in mare per montem
falconem & aquileiam ſacilium uſq;:quingenta & amplius continet ſtadia.Sed ad pro-
poſitam ſingulorum locorum expoſitionem tranſeamus.Quæ ut aliquanto lucidior ſit
uniuerſam patriam in tris regiones diuidimus.Quæ a meridie ad ſeptentrionem porre
ctæ his limitibus perſcribuntur:inter liquentiam & Tiliauentum flumina primam om
nium conſtituimus.Huic proximam a tiliauēto ad natiſonem.Nouiſſimam a natiſone
ad timauum.NVNC de prima illa dicere incipiamus.Maritima pars primæ regiōis ha-
bet ad occaſum liquentiæ fluminis oſtium.Oritur autem liquentia non longe a pulci-
nico:pluribus fontibus eodem ferme loco ſcatentibus:ſunt qui ex lacu bellunēſis agri
quem domus ſtulte appellant:per ſubterraneos meatus huc fluere credāt.Plinius ex opi
terginis montibus:quod miror eum cadere tradidit:quum Opitergii fines q̄longiſſime
hinc abſint.Non longe autem ab liquentiæ ortu fons uberrimus erumpit tanto aqua-
rum impetu:ut quadrifido fluuio quaternis molarum rotis illico deſeruiat:eo accepto
fit liquentia nauigabilis.Qui ſexcēta & amplius ſtadia per aperta & paluſtria loca emē
ſus.Leniſſimo tandem fluuio in mare euoluitur:poſt liquentiæ oſtium caprulanæ palu
des occurrunt.Quarum eruptio commodiſſimi portus uicem nauigantibus exhibet.
Caprulæ ciuitas portus caprulanus quem lemē amnis efficit.Ligugnanæ portus ſeu baſ
ſiliquæ.Tiliauenti oſtium primæ regionis terminus.Mediterranea deſcriptio ita ſe ha-
bet.Concordia romanorum olim colonia nunc præter ædem:quæ diuo ſtephano eſt ſa
cra:& quā pauciſſima tuguria omnia ferme ſolo æquata ſunt.Portus gruarius:quem le
men amnis perfluit.Semiemporium patriæ hoc tempore ob uenetarum germanicarūq;
mercium frequentem illuc conuectationem.Corduacum.Oppidum ſancti uiti . Abba-
tia ſextii.Brunauacca.Seruarolum.Fratrina.Mocta iuxta Liquentiam.Brognaria & ipſa
in liquentiæ ripa.Portus Naonis.Spilimbergum Tiliauento incubans.Valuaſon. Porli-
lium.Sacilium amœniſſimo liquentiæ fluuio cinctum.Campa in ulteriore ripa flumi-
nis:ſed patrianæ ditionis pulcinicum non longe a liquentiæ fontibus:ut diximus. Auia
num Maniacum montibus accubans inter medunam & Cilinam impetuoſiſſimos tor-
rentes:ac tam uaſti incrementi:ut ad mille & amplius paſſus patentem aluum nonnun-
quā præcipiti inundatione impleant.medunum.Topium.Phanum.Caſtrum nouū. Pin
ſanum ad radices montium Tiliauento proximum.Locus ſatis ſua natura:ſed lōge ma
gis ſauorgnanæ familiæ:cuius ditiōis eſt:in primiſq; Nicolai equitis uiri præſtantis ige-
nii cura & diligentia munitiſſimus.Nō procul hinc in ripa fluminis Oſopium eiuſdem
ditionis uiuo ſaxo impoſitum.Reliquum regionis huius montani carni obtinent. Qui
locorum quos incolunt ſterilitate pecuariam potiuſq̄ agriculturam exercent: habitant
uicatim pulte uulgo & laticiniis uictitantes.Et hæc de prima regione.Nūc ad eius quæ
huic proxima eſt:deſcriptionē tranſeamus.De qua anteq̄ dicere incipiam pauca de tilia-
uenti fluminis ortu & eius curſu referam.Labitur tiliauentum ipſum ex alpibus ab oc-
caſu ſolſtitiali ad meridiem illico deflectens:Maurum montem appellant:in quo oritur
plures ignobiles amnes ſe illi per alpes currenti inſinuant.Quorum fella notiſſimus ē:
qui e ponteuiæ montibus labitur:ubi alpium anguſtias euaſit.Ledrā accipit:qui in ̃gle
monenſi agro oritur.Nec multo poſt Melonem:quem Cauacii lacus efficit.Inde Varia
num hunc accolæ corrupto nomine Varmum uocant.molliore inde fluuio in mare ela
bitur ſeptingenta quinquaginta ab ipſo fonte dimenſum ſtadia.Plinius. Duplex Tilia-
uentum nominat maius minuſq;.De minore illo nihil compertū habeo : Nec uideo qd
auctor alioquin grauiſſimus ſibi uoluerit cum duobus Tiliauentis:quando ne ullus
quidem fluuius huic proximus:aut natura ſimilis extet:de quo illum locutum ſuſpicari
poſſimus.Eſt autem Tiliauentum:de quo noticiam habemus:omnium non patriæ tan

tum ſed uenetæ oræ fluminum diſcriminoſiſſimum ac tranſitu difficillimum:nam cum
aquæ uim uehat ingentem rato tamen nauis patiens eſt:quia nullis coercitus ripis plu
ribus ſimul neqꝫ iiſdem alueis fluens noua ſemper uada nouoſqꝫ gurgites facit : & ob
eam rem pedibus uadanti periculoſum:Poſt tiliauenti oſtium lignani portus nobiliſſi-
mus:quem ſtella fluuius efficit.Maranicarum lacunarum eruptio. Alſæ fluminis oſtiũ
Natiſonis oſtium ſecundæ regionis terminus.Per natiſonem(Nam de mediterráeis hic
dicendum eſt)ad ſexaginta ſtadia aquileiam olim emporium ex Iſtria Illyricas gétes ſub
uehi ſolitas:ſcribit ſtrabo.Plinius quoqꝫ Natiſonem cum Turro. Aquileiam perfluere
tradidit.Cum plane conſtet Natiſonem quattuor & uiginti ſtadiis lnnge ab Aquileia
currere.Siquidem Turro admixtus in ſontium amnem elabitur: nomenqꝫ porro amit-
tit:illud quoqꝫ mirari ſoleo eundem Plinium Ptolæmeum atqꝫ alios complures de Nati
ſonis oſtio mentionem feciſſe.De ſontio autem neqꝫ illos neqꝫ ueterum ſcriptorũ qué
piam(quod ſciam)quicquam tradidiſſe.Ego quod ad priorem illam dubitationem atti
net :autdiuerſo tunc alueo Natiſonem fluxiſſe crediderim:quod facile fieri potuit:ut
Aquileiam perſtringeret.& ſic illa quoqꝫ poſterior dubitatio tolleretur:aut Pliniũ ſtra-
bonem & reliquos æquiuocatinne nominum Natiſonis & Natiſſæ deceptos:Ná am-
nis qui Aquileiam perfluit.Natiſſa dicitur diuerſo fonte & oſtio a Natiſone fluens:Nõ
deſunt qui dicant Natiſam amnem paululum ſupra Aquileiam ortum habenté ex Na-
tiſone ſubterraneis cuniculis initium trahere:quod magis mihi diuinare uidentur:quá
ueri quicquam ſimile afferre.Cæterum illud quoqꝫ ſuſpicari libet Natiſonem ipſũ ſon
tio ſecum mixto nomen olim abſtuliſſe:ut qui nunc poſt confluentem ſontius dicitur:
diuerſa cum ratinne Natiſo diceretur.Sed de his hactenus . De Aquileia quæ proxima
eſt:dicamus:Eam Romani condidere incumbentibus barbaris : ut ſtrabo ait.impoſitá:
Verum ſiue Romani nominis ſplendore ita contigerit:ſiue potius ciuium uirtute & cõ
cordia:quibus ciuitates magnopere coaleſcunt:ſiue quod fieri potuit ipſa loci oppor-
tunitate ſatis cõſtat ꝓcedéte tempore adeo opibus & phama floruiſſe :ut non propin-
quis tm̃ ſed remotioribus ét locis fulgore ſui nominis tenebras induxerit .Id argumen
to eſt :quod omnis ferme ora.quæ nunc finibus patriæ continetur:ab ipſius urbis no-
mine Aquileia fuerit nominata:Extant præterea multa ad hunc diem in ea urbe moni-
menta Publicæ uiæ Magnificæ & ſumptuoſæ ſtratæ Pauimenta:Aquæ ductus:ſepul-
chra:ac plætaqꝫ huiuſmodi alia:quibus amplitudo eximiuſqꝫ eius urbis apparatus faci-
le declaratur.Sed de origine & excidio ipſius multa in eo poemate dixi:quod de origine
Hunnii heroico carmine ſcripſimus:ac cum locus poſtulabit multa quoqꝫ dicem⁹:Nũc
ruinis pene obruta eſt:ſupereſt tantũ antiquiſſimum phanum diuæ uirgini ſacrum ſa-
tis opulentum ac uetuſta præditum religione cum numeroſo clero & patriarchica ſede
ſunt illi circuniectæ domus nonnullæ : quas partim Canonici: qui illic hiberno tem-
pore diuinis rebus operantur:ſatis ſumptuoſe inſtaurarunt:partim coloni & piſcatores
quam pauciſſimi:qui ne ipſa quidem æſtiui cœli intemperie ob inopiam inde pelli po-
tuere.Non longe ab aquileia ſtraiolidum:Ceruiani inſula:quam Rouedula: Amphora
Alſa:quam corrupto nomine accolæ auſam dicunt & Maranicæ paludes faciũt Caſtel
lum porpeti areæ ſauorgnanæ dictionis locus munitiſſimus;quippe qui olim ſigiſmũ
dum imperatorem longa obſidione fatigarit:nec tandem expugnari potuerit.Stella flu
uius ex parte amœniſſimis aquis caſtellum ipſum alluit.Optimi in eo temuli capiunt.
Maranum paludibus undiqꝫ circundatum. Varianum duplex ſuperius & inferius a pro
ximo flumine utrũqꝫ:ut puto dictum:Belgradum.Quadriuium Hunnium caput & me
tropolis(ut ſic dicam)patriæ:Eius arcem(ut phama eſt) hunni Attilam regem in italiá
ſecuti condidere . Quam ob rem Hunnium potiuſquam utinum dicendum affirma-
uerim.Non deſunt:qui utinum pannonica lingua affer huc ſignificare uelint alluden-
tes ad ipſam arcis conditionem : quod ego a plæriſqꝫ eius linguæ peritis ſciſcitatus:
haud quaquam ita eſſe comperi . Siue igitur id ſit : quod uulgus tenet . Siue quod

uerisimilius eſt id : quod diximus. Satis conſtans fama eſt Arcem ipſam, a Barbaris
militari opere congeſtam. Quamquam non negarim : tum primum tumulum ali-
quem natiuum fuiſſe illi quem communiuerint. Nam ſeu ab illis : ſeu quod magis
credo a recentioribus mœnia:Quæ extant ſummo tumulo impoſita fuerint:nullo pa
cto id fieri potuiſſet : niſi tanta moles ſtabili firmoque ſolo fundata eſſet. Sed de
Hunnii origine plura ſuo loco dicemus. Nunc pauca de eius ſitu : & ciuitatis ſtatu
ſubiiciam . Sedet Hunnium in medio ferme patriæ ſuæ loco ſatis amœno non pa-
luſtri non montuoſo duplici murorum ambitu cinctum exteriore circuitu uiginti-
octo ſtadiorum . Interiore uero circiter decem:Hunc ipſum interiorem pars turri flu
minis ambit. Exteriorem illum profundiſſima foſſa Ioannis Hemi prætoris cura
Anno totius patriæ labore facta uti breui epigrammate teſtati ſumus . Quod duabus
marmoreis tabulis Vtinenſes publice incidendum curarunt : quarum una iuxta por-
tam : quæ ad Danielem ducit : altera ſupra pontem ſuburbii Glemonæ affixa eſt:Mœ
nibus ipſis undique amœniſſima prædia adiacent Viti feris arbuſtis : & ſationibus
comparata. Prædia patentes campi excipiunt : & ad pabula animalium & ad paſtu-
ram idonei:quippe qui uim fœni ingentem : tum Vtinenſibus : tum circumiectis uil-
lis ſuggerant . Redeo ad apparatum urbis : in cuius medio arx eminens : uelut ſpecu-
la quædam erigitur:cuius proſpectus in uniuerſam patriam extenditur . Accubat ar-
ci ad meridiem noua porticus cum patenti area e regione: Cuius magnificentiſſimum
forum attollitur columnis marmoreis pulchroque pauimento ornatum.a fronte au-
tem fori huius mercatum uetus:nec procul hinc & nouum utrunque tabernis & of-
ficinis undique circundatum. Grandia deinde templa collegia complura & ſanctitate
& religione prædita : tranſeo formoſa mœnia:turres:perſpicuumque portarum appa-
ratum:uenuſtatem:& amplitudinem priuatatum ædium:uiarum & locorum omnium
decorem:Mirificam puteorum quorundam altitudinem in ipſa pene tartara: ut poeti-
co utar uerbo tendentium:unde æſtiuo tempore gelidiſſimæ ſaluberrimæq; haurian-
tur aquæ.Et ne ambitioſe facere uidear prætereo reliqua loci ornaméta:quæ ſingula ſi
ordine enarrare pergam:nõ eſſet opus ad explendum libelli modum reliqua ad inſtitu-
tam patriæ deſcriptionem pertinentia conſectari . Breuiter igitur ad ea : quæ dicenda
ſunt tranſeamus.Butrium ſtadiis quadraginta ab utino locus & uino roſacienſi æmulo
& eximiæ uetuſtatis ueſtigio nobilis.Ciuidatum. Natiſo prærupto & cõfragoſo alueo
interſecat.Oppidum inter reliqua patriæ uetuſtate inſigne.Liberet ſuſpicari forumiuli-
um id eſſe. Quod Ptolæme⁹ poſt aquileiam & concordiam inter mediterraneas car-
norum urbes numerat:niſi nunc quoq; extarent antiquiſſimi oppidi ueſtigia in mon-
tanis carnis:quem locum proximi incolæ iulium uocant:quanq̃ Plinius carnicum iuli
um appellat & non forumiulium illud in montibus ſitum:ut fieri poſſit iulium diuer-
ſum oppidum fuiſſe a Forojulio:quod illud in alpibus:hoc uero ad radices montium
ſederit.Poſt ciuidatum Zuccum occurrit montibus accubans: Atimi. ſauorgnanum a
Sigiſmondo Imperatore euerſum. Triceſimum: fontana bona. Brachiachum cirigno-
chium ditionem loci Detalmus cirignochius iure conſultus uir facundiſſimus habet.
Phaganea.Moruciumːuilla alta. Archanum ſancti Danielis oppidum.Peræ. Caporia-
cum.Coloretum.Tercentum Turro amni incubans : cuius fontes proximo loco illy-
ricæ gentes accolunt.Pampergum.Arthenea frequens uicus:Bugia ruinis obruta.Gle-
mona ad radices montium:Veſonum Tiliauento proximum . Tulmetium montanæ
carniæ caput tria milia paſſuum a iulio Carnico diſtans.Non procul hinc mons ardu-
us & aſcenſu difficillimus eſt:eum crucis uocant ubi medio ferme aſcenſu prærupta
rupes occurrit cum calle anguſtiſſimo militari opere munito : ut ex uetuſtiſſimo epi-
grammate præcipiti ſaxo ſculpto:ſed magna ex parte ob uetuſtatem abolito datur in-
telligi : eius principium huiuſmodi eſt ; C.Iulius Cæſar . Reliqua tum loci aſperi-
tate : tum uetuſtate : ut dixi: legi nequeunt . Inter montem hunc : & Tulmenti-

um:cuius proxime mentionem fecimus:Moſcardus labitur miræ rapacitatis fluuiꝰ.Cu
ius alueo ſaxa inſtar doliorum præcipiti gurgite rotantur modo i ſummo extãtia:mox
ſe ſe ad imum deprimentia.Haud procul hinc in ipſis alpium anguſtiis caſtellum muni-
tiſſimum:quod cluſiam uocant:hic italiæ clauſtra:paululum infra in eadem cõualle ab-
batia illuſtris:quæ Motii dicitur.Reliqui ſecundæ huius regionis incolæ alpes tenent
paſturæ potiuſq̃ agriculturæ ob ſoli ſterilitatem ſtudentes:ſupereſt:ut de tertia regione
dicamus:quam natiſone & timauo fluminibus terminauimus:ſed antequam de ea dice-
re incipiam:pauca de natiſonis ortu nobis ſunt altius repetenda.Oritur natiſo in alpibꝰ
ad occaſum ſolſtitialem:atq; ſtadia circiter octoginta ad ortum decurrit:hinc ad bruma
lem occaſum flectitur ciuidatum uſq; centum uiginti ſtadia ſuper octoginta illa emer-
ſus.hinc Manzanum uſq; ſtadiis octo & quadraginta progreſſus:atq; paulum infra gla
reoſo alueo areſcit:ita ambiguo fluuio ad ſtadia octoginta lapſus ſontio amni miſcetur.
Labitur autem ſontius ex alpibus iuxta Cranium.Primumq; a ſeptentriõe ad occaſum
brumalem per abruta loca & arcta adeo compreſſus:& præceps fluit:ut ne feris quidẽ
centum uiginti ſtadiorum ſpacio uadari poſſit.Inde ad ſtadia quadragĩta per plerianam
uallem non ſine incremento decurrit:mox in confragoſas anguſtias rurſus deiectus to-
tidem & amplius ſtadia emenſus prope caporetum ponte longitudine pedum ſexaginta
unoq; fornice utrãq; fluminis ripam amplexo iungitur:hinc elapſus per caporetanã ual
lem pene ubiq; uadabilis ſtadia circiter octoginta aliquanto minus decurrit.Ad exitum
uallis Tulminium occurrit:ubi illi Tulminia miſcetur.Cæterum locorum anguſtiis ret
tio depreſſus hidram amnem accipit:atq; interim ſtadiis circiter octoginta progreſſus
canalem:quam ronciniam cognominant:illabitur:hic quoq; ponte tribus fornicibꝰ ere
cto iungitur:ubi goricianus comes nouam turrem ſuperioribus annis erexit.Inde uero
per arctiſſimas conualles præcipitatus potiuſq̃ lapſus e regione goriciæ ponte eminen-
tiſſimo nectitur:eoq; ipſo ligneo tribus lapideis pilis impoſito.Denium molliore fluuio
quadraginta duobus ſtadiis prolapſus uipauum accipit:atq; nauigabilis factus poſt cen-
tum quadraginta quattuor ſtadia miti alueo in mare euoluitur.Poſt ſontii:ſiue:ut uete
res ſcribunt.Natiſonis oſtium gradus inſula continenti proxima patriarchica oli ſedes:
Monſfalco mari incubans cum balneis ſaluberrimarum aquarum . Timaui oſtium cũ
parua e regione inſula:cuius fontes cum maris æſtu creſcere & decreſcere ſolitos ſcri-
bit Plinius.Ortus autem Timaui ex finibus iapidiæ eſt:quod Cranium nominari dixi-
mus.Verum non longe a fontibus progreſſus in proximum cuniculum quaſi manu fa
ctum præcipitatur atq; ita abſortus.diuq; per ſubterraneos meatus lapſus tandem iux-
ta mare uiuo ſaxo nouem:ut Maro tradidit:ut autem Strabo & Martialis ſeptem fonti
bus erumpit:continuoq; nauigabili fluuio in mare euoluitur.Sed de Timauo proximo
libro copioſius dicemus.Nunc ad reliqua trãſeamus.Ad ripam ſontii noua ciuitas : quã
Hemopolim uocant cum ſontiaca munitione:eam equeſtri oratione complexi poema
ipſum ſontiacam munitionem inſcripſimus.Goricia:Cromo loco ædito ſitus : Medeæ
mons uitibus conſitus:de hoc quoq; paulopoſt dicemus.Roſacium uini præſtantia pha
lerno & uniuerſæ campaniæ æmulum.Moſſa.licinii uertex: Tulminium amœniſſimis
fluminibus irriguum.Portæ plecianæ cum ueſtigio uetuſtiſſimæ munitionis incumbẽ
tibus barbaris oppoſitæ.Hæc ferme ſunt quæ de ſitu:fluminibus:oppidis:& cæteris pa
triæ locis a me tradi potuere. Siquid uero prætermiſſum eſt:de quo dici oportuiſſet:nõ
fraudi:aut incuriæ mihi detur:nam præter cætera fidem ac diligentiam tota hac no-
ſtra lucubratione mihi conſtare uolui.Sed rei potius difficultate id factum uideri cu-
pio.Quippe qui ob locorum inſcitiam non una coactus fuerim inueniendi uti ratiõe.
Sed aliqua ex ueteri lectione acceperim:multa per me explorauerim:plura uero ex ipſis
incolis ſitus & locorum patriæ non ignaris cognouerim. Quibus cum non eo inficias
me in aliquibus falli potuiſſe : ſed quid hoc? Nemo : ut arbitror : ad hunc diem
repertus eſt:cui in hoc ſcribendi genere perfecta & inoffenſa : ut ita dicam : ratio
conſtiterit . Nunc quod reliquum eſt:pauca in uniuerſum de ipſa patria ſubiiciamus.

Quibus primi huius libelli modus expleatur. Eſt itaque patriæ ipſius facies quadrifariã diuiſa in paludes:quæ mari adiacẽt:planiciẽ:colles:& mõtes:paludes :paſcua ꝓbent aucupia & uenatiões nõnullas:piſcationibus quoq; ſe diuerſis locis nõ incõmodas exhibent.planicies quæ his adiacet:partim cæduas ſiluas habet:unde uis ingẽs lignoꝝ & ad naualem & domeſticũ uſum uenetias conuehit:partim nudos cãpos paſturæ & pabulis animaliũ accõmodos:cætera arbuſtis uitiferis:& oium ferme fœliciũ arborum genere conſita:ſationibus quoq; diligenti cultu ab agricolis cõparant.Colles & ipſi uitibus frugiferiſq; arboribus cõſiti longe aliis ſuauiora exhibẽt uina:ea ꝓcipue germani tranſalpinarũ merciũ cõmutatione appetunt.Moutes paſcua nõ infœcũda præbent: quo fit ut paſſim ipſi mõtium incolæ pecuariæ ſtudeãt:hinc nõ modica carnium caſei & domeſticarum pellium copia:in ꝓpinquas urbes conuehitur:te retiũ præterea arborũ ad antennaꝝ & maloꝝ naualium uſum uis ingens:tabulæ:trabes:tigna:& multa huiuſmodi alia ad ædiũ ædificationem accõmodata nou in ꝓximas tantũ:ſed remotiſſimas quoq; oras deferunt.INGENIVM.mores & cultus hominũ pro locoꝝ diuerſitate uarii.Alpiũ incolis ſtupida uerſutia ac feritas:& iccirco pernicioſior.Mediã patriam tenẽtibus ingenium longe mitius.Mores faciliores:& urbica quædã peneq; affectata uiuendi elegantia. Maritimis gentibus uigor quidã & natura ad oẽ facinus promptior:ſed quæ non careat leuitatis uitio.Capillus flauus ꝓmiſcue maribus & fœminis:color cãdidus:mediocris ſtatura:ſermo uarius:ciuibus & oppidicis prudẽs & accuratus.& ueneto aſſimilis: Ruſticis ſemibarbarus.Quippe qui plures:& oẽs ferme ꝑegrinas ſonet linguas:ſpectaculis & coreis libeuter coeunt:Cœlũ ipſum clementiſſimũ iuter montes & maritima loca.In his ut aſſolet aliquãto grauius.In illis uero ob alpium uicinitatem frigidiſſimum.

MAR : ANTO. SABEL. LIBER SECVNDVS . Q VI PATRIAE VETVSTAS INSCRIBITVR FOELICITER INCIPIT.

Nſtituti operis ordo poſtulat.ut ibi de ſitu patriæ abunde diximus.De rebus in ea geſtis dicere incipiamus:quod quidem facillimum factu uideri poſſet:ſi eoꝝ ueſtigiis inſiſteremus: qui ad hunc diem de antiq̄tate ipſius terræ aliq̄d memoriæ ꝓdidere.Quippe qui ab aquileienſis eccleſiæ conſtitutione:aut paululum ſupra ſcribendi ſumpſerint exordium.Ego ne pro trita & quaſi uulgari:ut ſic dicam:uia uidear ingreſſus longe altius patriæ mouumenta repetere inſtitui:nec id facere ſum auſus: quod me ea ratioue res uetuſtiſſimas complecti poſſe confidam:qua ſcriptores longe recentiora ſecuti complexi ſunt. Illi enim propinquitate temporũ ac proinde materiam ipſam quaſi oculis ſubiectam habẽtes eam lucem:in qua uerſati ſunt:ſuis rebus facile reliquere.nos uero rem longe difficiliorem aggreſſi ea in ordinem redigere conabimur:quæ ex omnium pene memoria exciderunt.nam partim uetuſtate ipſa:partim ueterum ſcriptorum defectu:qui nõ ſine magna latinæ linguæ iactura interiere.Accidit ut q̄ pauciſſima ex illis:quæ ſupra ea tempora in hoc italiæ receſſu euenerũt:ad noſtram peruenerit memoriam.Sed ego illa ipſa diuerſis(uerum non multis)ſcriptoribus ſparſim obſeruata eo quo potero ordine in unũ colligam:& quaſi ex pluribus diſiectis & diſſipatis membris corpus unum conficiam. Erit quis neſcit illud ipſum informe:ſed eſto. Dum ne obtrectatores quidem ipſi(niſi aperte maligni uideri uelint)non negauerint ſatius eſſe id facere:quam rem pati tantam in tenebris iacere.Et ne longiores ſimus hinc enarrare incipiam:quis fuerit antiquiſſimus patriæ huius ſtatus:& quibus peregrinarum gentium motibus indigenæ ipſi(ſi carni indigenæ fuere)ſollicitari cœperint:ſed priuſquam de his dicam: oſtendam breuiter: unde acciderit quod præter cæteras italiæ oras hæc una ferme ſemper Barbaricos motus prima exceperit.

DE VETVSTATE AQVILEIAE

TALIAM decia regiõe:cuiꝰ pſria hæc icludiẗ:unũ ex tribus Eu
ropæ ꝓmõtoriis ſtrabo eẽ ait:atq; id qdẽ ſcite:nam undiq; fer
me mari Italia abluiẗ:ꝑter q̃ a ſeptẽtriõe:qua parte natura illã
uelut uallo quodam inſuperabili alpibus præmuniuit.Eiꝰ for
ma eſt:ut quidam tradunt:querno folio aſſimilis:quam Apæ-
ninus mons in hunc modum diſcriminat Ab alpibus:quibus
ſupra Maſſiliam:ut polibius tradit:iunguntur eius iuga profe-
cta in liguriam excurrunt:inde ubi Anconem uſq; proceſſere
ad adriaticum ſe inclinãtia in Garganum montem exeunt.De
mum ad meridiem progreſſa in leucopetra dextro Italiæ cor-
nu finem habent.Cum ita ſit:ut italiæ longitudo in apænini dorſum cõſurgat:non ui-
deo cur peniſula:aut quid aliud potiuſquam promontorium dici poſſit. Cæterum al-
luitur ab ortu a meridie & occaſu:italia hinc adriatico & Ionio:inde Tirreno & liguſti
co a fronte ſiculo freto:quibus lateribus pene ſemper tellus ipſa manſit inoffenſa:ſi q-
dem nulli unquam motus minus Italiæ ſtatum ſolicitarunt quam illi: quos mare ue-
lut leuiſſimas nebulas in Italiæ littus effudit:Nam Oenotrii: qui ſiculos Barbaros ali-
qua Italiæ parte depulerunt:& aborigenes ab his geniti.Pelagi & arcades:qui cum Euã
dro uenere non tam ad ſolicitandum antiquum Italiæ ſtatum ex græcia nauigarunt:
quam ut bona indigenarum uenia nouas ſibi ſedes in ea terra compararent.Illud autẽ
argumento eſt:quod pulſis modico negocio barbaris ſeſe intra antiquiſſimos Latii fi-
nes(qui breuiſſimi olim fuere)ferme omnes tenuerunt Troianorum quoq; aduentus
nulli æque grauis fuiſſet:niſi latini & rutuli temere ad arma concurriſſent. Neq; Pyr
rhi acceſſus in eam italiæ partem:quæ olim magna Græcia dcã ẽ :mouerit quẽquam:q
cum de gloria potius:ut.M.Tullius ſcribit.quam de imperio: aut de uita a noſtris pu-
gnatum eſt:Carthaginenſes quoq; ſub initium primi belli punici cum ea parte Tarenti
nis operã ferre tentaſſent.Romana in ſe arma irritaret:magis quam ſollicitarunt.Aliã
itaq; uiam inuida fata ad euertenda italiæ ocia inuenere:& ad eam terram laboribus in
ſtruẽdã:q̃ oĩbꝰ gẽtibꝰ ĩpaturã uidebãt:Parũ eni ꝓfuit:naturã ferociſſimis gẽtibꝰ:qbꝰ ea
parte tãtũ Italia obnoxia erat:alpes uelut uallũ quoddã oppoſuiſſe:Si qdẽ barbarica ra-
bies diu arceri nõ potuit:qn ſupatis imẽſæ altitudinis iugis uelut feræ rapaciſſimæ in
ſubiectã terrã irrũperẽt.Hac eni recluſo Iuliæ alpis ſaltu una Bituriges.Auerni.Hedui:
Ambarri:Carnutes:Aluerici:totq; Gallicæ ſimul gẽtes Bellouefo duce ĩ Italiã q̃ſi ĩ aliũ
orbẽ:eũq; ĩpȝ lõge optatũ trãſcẽdere.Hos ꝓcedẽte tẽpore ſubſecutæ ſunt inumeræ aliæ
Gallorũ manꝰ iq ꝑ multos ãnos aſſiduis motibꝰ res Italas ſollicitas habuere :Quarum
Cymbri:Theutõi:& Ambrones atrociſſimi habiti uno eodẽq; tẽpore:qa uno ob multi-
tudinẽ nõ poterãt:diuerſis locis alpes recluſerũt.Quid Gothos memorẽ:Hũnos:Pãno-
nes:Illyricos:totq; alias barbaras natiões:qbꝰ cũ nõ de gloria nõ de ĩpio .Sed de uita ſẽ-
ꝑ certatũ ẽ:Hac quoq; pte tẽpeſtas illa punica Hãnibale duce uelut uiolẽtiſſimo aqlõis
flatu ĩ italiã deiecta ẽ:Sed quũ plane cõſtet alpes ipſas nõ uno tẽpore:neq; uno loco ſu-
patas:nulla tamẽ pte priꝰ nec ſæpiꝰ q̃ ea:q̃ alpes huic patriæ ĩcubãt barbaris patuiſſe ꝓ
ditũ ẽ:nã ꝙ de hercule uetꝰ phama tenet Liuiꝰ:ut plærіq; alii:fabuloſũ putat. Quod cũ
i a ſit breuiter ſcribeẽ pgã:quo primũ tẽpore:hæc terra ꝑegrinis gẽtibꝰ ſollicitari cœpit:
ĩde motꝰ alios nouitateſq; reꝝ ſuo ordie q̃ diligẽtiꝰ potero ſubiiciã.Primos igiẗ morta
liũ:q terrã hãc tumultuoſe attigerit.Argonautas fuiſſe crediderĩ:hos carni prios oĩum
ſuis finibꝰ appulſos uidere.Fuerũt argonautæ hæroes magnaq; ex pte:ut fabuloſa græ
cia tradidit:diis gẽiti.Qui Iaſonẽ Aeſonis filiũ ĩ Colchidẽ ſecuti ſunt:hiſtoria notiſſima
ẽ:uerũ ablato aureo uelleẽ:quo noie ĩ eã terrã nauigarũt:quũ Medea ꝑdita patris regia
& Abſyrto frẽ:quẽ ſecũ traxerat:diſcerpto Iaſonẽ ſequereẗ:ueriti argonautæ:ne Colchi
ãguſtias põtici maris obſediſſẽt:Iſtrũ fluuiũ ſubieẽ:ex Iſtro ſabũ:ex ſabo nauportũ.Cui
nomẽ ab re ipſa ĩditũ ẽ.Cõſtãs fama ẽ:naui argo humeris traiectã alpibꝰ ac flumie nõ ꝓ
cul Tergeſte mari ĩuectã:ꝙ argonautæ pꝛianis finibꝰ cõſederit:Martialis carmẽ teſtaẗ.

Et tu Lædeo fœlix aġleia timauo:Hic ubi ſeptenas Cyllarꝰhauſit aquas.Fuit Cyllarꝰ Ca
ſtoris æquus:qui unus ex argonautis erat:Alluſit urbaniſſimꝰ poeta:quũ ſeptenas aquas
Cyllarum bibiſſe ait:ad ſeptem fontes quibus non longe a mari erumpit Timauꝰ .Sed ſi
polybio credimus:qui ſtrabone auctore tradidit omnes timaui fontes præter unum ſal
ſos aquas habere:non uideo quomodo ſtare poſſit illud martialis.Hic ubi ſeptenas:quã
do quidem ex uno fonte:qui dulcem utiq; aquam haberet:& nõ ex ſeptem Cyllarum bi-
biſſe oporteat.Illud haud ſilentio prætetibo eundem polibium tradidiſſe Timauum eo
quo ſcatet loco ab accolis maris fontem:& matrem uocari:quod eminentiſſimum poe
tam non latuit:qui de Timauo loquens.It mare præruptum(inquit)& pelago premit ar
ua ſonanti.Seruius quoq; idem nõ ignoraſſe uidetur: Varonis tamen non polybii aucto
ritatem ſecutus.Illud autem quod ad Timauum attinet:mirari ſoleo eundem Martialẽ.
Timauum euganeum quaſi Patauinum appellaſſe:eius carmen eſt:Laneus:Euganei:Lu-
pus excipit ora Timaui.Quaſi duo eſſent Timaui unus in aquileiẽſi agro:de quo nemo
dubitat:alter in euganeis:quod nuſquam alibi præter q̃ apud hunc unum & Anneum
Lucanum quod ſciam:legere eſt:Sed poetas alioqui prudẽtiſſimos deceptos puto quod
Timauum intra ſines uenetiæ fluere legerit:In qua regione Euganei fuere:ſed illud nõ
uiderũt aquileiam:ĩ qua Timauus eſt uenetiæ finibus contineri:uel potius ad illud uir-
gilianum ſe retulerunt.Hic tamen ille urbem Patauii : quum interim de Timauo poeta
ſummus loqueretur:Sed conſtat locum illum longe diuerſam recipere interpretationẽ:
Eſt præterea mons patriæ(quod ad fidem rei attinet)qui uetuſtum eius gentis teſtatur
in hæc loca appulſum:Medeæ enim dicitur:quæ Iaſonem:ut diximus:ſecuta eſt:in illius
cauernis noctu :& nonnunquam inter diu ambiguas uoces ; & quaſi magicos ſtrepitus:
qui medeæ artes arguant:exaudiri fama eſt. Quod ipſum in eo poemate:quod ſonciacã
munitionem inſcripſimus:teſtati ſumus.Callimachꝰ quoq; ſtrabone auctore ſcripſit Po
lam Colchorum eſſe Oppidum:quod illi aduerſus Medeam miſſi condidere:unde intel
ligi poteſt eos fugientem Medeam ad hæc uſq; loca fuiſſe ſecutos.Et hæc ante Troiani
belli tempora . Euerſo autem illo conſtat Antenorem cum multitudine Henetum:qui
ſeditione e Paphlagonia pulſi ſedes:& ducem:ut Liuius tradit:quærebant in intimum ſi
num Adriatici Maris ueniſſe:Pulſiſq; Euganeis:Troiáos & Henetos ea loca tenuiſſe:qui
bus modo Patauium eſt.Oppidum autem quod primo condidere:Troia dicta eſt:ges ue
ro uniuerſa ab Henetis mutata littera Veneti:quorum opes eo uſq; procedente tempo
re creuere:ut a Pado flumine Aquileiam uſq; omnis littoralis ora uenetia dicta ſit:ipſi
incolæ ueneti.Quod cum ita ſit haud dubium eſt carnos non ſpectaſſe tamen uel audi-
uiſſe:Sed ſenſiſſe etiam pro tempore uenetorum arma.Quippe qui tanquam uicti in eo
rum:qui uicerant:appellationem conceſſerint .Cæterum Maro quoq; tradit Antenorẽ
ad fontem Timaui perueniſſe:nec obſtat illud quod ſcribunt quidam eſſe Timauũ quẽ
dam euaganeum:de quo quid ſentiam ſuperius dixi:quum aperte ſummus poeta de aqle
ienſi loquatur:ex eoq; intelligitur: quod de nouem Timaui fontibus interim mentionẽ
facit:unde(ait)Per ora nouem uaſto cum murmure montis.It mare præruptum: ad fon
tes enim alluſit:nam uno oſtio:eoq; leniſſimo & non nouem conſtat Timauum in mare
euolui.Fluminis autem acollæ:& hi qui locum uiderunt plures fontes eſſe aiunt:quam
illi dixerint.Sub idem ferme tempus & Diomedes Aetholus ex Ilio reuerſus cum cogno
uiſſet uxorem ſuam Aegialen infami amore Cyllebori Stheleni filii teneri:ex Aetholia
pudore digreſſus poſt laborioſum nauigationem in Italiam curſum tenuit:ubi regnum
poſtmodum adeptus eſt.Diomedeæ Inſulæ id teſtantur : & Maro qui auxilium a latinis
aduerſus Troianos ab eo imploratum prodidit . Cæterum ſtrabo in uenetis & in his(ut
innuere uidetur)locis qui Timauo proximi ſunt:multa ſuo tẽpore monumẽta extitiſſe
ſcribit:quibus antiquus Diomedis ĩ hac terra potẽtatꝰ declarat̃ :& q; equꝰ illi albꝰimo-
labat̃:duoq; luci oſtẽdebãt̃ . Alter Iunoni argiuæ : Alter Diãæ ætholæ ſacer:ĩ qbꝰ feras
adeo mãſueſcer̃ cõſtabat:ut cerui lupis agregarẽt̃ : eaſq; aduẽtãtiũ hoiũ demulcẽtẽ manũ
pati:& q; ſiq̃s earũ canes iſectarẽt̃:cõtinuo ubi huc uẽtũ eẽt ab iſectatiõe abſiſterẽt.Pha

ma eſt uirum quēdam in his locis fuiſſe uadimoniis faciendis inſignem:in quē uel hoc
nomine ferme omnes cauillarentur:hic cum in uenatores forte incidiſſet:qui irretitum
lupum haberent.Rogatus ioco ab his:nūquid uellet & pro lupo ſe uadem exhibere : ut
illata ab eo damna perſolueret:ſic ſe belluam dimiſſuros.Quom ſe id facturum dixiſ-
ſet.Lupum miſerunt:qui quaſi beneficium ſenſiſſet:per magnum equarum armentum
nullo cauterio notatum ad uadis ſtabulum perduxiſſe dicitur:ille uero recepta gratia lu
pi notam equabus inuſſiſſe:unde lupi feræ nominatæ ſunt uelocitate magis q̄ forma p̄-
ſtantes.Sed ad ſua tempora huiuſmodi celebrem equarum progeniem ait ille non per-
ueniſſe.Hæc & plura ſtrabo:quibus hanc Venetæ terræ partem Aetolorum armis non
ſollicitatam tantum:ſed obnoxiam quoq; fuiſſe datur intelligi.Lōgo autem interiecto
tempore Bellouenſe duce ab Ambigaro rege auunculo ad nouas ſedes inueniendas cū
Singoueſo fratre ex gallia miſſo.Gallicæ gentes plæræq; illum ſecutæ uno eodemq; tē
pore in Italiam erupere.Singoueſus hercineos ſaltus ſortitus eſt.Belloueſus uero italiā;
is ut diximus:Bituriges:Aruernos:Ambarros:Carnutes:ſeu ut alii ſcribunt:Carnutos: &
Aluercos exciuerat.Poſtq̄ in Tricaſtinos uentum eſt:quum alpes oppoſitas cernerent:
eaſq; inſuperabiles nulla dum uia:ut phama eſt:niſi ab hercule ſuperatas adiutis maſſiliē
ſibus:qui a phocide profecti galliæ littoribus per id tempus appulſi a Saluiorum gente
oppugnabantur:per taurinos:ut Plinius ſcribit in italiam tranſcendere.Nec multo poſt
ingens germanorum manus duce Elitouio eodem ſaltu ſuperato in italiam fauēte Bel-
loueſo tranſgreſſa eſt:locaq; iuxta Brixiam & Veronam tenuere.hos ſecuti Saluii:Boii:
recentiſſimiq; omnium Senones:qui non ſolum res hetruſcas ultra apenitum ſollicita-
runt:ſed romanum pene nomen deleuerunt.Poſt Senones recens tranſalpina manus gal
lorum in italiam deſcendit:eos quoq; primorum ueſtigia ſecutos crediderim . Polybius
circa ariminum conſediſſe ſcribit:cum quibus galli ciſalpini & in primis Boii coorta in
ter duces diſſenſione conflixere.Quamobrem Romanus exercitus ad gallorum impetū
comprimendum comparatus audito conflictu:& quo nam modo Barbari ſe ſe ue dome
ſtico bello confeciſſent:quaſi confecta prouincia Romam retro abiit ; Sub idem ferme
tempus & Galli Rhodani accolæ a ciſalpinis gallis in italiam acciti tam ualido exercitu
alpes ſuperauere:ut nullus unquam gallicus motus magis italiæ terrori fuerit:illud au-
tem argumento eſt:quod nunquam in Italia maiores copiæ conſcriptæ ſunt:& quod ad
quadraginta milia Barbarorum cæſa & decem milia capta uno prœlio referuntur. Cæ-
ſis eorum regibus Comgolitano & Aneoreſte.Aduerſus quos.C.Attilius:&.L.Aemilius
conflixere.Illud quod ad tanti motus fidem attinet:non præteribo.Comparaſſe italiam
eo tumultu ſeptingenta peditum milia:& ſeptuaginta equitum Polybius eſt auctor.Pli-
nius autem in numero peditum a polybio non diſcrepat.Aequitatum uero plus dimi-
dio extenuat.Liuius trecenta hominum milia eo tempore italiam armaſſe tradidit non
amplius.Adiicitur illud Ciſpadanos:quos diuerſitate locorum Romani ſcriptores tranſ
padanos uocant:his copiis non fuiſſe aſcriptos.Sed quantæcunq; fuerint tunc italiæ ui
res:nam omnino ualidiſſimæ fuere.Illud admiratione dignum eſt.Quod ſub id ferme
tempus:quo ita in italia aduerſus gallos proſpere pugnatum eſt.Floreretq; Romani im
perii nec non ſociorum uires:Hannibal cum quinq; & uiginti milibus hominum:ut po
lybius ſcribit italiam tam ferociter inuaſerit:quāquam non deſunt:qui eum longe ma-
ioribus copiis ueniſſe tradant.Sed hoc non quærimus.Illud uero in dubium uenit pro-
pter quod prolixiorem hanc de eruptionibus gallorum diſertationem ſuſcepimus : hac
ne parte alpium:quæ patriæ incubant:an diuerſo loco tanta barbarorum uis in italiam
ſe effuderit.Siquidem Liuius ſcribit Bellouenſum recluſa alpe iulia per taurinos in ita-
liam tranſgreſſum.Cuius ueſtigiis omnes ferme barbarorū manus:quæ ſubſecutæ ſunt
inſtitere.Multa quidem ſunt:quibus coniectare libet his alpibus:quæ nobis iminent:po
tius q̄ diuerſa parte illum erupiſſe:primo quod non uideo quam alpes.Liuius iuliam re
ctius appellare potuerit:quam tradit ab illis primis recluſam:q̄ hāc:quæ iulienſibus im
minet:quod autem iulienſes fuerint noricis & carnis pene mixti id argumēto eſt:quod

nunc quoqꝫ oppidi uetuſtiſſimi ueſtigia in carnis extant:quē locum proximi incolæ Iu
lium dicunt:Plinius uero quod ſuperiore libro oſtendimus Iulium carnicum uocat:Iu-
lienſeſqꝫ ipſos carnorum gentem eſſe affirmat.Cæterum montanæ carniæ Regiuncula
contermina eſt:quæ nunc quoqꝫ iulia dicitur.Nec obſtat : quod per taurinos dicas eos
tranſcendiſſe.Norici enim uicinarum alpium incolæ:ut pliniꝰ ſcribit:Tauriſci olim di-
cti ſunt :quos & taurios dicere fas eſt.Hoc quoqꝫ tempore ultra carnos in primis germa
niæ oris ſunt incolæ qui tauri dicuntur:Nec mouere debet quemquam quod dixerim:
Tauriſcos eoſdem eſſe:& Taurinos:Cato auctore plinio ſallaſſos Tauriſcam gentē eſſe
tradidit:Tauriſcam dixit & non taurinam. Quum Ptolæmeus & alii ſallaſos ipſos Tau
rinos uocent.Accedit huc:quod patriæ incolæ qui carni dicti ſunt:fieri potuit:ut a Car
nutis Galliæ populis:quos belloueſus ſecum traxit:diminuta dictione unaqꝫ littera mu-
tata dicti ſint.Conſtat præterea primos illos cum equitatu non modico in italiam trāſ
greſſos:qui ſi per taurinos tranſiere:ut Liuius ait.quid eſt quod hannibal: quem eadem
parte tranſmiſiſſe conſtat:ſaltum ipſum occluſum offendit.Cuius rupes & prærupta lo
ca igni & aceto frangere coactus eſt.Nempe oportuit parētem ſaltum inueniri:& tritiſ
ſimo(ut ſic dicam)calle apertum:per quem tot & tam numeroſi exercitus prius tranſcē
diſſent.Hæc omnia collegimus:ne cui uideremur parum conſiderate feciſſe :quod mul
ta ſuperius de motibus gallorum : atqꝫ aliarum barbararum gentium eruptionibus in
italiam ſupra deſeruimus Non enim parum ualida hæc argumenta uiſa ſunt ad coniec
tandum hac potius quam diuerſa parte barbaris in italiam primū iter patuiſſe.Quod
ſi ita accidit:quis labores:quis funera:quis deniqꝫ tam longam malorum ſeriem abun-
de queat exprimere poſſet:quibus hanc terram per tot diuerſos motꝰ:terrores:& diſcri-
mina diu obnoxiam fuiſſe putandum eſt.Contra autem plura ſunt & magis ueriſimilia
quæ me admonent ſuſpicari oportere diuerſa potius quam hac parte alpium gallos pri
mum in italiam tranſgreſſos:& quod non longe ab alpibus in finibus italiæ quæ nara-
bonenſi galliæ proxima eſt.Forum Iulii legimus:unde fieri potuit:ut iuliam alpem a lo
co proxime ſubiecto Liuius appellarit.Cæterum:quod galli Belloueſum ſecuti paulo-
pus quam a Maſſilienſibus digreſſi ſunt:quos aduerſus ſaluios iuuerant:alpes ſuperarūt:
nec tantum itineris fuiſſent emenſi:ut ab extrēis italiæ finibꝰ circūſpectādo alpiū altitu
dinē ad extrēos hos peruniſſent:qn iteri lōgioris moræ tedio credibile ē uel p difficillios
ſaltꝰ trāſmitterē uoluiſſe:q̄ imēſi pene itineris diſpēdiū adire:ſūt ꝑterea Taurini ſallaſſis ꝓ
ximi:q̄q̄ ſalaſſos ipſos ueteres quidā ſcriptores Taurinos appellarint : ſed illud præter
cætera me in hanc trahit opinionem: quod quoties gallos alpes ſuperaſſe legimus:ſub
ipſum ferme ſemper diſceſſum in circumpadanis campis conſediſſe cōſtat:quum Padꝰ
ipſe a patria quam longiſſime diſtet.Hæc nos eo longiore diſſertatione quam fortaſſis
res ipſa exigere uideatur:proſecuti ſumus:ut quod ueriſimilius legentibus uidebitur:id
& probare & tenere liceat.Nunc autem ad ea redeamus :de quibus inter omnes ferme
auctores conſtans opinio eſt.Siquidem ſub ipſum Macedonici belli finem Galli tran-
ſalpini per ſaltus ignotæ antea uiæ in Italiam tranſgreſſi in agro:qui nunc Aquileienſis
eſt(ut liuii uerbis utar)conſedere ad duodecim milia armatorum fuere:aduerſus quos
quum.M.Claudius Marcellus Conſul mouiſſet:continuo aduenienti illi ſeſe dedidere:
Conſul eis arma ademit.& cum armis quæcunqꝫ ex proximis agris diripuerant.aut ſe-
cum ex Gallia aſportarant:id barbari indigne ferentes ad ſenatum legatos queſtum dei
iniuria conſulis mittunt. Qui itroducti expoſuerunt ſe ſuperante in Gallia multitudi
ne inopia agri coactos ad quærendam ſedem alpes tranſgreſſos:quæ autem inculta per
ſolitudines uiderent ibi fine illius iniuria conſediſſe:oppidum quoqꝫ ædificare cœpiſſe:
quod indicium eſſet:nec agro nec urbi ulli uim ſe allaturos ueniſſe:Nuper autem ſe ſe
M.Claudio per nuntium ſibi bellum denuncianti:niſi ſe dederent:magis pacem patum
ſpecioſam quam incertam ſpem belli peroptantes in fidem illius poti usquam in pote
ſtatem ueniſſe ſe.Poſt uero paucos dies iuſſos & agro & urbe quam cōdere cœpiſſent:
decedere tacite abeuntibus quo terrarum poſſent arma & omnia quæ ferrēt a conſule

ſibi adempta.Orare proinde ſenatum ne in ſe noxios & ultro deditos accerbius:qua in
hoſtes ſæuirent:Increpiti ſunt a ſenatu Galli:quod in alienum agrum irrupiſſent:Oppi
dumq; nullius Romani magiſtratus:qui ei prouīciæ præeſſet:permiſſu ædificar cœpiſ
ſent. Ex quo argumentari libet ante id tempus hanc terram in Romanorum poteſtatē
ueniſſe:quæ ſi :ut dixi:ante eam diem Romani fuerat imperii:non dubium eſt ſub initi
um ſecundi belli punici:aut paululum ſupra id accidiſſe:atq;.M.Claudii Marcelli auſpi
ciis id factum:qui primus tranſpadū Romana ſigna traiecit:atq; īſubres uicit:& Iſtros:
Polybius Liuiuſq; auctores ſunt:hunc ego eum.M.Claudium eſſe puto : qui oppidum
euertit ad duodecimum lapidem ab aquileia inuito ſenatu:ut Plinio auctore.L.Piſo tra
didit:atq; id ipſum oppidum fuiſſe:unde Galli deiecti fuerant:Quod autem non longe
ab aquileia euerſum oppidum Plinius dicit:ad ſua tempora alluſit. Nam cum Galli de
quibus multa diximus ex hac terra depulſi ſunt nondum aquileia erat condita : uti ex
uerbis Liuii:ſuperius recitauimus poteſt intelligi .Cæterum bellum ſtoicum ob eā rē idē
auctor incohatum ſcribit.quod apparebat Iſtros nō paſſuros nouam coloniam loco ſibi
pro imo conditum iri.de qua mittenda iam ex illo tempore patres conſultare cœperāt
Latina ne an Romana Colonia mitteretur:Placuit tandem Latinam mitti:quum ſtra-
bo auctor alioqui grauiſſimus Romanam miſſam dixerit:quamquam coloniæ nomen
ad ius latii referri poteſt.Tria peditum milia:ut Liuius ſcribit:in gallorum agrum miſ-
ſa ſunt:ideſt unde Galli paulo ante deiecti fuerant.Quinquagena iugera peditibus da-
ta.Centurionibus centena:Coloniam autem ipſam aquileiam nominatam puto ab aq-
la: quæ Romanis ſignis olim inſedit:ut Anneus Luncanus teſtatur:Signa(inquit)pares
aquilas & pilaminantia pilis.Signiferi quoque ipſi romanarum legionum Aquiliferi di
cti ſunt . Cæterum publica quoq; ipſius loci:ſigna adhunc diem flauam aquilam ha-
bent:aut fortaſſe ab irriguo loco:in quo ſedet aquileia nominata eſt : nam aquilam &
aquilum colorem ab aqua dictum Pompeius feſtus teſtatur.:Coloniam deduxere.P.Sci
pio Nauſica.C.Flaminius &.L.Mālius Acidinus trium uiri ad hoc ipſum creati.Poſt cō
ditam aquileiam quia Romana arma a barbaris formidari cœperant:ſtatus patriæ diu
pacatiſſimus fuit.Procedenre tempore Cymbris illiricum tentantibus:atq; ob id ipſum
patriæ ocium locorum uicinitate ſollicitantibus non longe a Noreia ſeu Norcia ut alii
ſcribunt:quæ in alpibus eſt:cum eis.C.N.Papirus carbo conflixit(atq; infectare)ut ſtra-
bo ait:abſceſſit Liuius īfœliciter eo loco a Romanis pugnatum tradidit:Haud uero lō
go interiecto tempore. Quum tres ferociſſimæ gentes Cymbri Teuthoni & ambro-
nes uno tempore in italiam erupiſſent:Cymbrorum partem per noricos deſceēdiſſe:Plu
tarchus ait:uterq; exercitus.C.Marii ductu & fœlicitatem deletus:unus nō lōge ab aqs
ſextiis:qui locus alpibus proximus eſt.alter ad atheſim fluuium Trecenta quadraginta
milia Barbarorum cæſa:& centū quinquaginta capta ſcribit Liuius:Plutarchus nume-
rum extenuat.Si autem per Noricos:qui proximas patriæ alpes tenuerunt: iter habue-
re:uti ex Plutarcho ſententiam habuiſſe conſtat. Quid eſt cur per hanc oram illos eru
piſſe non credere debeamus?aut certe per proximos fines .Fuit autem mot[9] ille uniuer
ſæ Italiæ non modo locis:per quæ eruptio facta eſt Formidabilis: quare eius tumultus
patriam hanc haud expertem fuiſſe crediderim:Sed magnam potius eius procellæ par-
tem:aut ſenſiſſe:aut(quod magis credo)ſuſtinuiſſe oportuit.Interi uero Romana arma
citro ultroq; per hanc patriam aſſiduis barbarorum motibus geſtata ipſis patriæ inco
lis pene domeſtica facta ſunt.Quippe qui interdum tres integras legiones huc in hiber
na miſſas ſuſtinuere.Quas ſub initium gallici belli: quod ultra alpes geſtum eſt.C.Cæ-
ſar duabus additis:qua proximum fuit:ut ipſe ſcribit in Galliam traduxere puto:ego ea
parte alpium:quæ montanis carnis incubat.legiones ipſas traductas :ubi exciſam rupē
militari opere cum inſcriptione.C.Iulii Cæſaris eſſe diximus.Cæterum quoties bellum
Iſtris:Pannonibus:Dalmatis:Illyricis:& germanis illatū eſt:hac uelut publica porta Ro-
manis armis acceſſus patuit & reditus.Cæſar auguſtus:ut Tranquillus ſcribit:Aquileiā
uſq; ſæpe progreſſus eſt:quum externa bella per legatos moliretur .Sed quid hæc?pro-

ditum eſt:a multis Aquileiam urbem quaſi proximum ſuburbanum a Cæſaribus & eo-
rum familia frequentari ſolitam. Ibi enim Iuliam Auguſti filiam ex Tiberio nondũ(ut
arbitror)principe enixam Tranquillus ſcribit:qua prole extincta Tiberius ſemper ab ea
ſecubuit.Ego eo tempore Iuliam aquleiæ ſubſediſſe crediderim : quo Tiberius Illyricũ
bellum omnium externorum poſt punica difficilimum Triginta:ut idem auctor tradit:
legionibus triennio adminiſtrauit:atq; idem quamuis auguſti litteris ſæpius reuocatus:
exercituq; interim ſumma frugum inopia laborante ſtrenue confecit.Domito Illyrico
quantumcunq; inter italiam:Noricum:Macedoniam :Danubium:& Maris Ariatici ſi-
num patet.Quærat hic aliquis quid ſit.quod ubi conſtet:uelut in principio libri hui⁹
diximus:Latus hoc Italiæ:quod a uaro fluuio ad Timauum alpibus ſubiectum eſt:ex-
ternarum gentium motibus præter cætera ipſius terræ loca fuiſſe ſemper obnoxium:
hæc tamen patria una omnium ſæpiſſime: ac maxime a barbaris fuerit infeſtata.Ego
ne prolixior ſim breui quod ſentio dicam.Nempe ſiquis recte conſideret:locorum om
nium natura(de iis loquor quæ alpibus ſubiecta ſunt)ita accidiſſe : haud ſane mirabit:
Reliquum enim ipſius terræ haud longe a mari recedit.aut aſperitate alpium obſtruit.
Cæterum quantumcũq; illud eſt uni geniti Gallicæ obnoxium uidetur :hæc autem pa
tria præterquam quod Germanis:Illyriis:Dalmatis:& Iſtris:non tantũ proxima:Sed etiã
contermina eſt:neſcio quo nã modo ab alpibus ipſis enudatur.quæ iuxta hæc loca ma-
gis:ac magis miteſcunt.& quaſi de induſtria ſeſe ſuperabiles exhibent.Deſinuntq; tantã
terram ſuo ambitu circuire:uadum ampliſſimum quaſi patẽtem portam inter ſe:& ma-
re relinquentes:ut eſſet:unde Barbari fœliciſſimam alioquin terram ſine aliquo ſuperã
darum alpium labore perpetuo infeſtarent.Accidit huc propinquum mare:quo ad me
ridiem:ut ſuperiore libro diximus alluitur:qua parte hæc terra non immodicos peregri
narum gentium ad hunc diem excœpit motus.Sed iam locus poſtulat:ut ad aquileiẽſis
eccleſiæ conditionem tranſeamus:unde Tertius inſtituti operis liber ſumet exordium.

M.ANTO.SABELLICI DE VETVSTATE PATRIAE LIBER TERTIVS INCI-
PIT Q VI HVNNICVM BELLVM INSCRIBITVR.

Vtabam ego quando ad recentiorum temporum deſcriptio-
nem uentum eſſet:difficilimam me lucubrationis huius par-
tem tranſegiſſe : ſiquidẽ illa:quæ duobus ſuperioribus libris
continentur:quia neq; certo loco neq; apud certum auctorem
quæri potuerunt:haud facilem nobis indagationem præbue-
re:apparebat autem ex hoc ipſo ut quæ deinceps ſcripturi eſſe
mus illa ipſa quando a compluribus eſſent illuſtrata minus la
boris habitura : Hac ego adductus opinione anhelaui fateor
ad illorum lectionem non aliter quam ad perſpicuum fontẽ
ſitiens uiator ſolet:Sed quam bone deus illic omnia a noſtra
expectatione diuerſa inuenimus:quippe quæ pene plus tenebrarum : quam lucis legen
ti mihi offuderunt:Pius pontifex:platina.Leonardus Aretinus:& quidam alii qui citra
humanæ ſalutis tempora ſcribere orſi ſunt:& ſi diligentiſſimi alioqui fuere: atq; iidem
Latiniſſimi:quam pauciſſima tamen afferunt . quæ ad noſtrum faciant inſtitutum:at
que ea ipſa ſiqua ſunt:tam breuiter exponuntur: ut manifeſte appareat nihil eos min⁹
uoluiſſe quam patriæ huius monumentis conſulere:Paulus autem diaconus & quidam
alii recentiores eum ſecuti:qui ad res patriæ pene uniuerſam referunt hiſtoriam:ab his
quæ quadringenteſimo ferme anno poſt aquileienſis eccleſiæ conſtitutionem geſta ſũt:
ſcribendi initium ſumpſerunt.Cæterum ea ipſa quæ tradunt adeo nonnunquam inter
ſe diſcrepant:ut neq; temporum neq; rerum ratio cuiquam conſtare poſſit:quo ſit ut
in hoc quoq; tertio uolumine.& quæ in reliquum ſcribentur interciſam ac mutilatã:
(quod futurum non putabam)reſarcire cogar hiſtoriam:uerum dabo operam:ut in ip
ſa rerum inuentione ac diſpoſitione id diligentiæ adhibeamus:ut quæcunq; memoriæ
tradiderimus ea ipſa ſint non minus lucis habitura:q̃ ſi omnia quæ ad hiſtoriæ conſu

mationem requiruntur:nobis uno tempore affuiſſent.Sed ad aquileiẽſis eccleſiæ origi
nẽ redeamus.

am primum illud plane conſtat poſt Chriſti regis noſtri ad patrem aſcenſũ:
i diebus Pentecoſtes completis diſcipulos ſpiritum ſanctum accepiſſe : quo i-
buti Dogma ſalutis omnibus gentibus uariis linguis prædicare cœperunt.
Id uero:ut facilius fieret:ne item fruſtra ſcriptũ uideref a ꝓpheta.i omnẽ terram exiuit
fonus eorum.terrarum prouincias inter ſe partiti ſunt.Petrus ;omnium princeps Põtũ:
Gallaciam:Bithyniam:& Cappadociam ſortitus:Antiochenam ſedem annis ſeptem te-
nuit:ubi uero aſiaticas eccleſias diligenter firmauit ſecundo claudii anno Romam ue-
nit:ut in ea urbe:quæ alioqui per id tempus rerum domina eſſet:apoſtolicas ſedes fun-
daretur.Pulſo itaq; hinc miraculorum certamine ſimone ſamaritano : qui magica arte
uniuerſum ferme populum ad ſtudium ſui traxerat : Conuerſus petrus ad uerbum dei
propagandum . Rogatur a multis:ut Ioanni cui in baptiſmate cognomento fuit.Mar-
co conſcribendi euangeli negocium traderet.quippe cuius uita & mores uulgo proba-
rentur.Is ut Hieronymus tradidit:in Iſrael ſacerdotium agens & ſecundum carnem le-
uita:ideſt appoſitus eſſet:ad chriſti fidem conuerſus eſt ; Romæq; Euangelium ſcribit:
Quapropter non nihil illos uidiſſe arbitror:qui eum a petro Romam deductum tradi
derunt:Scriptoq; Euangelio:quod petrus magnopere probauit: continuo Alexandriam
profectus eſt(philo iudeus eſt auctor) ubi eccleſia optime cõſtituta octauo Neronis an
no interiit.Sed miror platinam magis unum philonem quam omnium ferme ſcribenti
um conſenſum ſecutum:id quoq; tradidiſſe:quum cõſtans phama ſit ; atq; id ipſum ſa-
cræ litteræ teſtentur Marcum Euangelii auctorem prius Aquileiam miſſum:ubi quũ
miraculis & doctrina nouæ eccleſiæ fundamenta ieciſſet:Romam cum Hermagora ue
niſſet atq; ſub hæc tempora in alexandriam profectum;Hermagoras autem in eccleſiæ
nouiter fundatæ Epiſcopum a petro electus Aquileiam Reuerſus eſt ; continuoq; hic
ſeniores;Leuitas;& diaconos conſtituit.inde ad prædicationem Euangelii conuerſus ec
cleſiam multis miraculis auget;& illuſtrat:maximamq; populi partem ad lucem ueri ta
tis & fidem contrahit.uerum reclamantibus in ſeuaſtum ciuitatis præſidem gentilium
deorum ſacerdotibus atq; coram minantibus ſe cum ſuis popularibus adhuc in priſti
na religione permanentibus in eum impetum facturos ; niſi illico hominem maleſi-
cum(ita enim improbiſſimi homines noſtros chriſtianos appellant)tolleret.Seuaſtus
hermagore ſuadere aliquãdiu perſtitit uti a uano & periculoſo abſiſteret iſtituto.Quũ
autem nihil proſiceret;cum neruis cæſum i carcerem conicit:ubi multis operatus mi
raculis atq; plærisq; interim ad chriſti fidem conuerſis:ſeuaſti iuſſu cum fortunato clã
culum occiditur.Apparebat enim populum haud quaquam id laturum:ſi de eius mor
te publice ſtatuiſſet: Sanctorum corpora pontianus & Gregorius uiri haud ignobiles
nuper ad chriſtum conuerſi cum Alexandria fœmina illuſtri extra murum ciuitatis ſe
peliuere.Hæc habui quæ de origine aquileienſis eccleſiæ referrem,uerum quia ita com
paratum eſt:ut quanto quis imperitior ſit;eo promptior in uituperationem rerum alie
narum eſſe ſoleat:Sat erit hic eos monuiſſe(de imperitis loquor)quum initia eccleſiæ
aquileienſis refero:deq; eius conſtitutione interim loquor:nõ ꝺ mœnibus & tecto.Sed
de cœtu & conuentu catholicæ operantium me itelligere.Nemo eſt enim tam ſtultus
qui non uideat:haud potuiſſe fieri.ut ædes aliqua:aut altare prætextu nouæ religionis
publice per id tempus a chriſtianis poneretur:quippe qui non omnino multi eſſent:at-
q; iidem ipſi magiſtratibus urbium ac potentiſſimo cuiq; inuiſi.Oſtẽderem itaq; eccle
ſiam lõge diuerſum ab ædificio ſignificare:niſi plane uiderem id plures:immo pene om
nes intelligere.Illud locus hic non patitur me ſilentio præterire ; uſq; adeo fœdam illã
longobardicæ tempeſtatis barbariem his terris reſediſſe.ut in Hermagoræ prõnũtiatio
ne ad hunc diem duo uulgo committantur barbariſimi.Sub idem uero tempus quo ec-
cleſia ipſa conſtitui cœpta eſt:ne qua interim his terris ocia darentur: quum de imperii
electione inter Romanas legiones certaretur:binaq; hominum milia ſecundæ legionis

a Meſiaco exercitu Othoni miſſa auxilio eſſent : nunciatumq; his in uiaeſſet. Othonē
deſperatis rebus ultro mortem oppetiuiſſe Aquileiam uſq; ire :ut Tranquillus ſcribit.
perſeuerarunt.quaſi rumoribus minus crederent:ubi per occaſionem & licentiam om-
ni rapinarum genere in aquileienſes graſſati ſunt.Cuius nefandi ſceleris ueriti ne quan-
doq; ſibi Romam reuerſis reddenda eſſet ratio:ac poena ſubeunda:de noua imperatoris
electione inter ſe agitare coeperunt:& breui quum ſummam imperii Veſpaſiano defer
rent:cauſa illi adhuc dubitanti præbuere in Italiam maturius properandi:atq; imperiū
ipſum ferocius inuadendi.Procedente deinde tempore:ut ſunt rerum humanarum ui-
ces.In quibus perpetuum:aut ſtabile nihil eſt:ſed quadam uelut ſucceſſione bona malis
mala bonis tenaciter hærent:ut neutrius ſtatus ſit diuturna poſſeſſio:iter tot rerum diſ
crimina & labores foeliciora:Aquileiæ tempora effulſerūt:ut & aliquandiu ab externo
rum armorum iactatione quieuerit:atq; Pii qui ruffino patre in ea urbe natus eſt:pon
tificatu fuerit illuſtrata.Eo autem ſedente ferunt.L.Aurelium imperatorem inter Cō-
cordiam & altinum:quum curru ueheretur:apoplexiæ morbo extinctum : hunc ipſum
inter bonos potiuſquam malos imperatores quidam reponunt : quidam uero humani
generis hoſtem ob uitia appellatum ſcripſere.Sed fuerit quantumlibet malus: haud ta-
men ſæuitia & impietate maximinum ſuperauit.Qui aliquibus interiectis cæſaribus il
li ſucceſſit.Hic ſextus a Nerone chriſtianos perſecutus eſt:uerum quum aquileiam ob
ſideret Mammæ mulieris chriſtianæ & origenis mortem immodicæ cupiens a pupieno
cum filio Maximino occiditur . Ferunt in ea obſidione aquileienſes foeminas capillos
ſibi ad bellicum uſum ſecuiſſe:quum funes ad intendendos arcus & cætera inſtrumen-
ta bellica deeſſent : Atq; ob id ipſum in honorem matronarum ſenatum ueneri caluæ
templum dedicaſſe.Nec multo poſt Gothos illyricum & Macedoniam uaſtantes incre
dibili clade imperator Claudius ſuperauit: Quapropter aureo clipeo in curia & in capi
tolio ſtatua aurea a ſenatu donatus eſt:hunc in ſirmio mortuum ferunt:Quitilius fra-
ter:qui in imperium ſucceſſerat decimoſeptimo ſui principatus die Aquileiæ occidit:
in his quoq; locis interiecto tempore Conſtantinus imperator : qui inter Conſtantini
magni ſucceſſores habetur:dum Conſtanti Fratri bellum inferēs parum caute pugnat:
occiditur:Conſtans quoq; decimoſeptimo ſui imperii anno ſuorum fraude oppreſſus:
Conſtantinus utriuſq; frater imperium adeptus: quum Arrianæ ſectæ ſtudioſus eſſet:
Athanaſiumq; & cæteros catholicos interim oppugnaret Liberium Pontificem Atha-
naſii & omnium chriſtum cum patre homuſion prædicantium fautorem in exilium eii
cit: quem aquileiam peregre progreſſum a Fortunatiano ſeu Fortunato:ut alii ſcribūt.
Aquileienſi epiſcopo ad hæreſim & diſcordiam ſolicitatum ferūt.Scribit Platina Theo
doxium imperatorem(paucis ut puto interiectis annis)apud aquileiam maximum Ty-
rannum Gratiani iterfectorem oppreſſiſſe. His temporibus Ruffinus aquileienſis eccle
ſiæ preſbiter non pauca acutiſſime ſcripſit.Extant inter cætera eius epiſtolæ:immo in-
uectiuæ potius ad Hieronymum & rurſus Hieronymi ad eum:quæ haud mutuæ æmu
lationis inditio carent:Diſtat tamen non parum uterq; ab altero in eodem ſcribendi ge
nere:Denſior ille:hic copioſior:ille arctius pugnat:hic latius:ille acumine nititur:hic ue
ro pondere:uerum non omnino elegans ille:hic autem non ſolum elegans:ſed comptꝰ
etiam:& breui talis:quem pro Ciceroniano ad tribunal dei increpitū(ut ipſe teſtat’)cre
dere poſſis.Sed uideo quam interim inepte faciam homo omnium pene litterarum ex
pers:qui tantorum uirorum ingenia:uleut alter ariſtarchus in trutina ſuſpenderim:uir
gilianum itaq; illud teſtati.Non noſtrum inter uos notum eſt carmen.Ad illud reuerti
mur.Quod ad aquileienſis eccleſiæ res attinet .Siquidem præclarum fuit duos excellē
ti ingenio uiros & quaſi bina chriſtianæ fidei Lumina in ea eccleſia eodem tempore re
fulſiſſe.De Ruffino nemo dubitat.Hieronymus autem ſe baptiſmatis lauacro Aquile-
iæ inſignitū in ſymboli expoſitione teſtatur.Quo fit:ut uel in ea urbe eum natum con
fiteamur:oportet:uel certe non procul inde:quippe quem aquileienſis parrochiæ uel ex

hoc ipſo fuiſſe manifeſte appareat:Per id ferme tempus Gothi duce alarico Italiam in
uaſere:de quorum aduentu priuſquam dicam:ut breuius potero de origine & ſucceſſi
bus gentis ordine ediſeram.Sunt Gothi qui non multum diuerſa appellatione Gethæ
olim dicebantur origine Scythæ:hi ſedes Tanaidi proximas in Europa habuere.Ferox
genus hominum & ad mortem promptiſſimum:Trogus eos in aſia conſtituit :Eorum
geſta inter aſiaticas res referens a Lucullo olim uicti ex meſia:in quam prouinciam pri
mum irruperant:eiecti ſunt.Cæterum procedente tempore cõſtat eius gentes oratores
ad auguſtum ueniſſe gratia petendæ pacis miſſos.Ablauius gothus tradit ab Agrippa
Danubium tranſire compulſos ſub Domitiano reuerſos:aduerſus eos Opius ſabinꝰ pri
mum.Inde Cornelius fuſcus miſſi ſua & exercituum clade infœliciter pugnarunt.Cor
nelius Tacitus eſt auctor:Troianus princeps eis pacem petentibus dedit .Antonius co
gnomento Caracalla Tumultuariis quibuſdam præliis eos fudit. Gordianus Danubiũ
uerſus mouentes ab inſtituto itinere magis auertit:quam ſuperauit:Non multopoſt ue
ſogothæ:qui prius per ſe Romana arma irritauerant : iunctis ſibi oſtrogothis.In duas
enim gentes Gothi diuiſi ſunt:in orientales ſcilicet & occidẽtales:Id germanica lingua
ſonant ipſa nomina:Meſiam & Thraciam fœdiſſima populatione euaſtauerunt:Trecẽ
ta armatorum milia fuiſſe feruntur:Decius Pannonius a Philipo imperatore aduerſus
hos miſſus pluribus præliis ſuperatus infecta re Romam rediit:Occiditur interim Phi
lippus.cuius morte prouincia in ueſogothos dilata eſt.cum gallo deinde pacem Barbari
inſtaurarunt:Sed non multo poſt per occaſionem Thraciam & Macedoniam occupa-
runt:Compreſſit autem eorum ferociam:uireſq; retudit Claudius imperator: cui ſecun
do cognomen fuit:Trecentis milibus Barbarorum cæſis duobuſq; milibus nauium ſu
merſis.Hic eſt ille Claudius:cui ob res bene geſtas clipeum in curia & in capitolio ſta-
tuam auream ſenatum decreuiſſe diximus:Aurelianus priceps qui claudio ſucceſſit.Ca
nabium Gothorum regem res nouas molientem ad ripam Danubii magno prœlio ui
cit:abductæq; ex ea pugna ſunt decem mulieres in triumphum:quæ uirili habitu ac
cerrime pugnarant.titulus autem qui in triumpho prælatus eſt:ſignificabat eas ab ama
zonibus ortas:eoſdem hoſtes Conſtantinus magnus ex ſarmatia:quam occuparat depu
lit:atq; per id ipſum tempus multis cladibus atriti ſe aliquandiu intra natalis ſoli fines
tenuere.Sed hic quoq; ueſogothæ non multo poſt ab Hunnis deiecti Danubium traie
cerunt:ac ſine fœdere aliquo a ualente imperatore accæpti fame & iniuriis ob ualentis
auariciam adacti arma corripuere:euictoq; ualentiano exercitu in Thraciam populabũ
di ingreſſi ſunt.Nec multo poſt & ualentẽ ipſum obuium factum magna ſtrage ſupe-
rant.& occidunt:Conſtantinopolim quæ uictoria elati obſident : ſed obſidio ipſa irrita
fuit.Gratianus ualenti ſucceſſit.qui Theodoſio uiro impigro ex hiſpania acceſito ueſo
gothas pluribus præliis ſuperauit :Gratianus uictor cum Athanarico Veſogotharum
rege fœdus percuſſit.Quo mortuo barbari rege.carẽtes ĩperio aliquãdiu ſuã militiã ĩpẽ
derunt:Verũ ꝓcedẽte tẽpore Archadio oriẽtalis res ĩperii adminiſtrãte Veſogothæ ſti
pẽdio priuari ĩ pãnoniã ſeceſſere.Alaricũq; regẽ ex nobiliſſima Baltogeiter Gotos fami
lia ſibi cõſtituũt:Cui Radagaſꝰ & ipe Gothus cũ ducẽtis milibꝰ ſe iũxit :hoꝶ duoꝶ au
ſpiciis Gothi ĩ Thraciã.Pãnoniã.Noricũ:& Illyricũ fœda populatiõe graſſati ĩ Italiã eru
pere.Romãq; ipam quõdã reꝶ dominã cœperũt:ĩ quã captã oĩs ſæuiciæ & ignominiæ
genere graſſati ſũt.Tũ uero urbis auguſto:ut Enniꝰ ait augurio cõdita deſiit eẽ qđ fuit.
ãno ſui natalis Milleſimo ſexageſimo q̃rto.chriſtianæ uero ſalutis q̃drigẽteſimo duode
cio:Hæc ego de origĩe & ĩcremẽtis gothoꝶ lõgiore fortaſſe ſermõe q̃ res ipa exigeṫ ui-
debaṫ:ꝓſecutꝰ uideri poſſũ:& q̃ſi alienũ a nr̃o iſtituto feciſſe:qđ tã multa de ea gẽte re-
tuleri.Cuiꝰ motꝰ ad hãc terrã nihil ferme attinere uideaṫ. Aſt ego poſt urbẽ Romã:q̃
calãitoſa illa tẽpeſtate oĩbꝰ malis cõcuſſa ẽ:nullã altã Italiæ orã moribꝰ illis magis ob
noxiã fuiſſe crediderĩ q̃ hãc terrã:q̃ irrũpẽtibꝰ illis primũ occurriſſe oportuit:Nec me
illud mouet:q̃ nẽo ſcribẽtiũ apte tradat:q̃ Italiæ pte facta ſit eruptõ:quũ uериſimillimũ

ſit circũiectis ꝓuĩciis:ut diximꝰ uaſtatis:q̃ eis ꝓximũ facilimũq; fuit ĩ hoſticũ trãſmiſiſ
ſe. Cæterũ cõſtat poſt Attilæ mortẽ Gothos rurſus Italiã Aqleiẽſi ora euaſtata iuaſiſſe:
u ti ſuo loco dicemꝰ. De his itaq; quũ toties dicẽdũ eẽt:nõ ab re ſum mihi uiſus facere:
ſi quæ alio loco haud ita fortaſſe oportũo dicẽda erãt:nũc quũ primũ mẽtio illoꝝ inci-
dit:dixerimus. Sed ad Attilæ geſta interim ueniamus. Quem nõ multo poſt primam go
thorum eruptionem recentia forte illorum ueſtigia ſecutum in hanc miſeram Italiæ
oram ueniſſe conſtat. Verum anteq̃ illius geſta attingamus de Hunnorum origine:quo
rum rex ille fuit:quam pauciſſima dicenda ſunt. Priſcus quidam non paruæ auctorita-
tis homo:quippe qui apud Theodoxium iuniorem epiſtolarum magiſter fuit:ſcriptum
reliquit ſe ab imperatore oratorem miſſum in Scythiam ad Hunnorum reges. Vnde in
telligi poteſt Hunnos Scythicam eſſe gentem. Regnum eius gentis:per id tempus Atti-
la & Belda ſeu Bleda:nã utrunq; ſcriptũ reperio:fratres habebant. Is ingentibus flumini
bus tranſmiſſis air ſe ad eum locum perueniſſe. Vbi in digoia Gothorum fortiſſimus
ſarmatharum dolo occubuerat:nec procul inde uicũ fuiſſe ſcribit:ubi Attilæ regia erat
uicus in ambitum ampliſſimæ urbis patens lignea mœnia habebat: atq; ea ipſa ex tabu
lis facta:quarum compago ita ſolidum mentiebatur:ut uix ab intẽtis oculis poſſet iun
cturam depræhendi: Triclinia præterea ambitu prolixiore diſtincta:porticuſq; non ſine
regali decore conſtructas. Aream ad hæc in medio patentem amœniſſimis ambulacris
undiq; cinctam. Cuius dignitas:& amplitudo regiæ aulæ ſpeciẽ præ ſe ferebant:atq; hãc
ait fuiſſe per id tempus Attilæ regis ſedem:huic autem pater Mundzeticeus fuit: poſt
quem Octar:& Rhoas fratres Regnum tenuere:quibus mortuis Attila cum fratre re-
gnare cœpit. Fuit autem ipſe Attila ſuperbus inceſſu:huc atq; illuc circunferẽs oculos:
ut elata potentia in ipſo quoq; motu corporis appareret. Ad hæc bellorum amator:Sed
ipſe manu temperans:Conſilio ualidiſſimus:ſupplicibus exorabilis. Forma breuis: lato
pectore:capite grandiore:Minutis oculis:Rarus Barba:Canis aſperſus:Simo Naſo:tetro
colore:originis ſuæ ſigna præ ſe ferens:hinc puto natam eſſe fabulam : quam nobis ex
hiſtoria gallica pro theſauro quodam nuper oblatam non ſine riſu legimus. Erat in ea
ſcriptum ex Oſtrubaldi Hungariæ regis filia & domeſtico cane natũ Attilam:atq; eius
nefandi concubitus illum ſemiuirumq; canem ſemicanemq; uirum(ut Ouidianum car
men imitemur)manifeſto oris argumento crimen prodidiſſe:quaſi uero non ſatis aper-
te poſteritas ipſa riſerit:quæcumq; olim græcia de minotauro fabulata eſt. Sed ad Hun-
norum geſta redeamus. Quibus eam inuadendæ Italiæ cauſam fuiſſe crediderim : quia
cognouiſſent primo in curſu fœliciter gothis eueniſſe: qui nuper eam terram inuaſe-
rant. In ſpem itaq; maioris potentatus erecti pannoniam:Macedoniam: Myſiam:Acha-
iam:& utranq; Thraciam breui tempore flamma ferroq; deuaſtant. Sed cum Attilæ
conſilia ad inuadendam Italiam ſpectarent:atq; Bledæ fratris:auctoritas expeditionem
ipſam remoraretur.quippe qui longiorem militiam diſſuadebat:factum eſt: ut dum il-
le Budaliam urbem muro cingere ſtudio parat fratris fraude peremptus ſit: Attila ubi
ſuis auſpiciis rem gerendam uidit:iunctis ſibi Oſtrogotis: Gepidis. Marcomannis. Qua
dis. Erulis:& Turingis. Quingentis milibus armatorum germania ex parte populata:
Galliam ingreditur:nec multo poſt in Toloſanis campis magno prœlio ab Ecio patri-
cio & Theodorico ueſogotharum rege uictus eſt:ſunt qui ſcribant ea pugna utrinq; ad
centum octoginta milia cecidiſſe:ipſumq; Attilam poſt ſuorum fugam(ſi acrius hoſtes
inſtitiſſent) de morte ſibi conſciſcenda cogitare cœpiſſe. Verum inſtaurato exercitu ad
priorem ferme magnitudinem per germaniam in Illyricum uenit:breuiq; Tragurium
ſibinicum. Belgradum:Iaderam:Segniam:Polam:Parentium: Emoniamq; expugnat : ac
diripit: Valentiani copiæ inter Arſiam fluuium & Tergeſtinum ſinum factæ ſunt bar-
baris obuiæ:eas Attila minimo negocio fudit. Quæ ita prælio uictæ ſeſe Aquileiam re
ceperũt. Progreſſus Hũnus Aquileiã:quũ appareret opulentam ea tẽpeſtate urbẽ haud
facile capi poſſe eam obſidione cingere pergit : atq; reliquum patriæ ferro & flamma

fœdiſſima interim populatione uaſtat. Sub tam periculoſi belli initia magnam mortalium uim ex continenti in inſulas: quæ plurimæ ſinu Adriatico iacent: confugiſſe fama eſt. Hic uero referre libet: quod de euerſione Aquileiæ a ſcriptoribus admodum paucis accepimus: ac primum illud inter omnes ferme conſtat: obſidionem ipſam in tertium annum dilatam: quod pene incredibile dictu eſt: ut urbs: & ſi non ignobiles non tamen opulentiſſima: quippe quæ nullum unquam imperium habuiſſet: immo ne libertatem quidem quando ad eam diem Romanis armis paruiſſet: quingenta & amplius barbarorum milia tam diu ſuſtinuerit. Quum paucis ante annis urbs ipſa gentium domina a Gothis & uiribus & numero hunno inferioribus capta & direpta fuiſſet. Sed ſitum loci fuiſſe crediderim & natura & humano ingenio ad omnes hoſtiles conatus arcendos longe munitiſſimum. Cæterum ipſam maris proximitatem non parum contuliſſe ad leuandam obſidionem credibile eſt: qua parte auxilia & comeatus undiq; obſeſſis interim ſubuehi potuerunt. Conſtans phama eſt: uti libro primo diximus: & ſi auctores rei non quales uelim habeo: per id tempus Hunnii Arcem Attilæ iuſſu militari opere communitam: unde & loco nomen inditum eſſe affirmare auſim: nam Hunnium dicendum potiuſq̄ utinum contenderim: ut factum ſit nomen ab Hunnis. Quorum rex Attila fuit. Verum procedente tempore (quod uulgi incuria euenire ſolet) quod prius Hunnium dicebatur. Vtinum dici cœptum eſt. Nec me mouet ridiculum quorundam commentum: qui tenent Vtinum panonica lingua neſcio quid ſignificare ad molitionem attinens. Quum neq; Attila neq; Hunni pannones eſſent. Sed ſcythæ: ut diximꝰ: uerum hæc omnia primo libro copioſius tractauimus: uenio nunc ad obſidionis euentum. Tradunt quidam nec hi quoq; ſatis illuſtres per id tempus aquileiæ Menapum quẽdam cum Orico fratre ſiue: ut alii ſcribunt. Arico præfuiſſe. Qui quum diu urbem Concordi imperio tutati eſſent: ſiue longioris obſidionis tedio: ſiue quod magis credo rerum inopia: ſiue quod fieri potuit in maiorem ſpem erecti: Quippe quibus ob diuturnam: & quaſi ſegnem obſidionem hoſtis uileſcere cœpiſſet: omnibus copiis conſtituunt cum hoſte confligere decem armatorum milia in aciem deducta dicuntur: nec hunnus detractauit pugnam: Quippe qui hoſtem numero ſibi imparem cerneret: uerum quia ex paucitate ipſa apparebat deſperatione potius quã ſpe ulla uincendi in aciem deſcenſum cautius ſibi confligendum ratus omnibus diligenter proſpectis Barbarus in hoſtem uadit: aiunt in his campis: ubi nunc Mereti uilla eſt eſſe dimicatum: atq; ex ipſo euentu pugnæ nomẽ loco inditum. Quod haud ueriſimile uidetur: ut tam infirma manus aduerſus inuictam aciem tam longe ab urbe: quæ interim obſideretur: proceſſerit. Sed ſiue hoc loco: ſiue alibi: quod magis credo pugnatum ſit. Conſtat primo congreſſu tanto odio & ira eſſe utrinq; concurſum: ut multa hominum milia momento temporis conciderint: atq; ex ipſa fœdiſſima hominum ſtrage uberrimos ſanguinis riuos mediis campis fluxiſſe. Sed cum utrinq; impigre dimicaretur: accidit: ut ipſi duces facti ſint ſibi obuii: qui neutro alterum refugiente continuo conuerſis in ſe haſtis confligunt: quo congreſſu phama tenet Attilam equo deiectum in ſummumq; diſcrimen adductum: ac facile eo die tantorum malorum caput interire potuiſſe: niſi ab Hunnis: & his: qui proximi erant: defenſus: continuoq; equo impoſitus fuiſſet. Magnus undiq; huc concurſus factus eſt: ac maius: atrociuſq; prœliũ q̄ alibi circa duces ipſos cõmiſſum. Sed dum ea parte: qua plurimũ laboris erat ipigre Oricus pugnat: graue uulnꝰ accipit: quẽ Pugna excedentẽ: ac cruore reſperſum quũ infirmæ & iãdudum per ſe fluctuantes manus uidiſſent: illico terga uertunt. Inſtat Barbarus: nec fudit: fugatq; tantum. Sed paſſim quoq; palatos hoſtes obtruncat: Menapus neq; adhortationibus neq; minis ſemel fugatam aciem in pugnam reuocare poteſt. Fortuna igitur inclinãte: quod unum potuit: ſummi ducis præſtitit officium: extremo enim agmine pugnans ferociſſimumq; hoſtem excipiens ſuo periculo fugientem ſuorum aciem uſq; ad mœnia tutatur: fuiſſetq; ſub ipſum ingreſſum pro portis cum periculo laboratum:

hoſtiſq; ciui mixtus forſitan urbẽ irrupiſſet:niſi ab is;qui præſidio ciuitatis relicti erãt:
e mœnibꝰ uis telorũ ĩgẽs ĩ hoſtes cõiecta eſſet.Quare barbari:& cæde:& pugna: pariter
abſtinuere:multa hoium multa utriq; occubuerãt;Attila ſuos oẽs ſepulchro dedit.Idem
& Menapus fecit:paucoꝝ dierũ Induciis ad id ipſum impetratis.Interim uero poſt tantã
ſuoꝝ ſtragẽ deiectꝰ oĩ ſpe Menapꝰ tuẽdæ ãpliꝰ urbis Oricũ grauiter uulneratũ cũ ĩfir-
ma manu in proximam maris inſulam mittit.Ferunt eam olim Malgradum dictam:in
de uero Gradum.Eo ſub ipſum.Attilæ Aduentum uxores.Liberos:ſenes:præcioſamq;
omnem ſupellectilem ab aquileienſibus miſſam:ſcripſerunt quidam.Paucis inde interie
ctis diebus Attila ſtructa acie pro mœnibus urbis aliquandiu ſtetit:ubi uero hoſtem ad
pugnam elicere non potuit:illico iubet uineas:aggeres:Turres: aliaq; opera bellica in
muros urbis erigi:quaſi noua uia:ubi alia ratione non poſſet hoſtem aggreſſurus:& Me
napus nocte:quæ diem illum ſecuta eſt:diſpoſitis per Turres & propugnacula in ſpeci-
em armatorum ligneis ſimulacris cum his: qui ſecum ſubſederant : ſilentio noctis gra-
dum tranſmiſit.Orta luce Hunnus iubet machinas mœnibus admoueri.Interim ferũt
quendam regi nunciaſſe ſe pro comperto habere urbem omni præſidio deſtitutam.idq;
ſe ex eo coniectare quod aquila proximo ſimulacro impune ſediſſet. Suut qui ſcribant
Attilam Ciconiæ augurio confirmatum:quum tedio longioris obſidionis infectare ab
ſcedere inſtituiſſet . Conſpicatum aiunt fuiſſe Ciconiam pullos ſuos:quaſi alio migra-
turam extra urbem deferentem:atq; ex eo futuram ciuium fugam auguratus in incœ-
pto perſtitiſſe.Quum itaq; deſertam eſſe urbem appareret:iuſſit continuo ſigna inferri:
Atq; hoc maxime modo Aquileia urbs nobiliſſima capta:& euerſa eſt.Nam ubi barba-
rus ingreſſus eſt eam ſuis diripiendam præbuit. Præda uero haud tanta fuit: quantam
hoſtes animo concœperant.Nam:ut diximus præcioſiſſima quæq; ſub hoſtis aduen-
tum in proximam inſulam delata fuerant.Non deſunt tamen qui ſcribant : & ciuium
& omnis opulentiæ fuiſſe refertam urbem;quum direpta eſt:proſtitutaſq; uulgo fuiſſe
fœminas. Quarum una quum cerneret uim pudicitiæ ſuæ paulopoſt illatum iri : ne
eam impune amitteret:ſeſe ex ædito loco in ſubiectum flumen præcipitem dederit.Cæ
terum ignis iuſſu regis paſſim ædibus iniectus eſt:ac momento temporis urbs clariſſi-
ma incendio abſumpta. Hic lector uelim te parumper humanarum rerum conditio-
nem conſiderare.Quamq; ſtulte homines faciant:qui hæc terrenarum rerum ornamen
ta;uelut imperia:opes:magnificoſq; urbium apparatus:tanquam perpetua : & omnino
ſtabilia bona laudant:mirantur & extollunt.Ecce uel ex hoc:quod dicam contemplari
licet:quanti ea omnia ſint facienda.Vno ferme eodemq; tempore Roma gentium do-
mina amiſſo imperii fulgore ignominioſe capta:ac direpta ſolitudinis: & ruinæ plena
ſuo Auguſto ſolo:uelut Priamus ille ad aram hercei Iouis miſerabiliter concidit:nec in
terim illi:aut prouinciæ:quas domuit:aut Reges:quos in triumphum duxit.aut ipſa ue
tus geſtarum rerum memoria quicquam profuit.Nec Aquileia alterum italiæ lumen
diu illi ſuperſtes fuit.Sed quum maternos cineres indignamq; ruinam attonita ſpecta-
ret:ipſa quoq; non minore clade oppreſſa eſt.De origine ipſius priore libro abunde di
ximus;uerum non ignoro fuiſſe quoſdam e numero ignobilium ſcriptorum:qui tradi-
derint Aquileiam ipſam Roma longe antiquiorem:æqualemq; Patauio Altino: & Con
cordiæ;quippe quas uno ferme tempore a Troianis:qui cum Antenore uenerant con-
ditas affirmare audeant . Quod an uerum ſit:quum Liuium audiuerint:ipſi uidebunt.
Verba Liuii ſuperiore libro:quum de Gallorum eruptione in hanc patriam loquere-
mur:recitauimus.

M.AN.SABEL. DE VETVSTATE PATRIAE .LIBER QVARVS INCIPIT. QVI BELLVM LONGOBARDICVM INSCRIBITVR.

c

Ogitanti Mihi. Atq; ſæpius animo reputanti calamitoſã illa Hun
nici belli tempora dubitatio quædã nõ parua occurrere ſolet: ſie
nc ue℞ illud quod uulgo dicitur: nullũ eſſe tam grauem caſũ nul
lum tam acerbũ fortunæ uulnus: quod non tacita quædã latentis
boni comitetur neceſſitas. Ego & ſi illud cuiuſmodi ſit affirmare
nõ auſim: neſcio tamẽ quo nã modo ex his: quæ tẽpeſtate illa eue
nere: cõiectare: atq; colligere ſoleo: adagiũ illud haud oĩno carere
ratione: nam ſi quis hinc accerbiſſimos illorũ tẽporũ caſus: incen
dia: clades: urbium excidia: & reliqua mala: quæ hæc uenetæ terræ ora ꝑ id tẽpus perpeſ
ſa eſt: ſuſpenderit: inde uero Auguſtã unius urbis originem: quæ Romano cadente Ipe-
rio uelut diuina quadã ꝓuidentia naſci uiſa eſt: ut eſſet ubi meliore fato illud ſua ſede
depulſum: ꝑpetuo quieſceret. Is certe intelliget lucem hãc: quæ tenebras illas ſecuta eſt:
nõ æquilibrium tantum facere: ſed præpõderare etiam omnibus malis: quæ ex tẽpeſta-
te illa fœdiſſima orta ſunt. Nam ſi nomen: gloriã: diuitias: potentiam: ſuſpicimus: hæc
enim ferme ſunt: quæ mortales mirari ſolent: quid aquileia: quid Concordia: quid alti-
num: quid uniuerſa Venetia tunc habuit: quod cum unius uenetiarum urbis ſplendore
opulentia: & imperio comparare poſſimus? Fuit (fateor) tunc aliquod uenetæ gentis no
men: ſed non tamen uſq; quaq; celebre: aut multis notum: quippe quod ne uniuerſa qui
dem italia adhuc bene noſſet. Nunc contra nulla eſt tam remota tellus nulla tam Bar-
bara natio: ad quã ueneti nomĩs fama non peruenerit. Tranſeo maris imperium: Tot ꝓ
uincias: tot urbes: tot clariſſimas inſulas: quot illorũ hoc tempore parent imperio. Trã
ſeo quoq; res terra mariq; geſtas: quæ plane arguunt: aut nullum aliũ ad hunc diem po
pulum: aut certe hunc unum extitiſſe: q per oĩa Romanæ gloriæ & uideri & dici poſſit
æmulus: quod quũ ita ſit haud ſcio an bene actũ fuiſſe cũ hac patria & reliqua uenetæ
terræ ora per id tẽpus dicendũ ſit potiuſq̃ mali quicq̃ accidiſſe: quando eam bellorum
tempeſtatem perpetuum lumen non tantum his terris: ſed uniuerſæ etiam Italiæ pepe-
riſſe manifeſte conſtet. Sed qua id ratione contigerit: non ab re fuerit ĩ prima parte hu
ius quarti libri breuiter enarrare: quod ſane faciam: ſi prius pauca de his: quæ ab hun-
nis poſt aquileiæ euerſionem in patria geſta ſunt: retulero.

c

Apta Et Euerſa Aquileia continuo Hunnus Concordiam uerſus mouet. Rege
bat per id tempus eam urbem Regulus quidam Ianus nomine. Is audito aqui-
leiæ excidio ratus: quod erat hoſtem non multo poſt affuturum ariadnam cõ
iugem cum Regia gaza in proximas maris inſulas præmiſit: ipſe urbis præſidio eſſe uo
luit: quæ ab hoſte ferociſſimo breui capta & incẽſa eſt. INDE Altinũ: & alia plæraq; ue
netæ oræ oppida direpta: ſoloq; æquata ſunt. Per id tempus aquileienſes (ut diximus)
Gradũ cõmigrarunt. Concordienſes crapulas: altinates Torcellum. Maiorbium: & amo
rianum. Patauini cum ſacris & præcioſa ſupelectile Riuumaltum tenuere: in medio fer
me uenetiarum locus ille eſt hoc tempore. Hic patria urbis facies conſpici cœpta eſt:
ædibus in ſpeciem noui oppidi nõ temere diſpoſitis: magnus undiq; in eum locum fa
ctus eſt concurſus: ingens nobilium manus uelut in nouam ciuitatem euocari cum li-
beris ſacris: præcioſiſq; rebus conuenere. Septimo calendas aprilis iacta fuiſſe prima ur
bis fundamenta ſcripſerunt quidam: in quibus eſt Laurentius monachus patria Vene-
tus. Nec ex ignobili colluuione gentium: quod in magnarum urbium originibus ſæpe
eueniſſe conſtat: noua ciuitas cõflata eſt. Si quidem uti quiſq; tum præpotens: ac ualde
Nobilis fuit ita ante alios Hunnum reformidans: quippe quem nobilitati infe-
ſtiſſimũ nouerant: fugã occupauit: nouæq; urbis tutiore loco ædificandæ auctor fuit.

Verum quia plane conſtat:qui fuerint Venetiarum condtores locus ipſe poſtulat:ut de
eius gentis origine aliquid altius repetamus. Venetos Troiana ſtirpe ortos eſſe:auctor
eſt Cato. Liuius Henetos ex paphlagonia ad Troiam militaſſe ſcribit:qui amiſſo Pyle-
mene duce Antenorem in Italiam ſecuti ſint. Pulliſq; ſua ſede Euganeis ex eo: ſcilicet
ſolo:ubi nūc eſt Patauium mutata littera Henetos cum Troianis Venetos appellatos:
quidam uero auctores ſunt Venetos ab Heneto rege dictos : qui ex illyrico profectus
eam oram:quā poſt ueneti tenuerunt:occupauerit. Strabo gallicam eſſe gentem Vene-
tos autumat ea coniectura adductus:quod ueneti ĩter Belgas rei maritimæ gloria olim
illuſtres fuerint:cum quibus. C. Cæſar ĩ Britaniam primo traſmiſſurus maritimo prœ-
lio cōflixerit. Sed Liuii uerisimilior ſententia eſt: quū conſtet Venetos Adriatici ſinus
accolas ipſam orā tenuiſſe anteq̄ gallica gens ulla in italiam tranſierit:quod ſi ita eſt uti
Liuius ſcribit Venetiarum origo ad Troianos:& Latinos referenda eſt: Pataui ab Ante-
nore ſunt. Aquileienſes & cōcordienſes: qui ex proximis inſulis in nouam urbē migraſ-
ſe dicuntur Latini & Romani coloni fuere. Primi eius urbis magiſtratus Tribuni fue-
runt:ut idem Laurentius tradidit. Verum ciuitas libero iure & ad imperandum nata cō
tinuo rei maritimæ ſtudio pollere cœpit:breuiq; eius opus in tantum creuere : ut mari
terraq; ſinitimis terrori eſſent. Procedente tempore eorum imperium adortum propa-
gari cœptum:multaq; in dalmatico ſinu epiro & uniuerſa græcia:quas prouīcias proce-
dent tempore ſuæ ditionis fecere:& in ora pontici maris nō pauca geſſere:moxq; ad Ta
naim uſq; Veneta arma promot a ſunt:rurſus & in Syria per ſe non pauca:multa quo-
q; ſociali bello ab his geſta refe runtur. Nota ſunt Federici Imperatoris tempora:quem
nauali prœlio uictum:captumq; ad Apoſtolicæ ſedis obſequiū retraxere:nota & illa in-
clyta uictoria circa Clodiam:qua genuenſium uires demum acciſæ ſunt. Tranſeo mille
alia:quæ tum ſua materia:quæ ardua & ſublimis eſt:tum etiam rerum copia & ampli-
tudine eximium quoddam:&(ut ſic dicam)ſupra humanum exigerent ingenium: ut di-
gne ſcribi poſſent:non autem tenue & aridum:quale me a natura ſortitum fateor. Sed
cum plura & ampla ſint:quæ de inuicta ipſius urbis potentia dici poſſunt:illud clariſſi-
mum & memoria digniſſimum uidetur:quod quattuor:& uiginti annos Maomethum
potentiſſimum Turcarum imperatorem duobus euerſis imperiis regibus non paucis
ſuo regno pulſis prouinciis quoq; pluribus ſubactis ſuperbientem procul italia:ad cuiꝯ
imperium anhelabat ſuis uiribus ſuis arcuere. Sed noſtri conſilii non erat ad res uene-
tas diuertere:uerum quia locus ipſe poſcere uidebatur:ut aliquid de Venetiarum origi-
ne diceremus:hæc breuiter &:ut ſic loquar curſim attigiſſe contenti erimus. Nunc ad
Attilam redeamus. Domita itaq; uenetæ terræ ora Attila flagellum dei ſe ad terrorem
hominum uocitans: Vicentiam: Veronam: Mediolanum:& Ticinum pari clade affligit.
Cæterum his geſtis. Quum Romam uerſus infeſtis ſignis moturus eſſet: Leo pontifex
res Italiæ miſeratꝯ circa Mincii & padi cōfluentē ſit illi obuius: Hic Alarici exitu ꝓpo-
ſito:quod ſtatim capta urbe defunctus eſſet:ne ultra ꝓgrediat & ꝯmonet & orat:optem
perat Pōtiſicis optimi cōſilio:& monitis Attila. Ferūt ea cā in primis morū:ut illi obſe-
q̄ret:qđ ad colloqū cōgreſſꝯ uiſꝯ eēt ſibi Attila cerner duos uiros ſtrictis gladiis ſuo capi
ti iminere:atq; ſibi iteri mortē minitātes:niſi pōtiſicis dicto obediēs eēt. Petrꝯ & Paulꝯ
Apoſtoli fuiſſe crediti ſūt. Inde itaq; digreſſꝯ attila pānōiā repetit:ubi nō mlꝰto pꝯ cū ia-
ctabūdꝯ diceret ſe rurſus italiā uel maior clade iuaſuꝝ fluuio ſāguis enaribꝯ nimia cra-
pula manātis cū Ildicone uxore cubās ſuffocat. Eadē nocte:q̄ Attilla extinctꝯ ē. Mar-
tianꝯ ꝑ quietē(quū Cōſtātinopoli eēt)imaginatꝯ ē arcū Attilæ fractū ſe cernet. Poſt At
tilæ mortem paucis interiectis annis. Zenone:qui orientis imperium per id tempus te-
nebat:perſuadente. Theodoricus Gothorum rex:qui loca Conſtantinopoli proxima in-
feſtans omnibus terrori eſſe cœperat. Ex Thracia cum coniugibus:& liberis:cumq; re-
bus omnibus per ſirmium: & illyricum in italiam tranſiit. Odoacri copiæ illi in hanc
terram irrumpenti circa ſontium amnem occurrerunt : quas magno prœlio Theodo
ricus fudit : quidam tradunt odoacrum ipſum hucuſque pergreſſum. Regebat per

id tempus italiam Odoacer Tyrannico more : quippe qui tumultuaria declaratione
ab exercitibus:qui in italia erant aduerſus terrorem Attilæ comparati Dux appellatus
eſſet:ſuſis:ut diximus ad ſontium Odoacri copiis Gothi urbes proximas oppida.& bre-
ui quicquid Hunnica rabies non abſumpſerat populi Rauennã cõtenderunt: ubi Odoa
crum aliquandiu obſeſſum:inde in ſuam poteſtatem redactum occidunt. Theodoricus
autem:& poſt illum Gothi ſub diuerſis regibus italiam annis circiter ſeptuaginta te-
nuere.ultimus Regum omnium Totilas fuit:quem & ipſum flagellum dei appellatum
accepimus:quod in urbem Romam:& uniuerſam Italiam atrociſſime graſſatus eſſet.
Hunc Narſes quidam a Iuſtiniano in italiam miſſus uicit:& occidit.Nec multo poſt Te
ias Gothorum dux ab eodem Narſete uictus eſt.Qua clade accepta oſtrogotharum gẽs
penitus interiit.Veſogothæ autem in hiſpaniam cum Alanis prius cõceſſerant:ubi duæ
gentes adeo Coaluere:ut ex duobus nominibus factum ſit unum.Cathelani.n.dicti qua
ſi Gothi alani.Nec multis interiectis annis longobardi qui(ut pius põtifex tradit)a lon
gitudine Barbæ dicti ſunt.Non deſunt tamen:qui aliam afferant interpretationem in
italiam erupere.Ii ex ſcandinauia inſula germanici Oceani oriundi ſunt. Nam qui pri-
mum inde profecti ſunt diuerſis acti erroribus:in pannonia tandem conſederunt : ubi
duobus & quadraginta annis ſedes habuere:hinc a Narſete cuius ſupra mentionem feci
mus exciti Alboino rege in italiam tranſmiſere.Ferunt hunc Narſetem:quum de impe
rio deq; ipſo italiæ ſtatu optime meritus eſſet:quippe qui Gothicum nomen deleuerat
immenſoſq; Barbarorum exercitus:aut ſtrauerat: aut procul Italia arcuerat : ab inuidis
lacerari ſolitum:litteriſq; & falſis criminationibus apud Sophiam iuſtini uxorem:quæ
Orientis imperium ob coniugis dementiam adminiſtrabat. Ea uero uti fœmina : quæ
ſua natura credula eſt:& ad odium prona:eum ex italia cum ignominia uerborum ad ſe
uocat:ſcribens iam tempus eſſe:ut eunuchus ad lanam:& penſa rediret. Ea iniquo ani-
mo ferens Narſes reſpondiſſe fertur ſe talem orſurum telam : quæ inextricabilis ſuis
æmulis eſſet.His itaq; commotus Alboinum undecimum longobardorum regem in
Italiam per legatos acceſſit:ad quod facinus:ut facilius traheret:phama eſt Narſetis le-
gatos ſuauiſſimos ex Italia fructus ſecum detuliſſe:ac nunciaſſe Regi earum frugum
genitricem eſſe terram in cuius poſſeſſionem uocaretur. Proinde Narſetis nomine re-
gem:& ſuos properare iubebant:ſi rapa:& ipſa Pannoniæ ſterilitas a Longobardis deſe-
ri poſſent.His itaq; Alboinus necnon ſpe futuræ ſocietatis erectus(quippe qui antea
Narſeti fœdere iunctus fuerat:auxiliaribus.n.longobardis(ut Paulus diaconus ſcribit)
Narſes Gothorum gentem magno prælio uicit:quos in Pãnoniam multis militiæ præ
miis ornatos remiſit: ingenti Barbarorum manu per Sirmium in Italiam tranſcendit.
Per id tempus grauis peſtis tota ferme Italia.Sed in Gallia ciſalpina grauiſſima orta eſt:
multaq; prodigia facta ſunt:nam & acies quædam igneæ cruore madentes cœlo appa-
ruere:Niuis præterea uis tanta in imos campos deiecta eſt quanta nunquam alias.Tota
itaq; Venetæ terræ ora ſub ipſum aduentum in poteſtatem redacta: Continuo Alboi-
nus Giſulphum nepotem ſuum Foroiulianæ prouinciæ cum ualida hominum manu
præfecit:ducemq; Foriiulii declarauit:uulgus tenet:quod & paulus diaconus affirmat:
forum Iulium fuiſſe quod nunc peculiari nomine Ciuidatum appellant.Omiſſis igitur
quæ a Barbaris ipſis ducentorum & amplius annorum ſpacio in reliqua Italiæ geſta
ſunt:de his quæ eorum duces intra patriæ fines geſſerunt ordine dicemus.Scribit Plati
na Italicum nomen ea tempeſtate deleri potuiſſe : niſi afflictis rebus ſanctiſſimi uiri ſuc
curriſſent:in quibus Paulus Aquileienſis Antiſtes certe habendus eſt:qui Alboinum Ita
liam ingreſſum longe mitiorem:q̃ illius natura pateret ſuis reddidit. Scribunt quidam
hunc ipſum Paulum ex Aquileia cum theſauro eccleſiæ Gradum tranſmiſiſſe : quam
nouam Aquileiam appellauerit.Giſulpho autem Foroiulianum ducatum obtinente:
Helias:qui uno Probino interiecto ipſi Paulo patriarchæ cuius proxime mentionem
fecimus:ſucceſſit in hæreſim lapſus eſt tria Calcidonienſis conuentus Capita non reci-
piens.Verum errorem ſuum nõ multo poſt faſſus ad officium rediit. Inde Pelagi pon-

tiſicis pmiſſu cõuẽtum uiginti epiſcopoꝝ habuit:quo Gradẽſis eccleſia toti⁹ Venetiæ
metropolis declarata eſt.Hunc aiunt utilẽ epiſtolã a pelagio accepiſſe:ꝗ diu⁹ Gregori⁹
quum adhuc Cardinalis eſſet:ſcripſerat Pius põtifex hæc oia ad ſeuerum Patriarchã.ꝗ
heliæ ſucceſſit:refert.Poſt cui⁹ obitum Aquileienſẽ eccleſiã diuiſã eſſe ſcribit.Giſulpho
duce Ioãnẽ Aquileiẽſi eccleſiæ ꝑficiente:Põtifice uero Claudianũ gradẽſi.Sed alibi Cã
dianũ ꝓ Claudiano.& ſiſulphũ ꝓ Giſulpho ſcriptum reꝑio.Sed ſiſulpho male uertit:ꝙ
auſus eſſet reꝝ ſacrarum adminiſtrationẽ uſurpaꝛ:nã p eos dies:qb⁹ ita ſacrilege ne im
pie dicã operatus ẽ:Cacanus auarum rex ex Norico in Italiã trãſcẽdit.cui cum ſiſulph⁹
magna ſuoꝝ manu obuiã ꝓceſſiſſet:ab hoſte magno ꝑlio ſuperatur & occiditur.Rho-
milda eius uxor cum Grimoaldo & Rhodoaldo adhuc pueris(Thaſſo enim & Caco iã
adoleſcere cœperãt)nec nõ cum his:ꝗ ꝑlio ſuperãt: Intra foroiulii mœnia ſe tenuit:ꝗ
audita ſiſulphi cõiugis morte ſtudioſe cõmuniuerat .Nec tãtum id oppidum Lõgobar-
di tueri parãt:Sed Cromonẽ etiã:Hemas:Oſopiũ:Arteneã:Rheuniã: Glemonã:& plæra
que alia loca ad omnes hoſtiles ĩpetus ſuſtinẽdos cõparata:Auares ĩteri hoſticũ ĩgreſſi
oia ferro & flãma populãť:atq; Forũiuliũ ipm ducalẽ ſedẽ obſidiõe cingũt:Apparebat
ĩteri lõgobardoꝝ res ĩ tuto fore:niſi unius fœminæ ĩmoderata libido publicã fortunã
ꝑcipitaſſet.nã dum forte Rhomilda hoſtẽ mœnibus ob eqtãtẽ cõſpicata eſſet:eius for
ma & uigore capta ĩtẽpans fœmina oppidi deditionẽ pollicet.ſi ſe ĩ uxorẽ duceret:nõ
recuſat cõditionẽ barbarus.Sed p ĩternuntiũ dat:illi fidẽ ĩ futuras nuptias.Tradiť itaq;
oppidũ hoſti: qđ illico dato ſigno direptũ ẽ:emiſſaq; oppidanorũ turba pluribus locis
ſubiectus ignis momẽto tẽporis oĩa miſerabili ĩcẽdio abſumpſit.ita ut ne ueſtigia qdẽ
loci ulla hoc tẽpore extent.Hæc Pius põtifex. Quæ ſi ita ſe habẽt Paulus diaconus qui
Aut quos ſub niuea famulantis ueſte miniſtros.
Sed quo iam retro capimur:quæ obliqua ſacrorum
Hanc geminos inter fluctus ſibi uendicat aram — Blaſii
Relligio:aut quales ſurgunt a fronte penates — ædesgræ
Cœlicolum regi:ſed cur altaria cultu — co cultu
Cur auro gemmiſq; uacant:ingrata uetuſtas — celebrata
Cur non Dalmatico ſplendent hæc templa metallo: — Dei pha
Quem magis altus honos decuit:ſed nuda tonantẽ — num.
Nuda iuuat pietas:litat hæc non cultus & ara.
Sed mihi quis fletus infantum perculit aures.
Quæ miſeranda manus puerorum hæc curua recurſat — Publica
Atria:ſcire uetor:rapiorq; per acta uiarum: — pietas.
Nec ſatis agnoſco campo qui cultus aperto
Comminus aſſedit thrax lingua hic:graius amictu. — Io.brago
Nec propiore tholo multo mihi notior ore eſt — lani ædes
Ille acri qui uectus equo:pietatis amore: — Martini
Ignaruſq; doli:ſua pallia diuidit orco. — ædes.
Prouehor in boream:gelidamq; Licaonis arcton.
Ecce iterum immenſi genitrix ueneranda tonantis: — Cœleſti/
Se ſe offert gremio centum complexa miniſtras. — næ uirgi
Glauca ſub extremis qua mœnibus æquora rauco — nis ædes.
Murmure diſſiliunt:contra lux trina coruſcat — Trinita/
Vlteriore ſolo:natiua ueſte quis ille eſt — tis ædes.

Stigmata grata gerens:cui circunfuſa miniſtrat
Franciſci Turba frequens exuta pedes:& fune recincta.
phanum Q uot ſimul oebaliis terris quum bruma cohercet:
Perq; numæ ſiluas denſæ coiere palumbes:
Aut quum ſeuit hyems paſſim per ſtagna: lacuſq;:
Aequoreæ glomerantur aues:lentaq; ſub umbra
Accubat æſtiuis ouium grex appulus horis:
Tam numeroſa manus pergrata ſilentia ſeruat
Paſtoris decreta ſui:cultumq; propagat:
Iuſtinæ Hæc quæ uirgineo frontem uittata decore
ædes / & Inde auerſa ſedet: ſtadio ſubmota uirenti:
uirginũ Nota mihi facies:ſacris operata ſacerdos
Plurima:perq; uices ſolennibus incubat aris.
Vicus ta Vel quæ hæc ante oculos dextra leuaq; recluſis
bularius Porticibus piceæ diſſectaq; robora paſſim
Materies proiecta iacet:quæ turba pharetris
Stadium Certat itureas ſumptis imitarier artes:
ſagitta/ Eſt domus an potius ſunt hæc penetralia diuum
rium. Porro æquata polo:gemini faſtigia fratres
Alta tenent:ſed ferri acies intenditur illis.
Infandas inhibete manus:neu perdite ſæui
Inſontem ſobolem:iam iam pietatis amore
Ioãnis & Optat uterq; mori:cœloq; admota rependunt
Pauli Supplicia:alternum ſydus fulgebit uterq;:
ædes. O merito proles cœlo ſpectanda:quid ultra
Vana therapneos miratur Græcia fratres.
Martigenas quid Roma ſuos:acheronta recluſit
His ſua cuiq; dies:at uos conuexa tenetis
Sydera:uos pedibus lunam calcatis & aſtra:
Sed cui calcidico late hæc pendentia ſaxo
PetriMo Mauſolea uacant:quando huc aut unde relatæ
zenici ſe Exuuiæ:phrygios arcus/ſcythicaſq; ſecures
pulchrũ. Aſpicio:ſed ſcire nefas:quo ex hoſte trophea
Hæc ſint:aut quales paſſim pendentibus umbræ
Collegiũ Claudantur tumulis:quis plenis caluus inerrat
Marcea/ Porticibus cœtus nigranti cultus amictu?
nũ & ei9 Heu quæ flamma nocens hæc aurea tecta ꝓphanis
incendiũ Poſtibus inuaſit:nocturnæ occurrite peſti

Ferte citi lymphas:iactatis ordine ſaccis:
Inualuit ſed dira lues:heu damna meorum.
Artis apelleæ quantum nox abſtulit una:
At meliora adſunt:late tenet improbus ignis
Omnia:nec deeſt in medium qui conferat aurum:
Quiqꝫ trabes & ſaxa ferant:en altera rurſus
Mœnia:& aurato ſurgunt faſtigia ſaxo. Aedesuir
Nec procul hinc geminæ conſurgunt uirginis aræ: ginis co-
Quarum dextra ſitu:ſaxoqꝫ exeſa uetuſto: gnomẽto
Stat rudis aſpectu:nec quem poſt terga reliquit nouæ.
Agnoſco diui faciem:nec notior ore eſt Canciani
Hic qui doctiloqua meditatur murmura lingua. ædes.
Aurea uerba ſonans:aſt hæc:quæ leua recumbit Io. Chri-
Virginis ara recens:pro quanto aſſurgit honore ſoſthomi
Quid ſibi uult hominum ſubitus cõcurſus eodem? ædes.
Quid chorus iſte recens? congeſtaqꝫ munera totis
Poſtibus:arridet ſpartano blanda metallo Miraco-
Frons procul:hãc libycæ cõmendat purpura uenæ. loꝝ ædes
Niliacuſqꝫ lapis:phrygiuſqꝫ:& quicquid ethruſco
Littore Luna ſecat:ſecuitqꝫ argiua caryſtos.
Sed rapimur dum plura ſequor:quæ graia ſacerdos
Vicina regione ſedet uittata capillos:
Pallenteſqꝫ affecta genas:pallamqꝫ recincta. Marinæ
Nec ſatis ille ſenex notus:cui tempora cana ædes.
Mitra tegit:ſacroqꝫ caput conſurgit honore:
Dulcior affatu:quãuis & murmura linguæ Leonis
Nil triuiale ſonent:iamqꝫ in ſe noſtra retorquet ædes.
Lumina ſyderei mater formoſa tonantis:
Sed quid me feſſum rapiunt hinc fata retrorſum: Mariæ
Obiiciturqꝫ procul iuuenis:qui nuda reuinctus formoſæ
Membra iacet mediis flammis:nec dira recuſat ædes.
Supplicia:admotumqꝫ rogum non ſentit:honore Lauretii
Percitus arcano:hinc oculis:hinc pectore toto phanum.
Pendet:& admotas non reſpicit ore miniſtras.
Accubat ardenti:ſuras nudatus & ulnas:
Contectuſqꝫ humeros uentriſqꝫ extrema rigenti Io.Hiero
Cortice:demiſſi cui ſunt pro ueſte capilli. ſolymita
Nimirum hic ille eſt celebrat quem maximus orbis. ni ædes.

Q uiq; tuis caſtum fatorum conſcius agnum
Iordanes immerſit aquis:uox ferrea mundo
Inclamat properate uiri ſit ſemita regi
Vndiq; aperta ſuo:ſed quid crucis agmen ad aras.
Conſpicor armiferum:uel quæ manus impigra circum
Excubat/an nunquam ſtatio hæc tam fida remittit.
Heu nimium ſegnis quid me mea uota morantur
Per geminos ſcopulos ſurgentia limina diuum

Antonini & ſorbuli ædes.

Huius dextra quatit palmam quatit ille ſiniſtra
Præmia deuictæ per tot certamina terræ:
Fallor an arcanos cœli ſcrutata receſſus
Hæc auis illa potens quæ nunc ſuper ardua mundi

Io. noui ædes.

Præpetibus uolitat pennis/nunc læta relabens
His ſacrata uadis ſibi debita templa reuiſit.
O diuum memoranda domus circũflua tellus
Ecquæ nam ſuperum non his ſimulacra coruſcant.
Littoribus:ſparſis en circum tempora canis

Zachariæ ædes

Fatidicus uates/magnus cui uoce ſacerdos
Proditur ante diem:terris:nunc ſydera pulſat
Vertice & exauſtis uni cadit ida metallis.
Dalmaticumq; latus:chalciſq; undoſa reſedit:
Miratur ſua templa ſenex:miratur honores
Fœmineumq; chorum:& plena ſacraria diuis

Philippi & Iacobi ædes. Ducaria dom9nuper iſtaurata.

Cui ſuper impoſito parua hæc uacat ara ſacello
Aut qualem ante oculos proles alpheia molem:
Suſpicit ex ſummo ſurrecta palatia cœlo
Miratur:quorum late candentia duro
Saxa adamante rigent:falluntq; cacumina ſenſum.
Hic te ſuſpenſum dudumq; incerta mouentem
Marce reor raptum(neq; enim pia credere cuiquam
Arbitror eſſe nefas) liquidumq; per aera uectum
Continuo ante fores aurataq; limina templi

Angelica ſpẽs diuo per quiẽtẽ obuerſata.

Aligeri ſtatuiſſe manus:qui miſſus ab alta
Affuit arce poli:ne te tua fata laterent.
Tum uero ambiguos uiſus per cuncta ferentem
Hærentemq; animo:nec adhuc bene prima tenentem
Limina:purpureo affatus ſic cœperit ore.
Q uid tu ſuſpenſus premis hic ueſtigia:diuum

O cœtus auctore ſenex:lux fida piorum
Ne dubita nil uana uides:tibi nuncius adſum
Sedibus ethereis:teq; hic uentura docebo.
Hæc templi facies quæ marmore ſplendet & auro. Aurea diui Marci ædes
Cuius adacta poló radiant faſtigia graiis
Artibus:& fuluo ſignis diſtincta metallo.
Tergeminaq; procul ſurgens teſtudine pendet:
Tercentum nitidis hinc atq; hinc fulta colũnis.
Cui uenoſa thaſos latus hoc preſtrinxit & illud
Taigetuſq; uirens nec non cerealis himetus. Tẽpli apparatus
Aſpice q̃ uariis ſerpant aſſarota figuris
Sparſa ſolo:quæ ueſtit onyx quæ blandus apiſtos
Molle rubens croceros maculiſq; inſpectus ophites.
Et nomen cui flamma dedit:gyamoſq; thaoſq;
Quid carchedonios precioſaq; nomina mille
Venarum confecta loquor:ſacraria quanquam
Sint hæc digna deo:multum ueneraberis illis
Te poſtes te ſumma colent faſtigia:nulli
Seruiet uſq; tholus plus hic:tibi tota uacabunt
Limina:poſt cineres defunctaq; membra iacenti
Hic tibi certa quies:age nunc tibi fata tuorum
Expediam:cernis uacua hæc ambita uetuſtis
Atria porticibus:ſublimis curia leuam Curia Senatus Venetus
Degrauat:an ſpectas qualis conſederit ordo
Biſcentum coiere ſenes:quos purpura ueſtit
Canicies mento:& tacito uenerabilis ore
Maieſtas:uetus illa fuit:fuit indole talis
Curia quam doctæ quondam uidiſtis athenæ.
Vidit & intonſos talis ſua Roma quirites.
Aſpice ut in medium ſedeant cenſere parati
Quiſq; æqui rectiq; tenax ut cultus in auro
Sublimiſq; trono ſedeat uelut arbiter illis. Princeps Senatus
Purpureus quem uelat honos:cui candida barba
Subnixus ſolio tacite moderatur habenis.
En tibi q̃ nullo ſubeat ſuprema tumultu
Limina:patricius nec ſupplex ambiat ordo. Comitia
Sancta ſed immoto:ſeruet ueſtigia ritu.
Subter ſtrata fori:trepidis ſubſellia feruent Forum

Septa reis:iræ hic regnant:rabieſq;:dolorq;
Ancipiteſq; metus:infandaq; murmura uulgi.
Ima tenent ſontes damnataq; crimina ſeuis
Cācer pu Suppliciis:gemitus cæcis tractæq; catenæ.
blicus Inſultant tenebris quod ſi componere fas eſt
Nomina perpetuis fato debentia rebus.
Sic procul ethereis ſtyx ſedibus atra receſſit
Infernīq; lacus:ſic iam minus improba pœnis
Quāuis dira ſatis conſurgunt mollius arua.
Eliſiis uicina iugis:tuq; impiger adſis
Et mea digreſſus late hinc ueſtigia ſerua
Geminæ Hæ geminæ quarum faſtigia celſa colūnæ
colūnæ Aſtra petunt:ſcelerum diras expendere pœnas
Aſpicient ſontes:toto nec maior in orbe
Iuſticiæ tum cultus erit:ſed ſuſpice qualis
Turris Fulget apes:quantumq; illi ſit ſyderis inſtar
Marcia/ Dum procul igne micat:nec quæ ſubiecta recumbunt
na Sint tibi tecta moræ:late hæc ſine currat & illa:
Porticus:& ſpaciis late diſcurrat apertis
Area:ſed poſtes & puluinaria diuum
Luminibus ſerua:nec quas poſt terga relinquis
Baſſi Baſſanas mirare fores:ſacraria pandit
ædes Naſcenti geminæ tulerint cui nomina ſortes.
Geminia Nomina nunc noctis tenebris īmerſa:ſed olim
ni ædes In medium uentura diem:iam reſpice quales
Almi ſpi Virgo tenet ſedes celebrat quam terra fretumq;
ritꝰ ædes Suſpiciunt quam templa poli:quam tartara rurſus
Effugiunt:eadem multum ſtatione propinqua
Moſſis Miratur laudatq; ſenis pia limina uatis.
ædes Quæ procul æquatis tollunt ſe frontibus ultro.
Mariæ Hæc uetus/illa recens ambæ ſed uirginis aræ.
iubani/ Sed quæ dextra ſedet quam ſupplex turba fatigat
cæ ædes Aſſiduis uotis cumulatq; altaria donis
Fantini Aſſidet huic cuſtos ſuccinctus murice:palmam
ædes Concutiens dextra:ſublimiq; hoſpite gaudet.
His ſubmota locis fluctuq; iniecta triſulco
Maurtii Culmina priſca colet/ſaxoq; inſtructa uetuſto
ædes Maurius:ignotus terris nunc Marce ſed olim

POEMA M. ANTONII SABELLICI.

Genethliacum Venetæ urbis:ad Georgium Cornelium Equitem.
De apparatu Venetæ urbis.Poema unum.
De Vicetiæ ortu/& uetuſtate ſeu Vicentinus Crater.Poema unum.
De Italiæ tumultu.Poema unum.
De domus deflagratione.Poema unum ad Cipicum Coriolanum.
De munitione ſontiaca.Poema unum.
De cæde ſontiaca.Poema unum.
De incendio carnico.Poema unum.
De Barionæ Cymba.Poema unum.
De Hunnii origine.Poema unum.
De inuentoribus artium.Poema unum.
De laudibus diuę Virginis.Elegiæ.XIII.

Inſignem faciet pietas:fouet altera magnis: Angeli
Aliger:ante polos pontumq; & tartara mecum ædes
Mente ſatus pura:rerumq; ab origine prima
Reſpice ut eiectum pedibus premat aureus hoſtem
Victor:& examen librans ſtet pronus in haſtam.
Sed caueas lux fida poli:ne corruat ingens
Turris apex:feriat ue cadens per inania fulmen:
Proxima templa tenet:lapidoſo infringitur imbri Stepha-
Cui iuuenile caput ſolimis deiectus aduſtis ni ædes
Procubuit:morienſq; manus ſeruare nocentes
Vrgentis populi didicit:crimenq; leuare.
At nunc diffuſi carpit pius ille cruoris
Præmia:ſtant aræ:nitido ſtant culmina cultu:
Sacrificuſq; chorus:ſed quæ mora ſegnis inertes
Nos tenet:eia oculis opus eſt:& præpete greſſu:
Huc ades:& diuum quæ ſint prope templa docebo.
Hæcq; amplexa crucis geſtat uenerabile nomen Helenæ
Regibus infeſtum ſtygus/cui nobile flauum ædes
Præcinxit diadema caput:memorabilis olim
Multum prole ſua:ſed phamã culmenq; perennem
Culta dabit pietas:ſtabit ſuccinta miniſtris:
Hoſpicii memor antiqui:uatiſq; propinquis Samue-
Martyris inde aram trinis prope fluctibus udam lis phanũ
Reſpectans:nunc adde gradum:& ueſtigia retro Vitalis
Corripe:& hunc nigro leua qui occurrit amictu: phanũ
Atq; huius dextra perſtringas limina planta. Benedi-
Accelerans ne quære precor:ſunt nomina prorſus cti pha-
Nunc ignota uiris:ſed erunt poſt inclyta terris. num
Collegæ ſecreta tui:nec facta requiras Paterni a-
Quæ contra abducta ſe condunt fronte:per æra ni ædes
Perq; graues ſonitus:properans atq; arcta uiarum: lucæ pha-
Differtas opibus cernes hinc atq; inde tabernas: num
Nobilis aurata qua ſemita currit ab arce: Vic&æra-
Nec te tantarum teneant miracula rerum: rius
Sed diuos mirare tuos:ſedeſq; beatas. Via mer-
(Iam tibi notus erit)uicina ſede propinquus caria
Cui ſubducta uix non grandia templa recumbunt Iuliani
Haud procul aſpicio antiquæ teſtudinis aurum ædes

Saluato	Q uam rerum ſeruator habet:ſtat proximus illi
ris ædes	Exectam qui humeris pellem:ceu pallia:portat.
Bartholo	Non ratibus te ripa frequens:non feruida pontis
mei ædes	Agmina defigant:nec quas germania dites
Empori/	Explicat hinc merces:illinc ſua ſtamina feres.
um ger/	Q uin errata prius repetens tria compita retro
manicũ	Proſpice biſſenis ſacratam fratribus ædem.
Apoſto/	Hinc ſophiæ penetrale ſacrum:campumq; uirentem
loꝶ ædeſ	Q ui iacet ante fores/& qua mox dextra recedit
Sophiæ	Vt uirgo ſtet cincta rotis:iraſq; minaces
ædes	Negligat:& fidens ſolium miretur:& ora.
Catheri/	Virginis ora ſuæ:prohibent hæc dira timere
næ ædes	Supplicia:auxilio ternis ſimul excubat aris.
Mariæ	Diua parens:hinc ſigna mouens uictricia nati:
crucige/	Tercentum inde uiros/pietas quos iunxit aliq;
ræ ædes	Hortanamq; manum:magni hanc tutela gigantis
Mariæ	Arma timere uetat:ſed quis madet uſq; ſupremis
miſericor	Fluctibus:an ſpectas regum hic qui ex ſtirpe creatus
dianæ	Vt miſeras contempnat opes:diademata calcet.
ædes	Cernis & inde ſenem diuerſa in parte ſedentem.
Mariæ	Q uiq; utraq; manu diuina uolumina uerſat.
hortanæ	Ceſſerit ille licet merito tibi magna paranti
ædes ubi	Scribere:& ingentes quiſquis cantauerit actus.
Chriſto/	Et regis monumenta pii:poſt ecce uirentem
phori ſi/	Vendicat ipſa uiro dulcis facundia palmam:
mulacrũ	Et nunc uirgineum propius iam reſpicit agmen
Lodoui/	Sed maius miratur opus:quod ad ubera cernit
ci ædes.	Virginis admotum:coelum qui & cuncta creauit.
Hierony	Hoc ſtupet ille ſenex:non grandia tecta:nec aurum:
mi pha/	Seruitiumq; frequens:pleniſq; altaria donis.
num	Hoc ſtupet aduerſo obtutu marcellus:& oræ
Seruorũ	Arbiter extremæ felix:& iuncta duobus
phanũ di/	Fuſca ſedens diuis:nec non pia cominus unctrix:
uæ uirgis	Flauentes reſoluta comas:tergenſq; capillis.
Marcelli	Q uos ſine fine pedes labrimis rigat anxia ſacros:
ædes	At qui præcelſa ſtat nixus turre ſacerdos:
Felicis	Q uiq; altis obiecta uadis altaria ſeruat:
ædes	Idem olim oebalio:qua carnica regna timauo

Late obuerſa iacent:poſt te tua templa tenebit:	Fuſcæ
Nunc age & hic ſæua inſignem quē compede cernis	ædes
Q uantus erit:nunc ſcire nefas:ſed in aſtra receptus	Magda/
Hiſq; olim terris templo ſacratus:& ara:	lenæ
Vltro aderit:manicas nexis & dura relaxans	ædes
Vincula:dexter/abi & celeri faſtigia greſſu	Herma/
Pontis age exſupera : nec quæ poſt terga relinquis	coræ
Sint tibi teſqua moræ:licet his plus fuderit auri	ædes
Poſteritas opulenta locis:q̄ lydius hermus	leonardi
Voluat:& heſperiis tagus impiger obruat undis	ædes
Nec procul illa ſenis facies toleratibus apta	Cōflato/
Humaniſq; inuicta malis:quæ ſuſpicit arcton:	ria offici
Extremamq; urbis calcat miſerabilis oram	na lactū
Te teneat:nec quæ circum naualia crebro	uocant
Artificum reſonant pulſu non atria:& una	Iobis
Permixtæ pueris luſu glomerante puellæ.	phanum
Sed tu quid dudum ſpectas:quid lumine fixo	Atrium
Reſpicis auratam collegæ immobilis urnam:	Maura/
Iamq; hinc tolle gradū : & qua ſe tibi cernuus offert	nū cū na
Fatidicum cognoſce ſenem:qui turris ad ima	uali
Accubat:& rectam mecum per operta ſecutus	Atrium
Perq; ſalicta uiam: duplicem properemus ad aram	Maura/
Virginis hanc:placitura procis mirabile dictu	num
Lumina cui rapiet cœlo deuota uolenti	Lucæ cō
Virginitas:ne offenſa ruat:iam graia cariſtos	ditoriū i
Sicanio diues meditatur dona ſepulchro.	Iobis
Sanctior affinis longeq; beatior ara:	phano
Cui ſacrata dabit uenerabilis hoſtia nomen.	hieremie
His dare tura focis:diſcreta ſede miniſtras	ædes
Olim cernere erit:nunc denſis ripa ſalictis	Luciæ
Vndiq; operta iacet:nec qui modo ſeperat iſthmus	ædes
Arctior allapſam tethin fluuialibus undis	Corpis
Semper erit:nec cur iam deſinet eſſe requiras.	chriſti
Q uin dextrum potius ſcopulum pes occupet:illic	ædes
Q ua datur apricis ſtatio nunc ardua mergis	Vetus
Immodico ſtipata choro: miranda ſacerdos	iſthmus
Nuda pedes:& reſte latus ſuccincta ſedebit.	iter Cla/
Talis in aduerſa famulātum cœtus arena	ræ & cor

poriſ xp̃i	Per ſtygios geſtata lacus & flumina auerni
ædes	Nunc nitido radiata polo crucis alma fouebit.
Claræ	Signa tenax.nec qui extrema metatur in ora
ædes	Limina:piſcator quondam:nunc incola cœli
& uirgi/	Marce tuum remoretur iter:deſeruiet illi
nium	Q uáuis caſta manus:multuſq; altaria circum
Crucis	Stabit honos:quin ambo aduerſam inuiſimus oram
ædes	Fluminis:& retro ſcopulum per aperta remenſi
& uirgi/	Littora:deuexæ facies hæc parua lacunæ
nium	Diſcimus.ut ſedes diuis mirabile dictu
Andreæ	Vna duobus erit:reddet tamen ampla capacem
ædes &	Religio:caput incanum barbamq; uerendam
uirginiũ	Proſpice nunc uatis palmas mirantis & ulnas
Simonis	Q uæ regem tetigere ſuum:ſed diſcere dignum eſt
& Iudæ	Gaudeat ut luco lætuſq; recumbat in umbra
ædes	Nec ſemper breuis hæc quæ amplectitur area lucũ
Simeoni	Q uum zephyri ſpirant.calamis ſtridebit & ulua.
ædes.	Mille ſimul radii percuſſas pectine telas
Textori	Percurrent ſonitu:nec quæ mox gallia & omnis
us uicus	Daunia tendebũt laſſent tot uellera dextras
	Hic quoq; poſt geminos pontes ſuſpectus ad auras
Io. decol	Q ui tibi ſurgit apex:rueret niſi diuus ad ima
lati ædes	Accubet inixus lateri.ſeruetq; uetuſtis
& turris	Sedibus ambiguam molem:ſtat proximus illi
ac cliuis	Cui optare thronos cœli zebedeia coniunx
Iacobi	Inſcia fatorum nixa eſt linque ocyus aram
ædes	Cœlitis & uaſtos ſurgunt qui a fronte penates
	Nunc rerum ſimulachra uides:ſed uera nepotes
	Omnia conſpicient hæc quæ lachrimabilis urna
euſtachii	Tollitur ante oculos & gemina cum ſtirpe parentes
ædes &	Conteget effigies quos torſerit impia tauri
condito/	Corruat hic anceps uertex:qui nutat ad auras
rium	Q ua tholus hic dexter delubraq; ſacra recumbunt
Matris	Ni regat ancipitem molem teneatq; ſupremæ
dñi ædes	Virginis alma manus:ſubnixaq; cominus ara
	Sed tu marmoreos poſtes limenq; uetuſtum
Caſſiani	Ne nimium mirare præcor:quin protinus hinc te
ædes	Proripe:& accelerans:ſurgunt quæ templa ꝓpinquo

Limite:cui pateant ne ſit cognoſcere curæ
Huc geminam ſed flecte aciem qua lenis ab auſtro
Flectit iu heſperios ſenſim ſua flumina ſoles
Meduacus:ſcopulumq; ſinu curuoq; meatu — Riui alti
Alligat implicitum:nomen uada grande madenti — deſcri/
Alta dabunt ripæ:ſiluis nunc marce coruſcis — ptio
Omnia merſa iacent:olim comertia mundi
His feruere locis:mauroſq; uidebis & indos
Mercibus alternis inter ſe iungere dextras. — Comer/
Quicquid habet rerum tellus huc quicqd & æquor — tia riuo/
Puppibus aduectum precio mox tranſiget orbis. — altina
Hærebunt ripis oneraria turba carinæ — Trina fo
Et uocum ambiguo reſonabunt cuncta ſuſuro — ra
Quid fora terna loci memorem:menſaſq; beatas
In menſiſq; ingens argenti pondus & auri.
Aut quid uotiuam trepidatis ignibus aram — Riuoalti
Quantaq; porticibus geminis ſpatiabitur umbra — ni iacobi
Hic ubi in extremo riparum margine mollis — ædes
Silua uiret : quicquid nunc lenior occupat alnus
Nobile marmor erit:tantum mutare ualebit — Recens
Longa dies:ſurget iuxta uicinior aſtris — porticus
Pons opere inſignis:ripamq; amplexus utranq; — riuoalti/
Fluminis: & cunctis calcandus gentibus olim — ni
Huius dextra latus claudit quæ terra ſub altis — Pons ri/
Aggeribus:gemet alpinis tumulata metallis. — uoalti/
Par onus excipient paſſim conclauia centum — nus
His differta locis:ſed onus puto gratius illis — Ferraria
Namq; arabum meſſes & odoris mercibus indus — ripa
Horrea ſtipabunt:accumbet ditior intus — Apothe/
Area:portabunt procul huc ſua munera ſeres: — cæ aro/
Heſperiæq; rates tepidis quod merſit ahenis — matariæ
Docta tyros:coæq; olim radioq; coloq;
Explicuere manus:nihil ambitioſa uetuſtas
His conferre queat:ſtabunt uenalia longo
Margine riparum populo quæſita:receptis — Vini &
Obtulit hoſpitibus quæ myſtica doua ſacerdos. — panis an
Nec plus hic infra maiora ue pondera rerum — nona
Quam ſupra æquatis ſuſpendet lancibus auri

Poſteritas:nunc adde gradum : mecumq; retrorſum
Aſpicies denſa ſtipatas merce tabernas.
Nec noua achademiæ facies:ſacrataq; diui

Io. riuo/ altini ædes

Limina detineāt:ſed tendere longius ultra
Perge precor:gentiſq; tuæ cognoſce futuram
Luxuriem:his menſis quarum nunc cōſpicis umbrā

Achadæmia

Cernere erit/quicquid gemmarum prodiga mittit
India:quicquid opum pelago ſcrutatur erithre.

Mathei ædes

Nec ſua templa coli poſt hæc pius abnuet ille
Q ui ſimul accitus quæſtus odiſſe nefandos
Dicitur:& uitæ contrarius iſſe priori.
Oderit inde nephas:ſed habendi inſana cupido
Has circum ſedes adiget fœdare nepotes.

Silueſtri phanum

Sanctius inde procul tēplum ſacrabitur huicqui
Paſtorum excipiet dotalis munera terræ.
Primus ab imperio:uerum hæc ſacraria linque

Apollinaris phanum

Et quæ dextra uolens colet is qui ab apolline nomen
Tam uerum q̄ grande feret:iam cominus ecce
Poſt geminos fluctus pandunt ſe limina pauli:

Pauli ædes

Limina quæ uultu ſtrictoq; tuebitur enſe
Ille ſenex:magno totum qui concutit orbem
Eloquio:monſtratq; uiam quæ mittit ad aſtra.
Inde erat unda triplex : inflexaq; ſemita nobis
Eſuperanda prius q̄ religioſa paterent

Thomæ ædes

Templa ſyri:cui ni permiſſum cernere coram
Traiectumq; latus ferro:contingere dextra
Q uod ſibi certa ſalus ſtygiis remeaſſet ab undis
Credere non potuit:ſed qua ſe dextera nobis
Area diffundit breuior uia ducit ad umbram

Eubaldi ædes

Frondentis luci:luco hoc gaudebit & ara
Inter cœlicolas non ultima phama:decuſq;
Si quando ad uitæ ſuperas emerſerit auras:

Auguſtini phanū

Sed phamæ maiora manent momenta ſedentem
Limite in aduerſo:ritus & iura parantem
Sribere ſupræmis pacatæ ciuibus aulæ:

Io. euāgeliſtæ phanum

Altius hic alius lunam tranſcendit & aſtra:
E regione ſedens:magnæ alitis inſtar in auras
Nititur ethereas:& ſydera uerberat alis:

In leuam nunc flecte oculos:nec diſcere tentes
Cui ſacer hic fuerit limes:quem contegit ulua
Multa latent quæ longa dies poſt deteget:at tu   Steni
Hanc cœlo eductam molem:lateqꝫ uagantem   ædes.
Suſpice:& ingentes maneat q̃ pulchra nepotes
Religio iam ſcire potes:uenerabile nomen   Minoꝝ
Virginis hærebit templo:iam cernere fas eſt   ædes.
Sacrorum qui cultus erit:q̃ denſus ad aram
Seruiet uſqꝫ chorus:ſed tu per cuncta uagari
Deſine luminibus:nec ditia mauſolea
Te teneant:paſſim radiant quæ marmore & auro:
Nec quæ porticibus uacuis bina atria currunt:
Pontificis qua tecta ſenis ſecreta recumbunt.   Nicolai
Quin age & anguſta digreſſus uirginis æde   ædes.
Hunc mecum mirare uirum:quem gallica ueſtit
Penula:& innixum baculo domat ulcus aperti   Rocchi
Inguinis:hic terris olim:mox urbe uagatus   ædes.
Inter odoratas ſyluas:opulentaqꝫ dona:
Perpetuo contentus aget:nunc protinus ecce
Fluctibus incumbit geminis:cui græcia nomen:
Cui tellus hæc templa dabit:iam reſpice contra   Pantaleo
Qualis uirgo ſedet ſæuum preſſura draconem: nis ædes.
Sed nec uirgo ferox dudum properantibus obſtet: Margari
Quin per aperta ſoli diuæ ueniamus ad ædem: tæ ædes.
Sacrificiumqꝫ chorum mollis cui Syria:& ingens
Detulit extremo nomen Carmelus ab ortu.   Carme-
Contiguas nunc præter aquas:qua ſemita rectum   litana
Monſtrat iter molire gradum:non pauca ſuperſunt   ædes.
Et qua trigeminus ſe fundit in æquora fluctus
Siſte pedem:uultuqꝫ nouo poſtrema tenentem
Culmina proſpecta:noſtri hæc illa hoſpita regis   Marthæ
Quæ ſimul admonita eſt uitæ melioris:abegit   ædes.
Dulce miniſterium:caſtis nunc ſepta puellis
Læta ſedet:luditqꝫ choro:miraberis olim   Nicolai
Retia mille uagis pendentia pontibus:hic qua   cogno-
Explicat extrema curſum uia mollis in ora.   mēto mē
Baretis ſed templa ſenis quæ proxima ſurgunt   diculi
Pontibus:& pueri quam dux habet aliger aram   ædes.

Raphae Poſſe procul ſpectare ſatis:nunc aſpice dira
lis ædes. Supplicia & iuuenem inſonté poſt terga reuinctum
Sebaſtia Telorum quem ſpiſſa ſeges:confixa per artus
ni ædes. Texerit:aſt illi pietas immenſa reponet
Præmia:reſpondet contra ſed notior auſtro
Ara uetus:latiæ hic artis ſunt tecta:foreſqꝫ
Baſilii Veſte ſacra latius cuſtos:per cætera graius.
ædes. Solis ad æſtiuos ortus pia limina diuis
Omnibus hæc ſtatuet uicinis ſedibus olim
Poſtera religio:ſacriſqꝫ operabitur agmen
Virgineum:ſed qua tellus procedit ad euros
Conſurgent geminæ ſedes:hæc uerget in arcton
Illa notum:ſimilis facies ambabus & ætas
Barnabæ Sed cultus non unus erit:comes ille ſupremi
& Andro Regis:at hic martyr:cœlo ſed dignus uterqꝫ.
uaſii Haud nunc ſcire licet / ſed tempora longa recludent
ædes. Quis ſit in extremæ latitans qui margine ripæ
Charita/ Perſonam ſub ueſte tegit / mitramqꝫ iacentem
tis ædes. Luget & ignotæ miſerabilis aſſidet aræ
Alexãder Sed melius ſperare licet ne indulge dolori
pontifex Chare ſenex:iam iam tuta tibi linter in unda eſt.
En tibi ſacra cohors quãuis ignobilis adſis
Expedit hoſpitium:pelagi dum ſæua remittat
Tempeſtas:aderunt placidi ſine turbine ſoles.
Ieſuatica Littore in aduerſo qua plurima uergit in auſtrum
ædes. Inſula:cernere erit noſtri qui nomina regis
Marce ferant:contra paucis comitata ſedebit
Anaſta/ Virginibus princeps:latiis quæ in montibus ultro
ſiæ ædes. Supplicia expendet:trinæ dum lucis amore
Prodere non dubitat ſancti cõmercia cultus
Viti Martyr erit / qui templa colit uicina ſed undis
ædes. Hoc diſcreta ſolo:diuo quis crederet olim
Omnibus huc annis ueniet tuus ille ſenatus
Grataturn:populuſqꝫ frequens quod turbine ſæuo
Sit patriæ ſeruatus honos:armiſqꝫ retenta
Libertas:feſta patietur luce reuinctus
Almi ſpi Medoacus ſua terga premi:nunc aſpice quali
ritꝰ ædes Septa choro radiet uiridi lux alma receſſu

Sed tu quid circum luſtras naualia:& altis
Horrea culminibus:quin hanc quæ leua recumbit
Miraris ſedem latii paſtoris:& aram Gregorii ædes.
Cui trinus preſedit honos:triplexq́ poteſtas.
Hoc caput extremum uolucres qua currit in euros Trinitatis ædes.
Inſula:ueliuolæ roſtrum quæ imitata carinæ eſt
Perferet impoſitam molem limoſa refuſis Salinum caput.
Obruta nunc undis uluaq́ immerſa paluſtri.
Hinc atq́ inde iacet:planta calcabitur olim
Humidus hibernam ſcopulus qui ſuſpicit arcton
Omnia feruebunt denſis hinc puppibus:inde
Qua notus uſq́ ruit ſalis horrea uaſta patebunt
Fors & multa dabit terræ poſt copia nomen.
Quæ contra ingenti tellus tibi curua receſſu Iudaica
Obiicitur ſua ſacra colet:diuoſq́ choroſq́ inſula.
Aemula nunc certe reparantis cornua lunæ.
Aſt urbis poſt inſtar erit:quam uincere curſu
Aut æquare uolet:ni mox pius armiger illi Georgii
Vectus equo infeſtam uenienti intenderit haſtam. phanum
Hic tibi ſacrorum cultus teq́ inclyta circum
Centum cœlicolæ ſeruabunt tecta pioſq́
Rite ſibi iam quiſq́ choros:ſibi quiſq́ miniſtros
Nec minor alter honos uenturaq́ gloria rerum.
Nam tuus hic pelagi populus regnator & idem Venetæ
Terrarum placidus rector:cenſebitur auro diuitiæ.
Fluctibus heſperiis & lydo ditior hermo.
Regia quod Crœſi cœpit:quod perſica regum
Gaza uetus:quicquid uicto mox abſtulit orbi
Roma ferox:uni genti pia fata reponent
Diues erit rerum populus:diueſq́ ſenatus Cultus
Inq́ toga duplex patria ſpectabitur ordo Venetus
Omnibus unus erit cultus:ius omnibus unum
Hæc modo diſcrimen fugient:at cœtera cuiq́
Inſtruet affectus:ſumptuſq́ oblita cupido. Veneti
Iuſtitiæ ſed cura tenax:nec paruus honeſti mores.
Gentis amor:facies candens:flauuſq́ capillus. Gẽtis forma & mores.
Dulcia congreſſu & tacitæ cõmertia linguæ
Hæc te fata manent:atq́ his lætabere regnis

Fortunatæ ſenex:ueniet labentibus annis
Certa dies:qua cuncta tibi quæ inſomnia monſtrant
Ipſe uidens ſpectes templo ſublimis ab alto.
Nunc ſpe lætus abi:meritiſq; hæc omina firma.
Dixit:& in tenues auras lux illa receſſit:
In ſedes abitura ſuas:Tu protinus orta
Iam luce excuteris ſomno:numenq; precatus
Rite ſecundaret uiſus:nec plura moratus
Surgis:& accelerans ſequeris pia iuſſa magiſtri.

FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI: CARMEN QVI VICENTINVS CRATER INSCRIBITVR.

Vicentinus Crater. VNde recens hoc fluxit opus:q̄ rara metalli
Materies:radiat qbus hæc ſulgētis olympi
Aemula imaginibꝰ facies:dic urbis amicæ
Euganeæq; decus gentis uenerabile donū:
Quā uetus hic labor ē:q̄ te tellure repoſta
Artificū ſtatuere manus:an grata tonanti:
Nec niſi Sigæo dona hæc tractanda miniſtro.
Vulcanꝰ Palladiæ ſunt artis opus:num mulciber antris
Trinacriis media poſitis incudibus etna
Prima dionææ Veneri ſolatia pacti
Crater Connubii properans nitidum curuauit in orbem:
apollinis An magis hic ille eſt cuius nunc ſplendet imago
Anguis Syderea regione poli:qua lubricus anguis:
Quaq; ardens ſtellis conſurgit Apollinis ara:
Ara Forſitan & Bitiæ hoc auro iamq; hoſpite capta
Pulchra propinauit Dido:uel uictus hidaſpes
Alexāder Pelleum ſtupuit iuuenem cratera tenentem.
pelleus Sunt hæc an potius quoniam quæcunq; uetuſtas
Si modo uera refert mirata eſt:merſit & hauſit
Multa dies:nec adhuc miranda toreumata cæli
Tam ueteris reſtant:liceat mihi credere ſaltem
Mentor Partem hanc Mentorei mundo ſupereſſe laboris:
Boethus Aut Boethi:aut cuius rhodiam reuocatus ad aram
Euchius ipſe ſuas fertur ſtupuiſſe miniſtras.
Bacchæ Spirare excuſſo credens præcordia thyrſo.

Vel ſi iam ueteres artes fraudantur honore:
Iunior hinc aliquis natus melioribus annis:
Credere ſi fas eſt:celebretur muneris auctor.
Ingenium fœlix:& fœlix dextera:cuius
Aethere dum medio tellus ſuſpenſa retundet
Tethyos undiuagæ ferientis littora fluctus.
Dum mundi ſoliſq; uices uariabilis annus
Sentiet:& ſolitos ſeruabunt ſydera curſus:
Hic te ſemper honos:ſemper quæſita manebunt
Nomina:quæ uiolent non ulla obliuia lethes.
Plus uno manus una loco ſibi uendicat æui:
Aequat & æterno tantum ſua fata labori:
Praxitelis pario quantum non marmore dextra. Praxiteles.
Quantum nobilibus tabulis non magnus Apelles.
Sit Venere inſignis licet hic:ſit & ille lyæo: Apelles.
Quicquid clara rhodos mirata eſt:quicquid & i
Cecropis alta domus:nec non Iouis ara triphilli: pſa
Exemit longinqua dies:Euphranoris ille Paris Euphranoris.
Paſtor in idæis memoratus uallibus:uno
Qui uultu percuſſor erat:qui cultor amoris
Quiq; trium iudex(ſi uera eſt phama)dearum.
Parrhaſiiq; triplex longo labor excidit æuo. Parrhaſii opera.
Suſtulit hæc ætas:ætas atq; inuida fata
Heu nimium meliora premunt:ac fortius urgent
Mortales quæcunq; probant:hæc gurgite cæco
Inuoluunt:ſubterq; tegunt obliuia lethes.
Sed tu ſperne nefas dirum:tua phama ſuperſtes:
Tu quoq; ſemper eris:fuit impar muneris auctor
Fatorum inuidiæ:at uiuet pars una laboris:
Cui non longa dies obſit:non dira ſenectus.
Parcite poſteritas:audaces parcite dextræ:
Hoc ſaltem uiolare decus:ſit gentibus olim
Omnibus exemplar terræ:ſitq; æquoris inſtar:
Archetypuſq; poli:lunam geſtantis:& aſtra.
Hic campos ſpectare licet:lucoſq; uirentes: Varia
Hic nemora:atq; altis deiectos montibus amnes: crateris fi
Hic capræ innixæ ſcopulis:damæq; fugaces: guratio.
Territus hic onager:curſuq; agitatus anhelo

Per rupes & ſaxa ruit: latratus ad auras
Hinc atq; inde canum per deuia luſtra reſultat.
Hic plaga præcipites q̄ torrida uergit ad auſtros
Nunc mediis libyes paſſim uenantur arenis:
Nunc ſæua inter ſe committunt belli leones.
Haud pcul hinc tellus: quā corniger obtinet hāmon:
Q uam nudi Garamantes arant: poſt mollior ora
Notior: & pluuiis niloq; admota tepenti:
Ecquando orbe breui: tenuiq; in margine quiſquam
Artificis Latius explicuit terram? proh dextera fœlix.
laus. Ecce indus: tygriſq; rapax: en clarus hidaſpes:
Et qua ſe prodit rhoſeis aurora quadrigis:
Ignotos aperit ſaltus Gangetica tellus.
Septen In leuam nunc flecte aciem: procul aſpice mundi
trionalis Frigore damnatam: ſæuiſq; aquilonibus oram.
ora. En tibi uaſta palus nuper ſulcata carinis:
Meotis Sarmaticis facta eſt: quis credat: peruia plauſtris:
palus. En tanais uolucri meoticus incola curſu.
Tanais. Et niuis immenſæ: & riphcæ rupis alumnus.
Si quis ad heſperias hinc lumina flexerit undas:
Calpe Protinus hinc calpe: inde atlas: qui ſydera fulcit.
Atlas Herculeæq; procul ſuccurrent ordine metæ.
mons. Hac tethym terræ infuſam: lateq; uagantem:
Cernere erit: medio non una hinc intuta fluctu
Tollitur: in numerum ſparguntur gurgite totos
Tyrrhe/ Et qua ſæpe minax tyrrhena per æquora laſſat:
nū mare. Ceruleos Neptunnus equos: qua triſte carinis
Ionium Murmurat Ionium: & uaſto ſonat adria fluctu:
mare. Q uaq; frequēs ſcopulis: arctat ſua bracchia nereus:
Adriacū Ac uelut illa nimis ſpacioſis fluctibus erret
mare. Ingemit: & fauces anguſtas inuidet hellæ:
Egeum Circuit oceanus complexu cuncta ſupremo:
mare. Inq; patris gremio uideas laſciua natare
Helleſpō Agmina nympharum: quarum pars una bimembri
tus. Sæpius eluſo rident tritonas amore.
Nym Aut niueos exutæ humeros: ſparſiſq; capillis
pharū Delphinum inſidunt dorſo: pars altera ſomno
luſus. Depreſſos trudunt paulatim ad littora phocas.

Aſt ego quid terras protenta quid æquora tantum
Inſpicio heu nimium ſtulte mortalia curat
Cui cælum ſpectare datum:quin protinus ultro
Hoc ſuper impoſitum ſummo quod prominet auro — Cu.
Contemplamur opus:late omnem ſignifer oram
Circulus excurrens biſſenas ordine formas
Explicat:hic aries infælix portitor helles — Zodiacꝰ
Taurus & anacum gratiſſima ſydera nautis. — Aries
Carcinus hic ardens:nemeeſq; infamia ſiluæ — Taurus
Mitis & erigone & tacitis quæ noctibus æquat — Gemini
Libra dies:ſequitur chelas mox ſcorpius ingens — Cancer
Scorpius Hemoniæ cuius poſt terga ſagittæ — Leo
Vicina regione micant:his proximus inſtat — Virgo
Aegoceros:ſuperas qui mergere nixus ad auras — Libra
Haud procul idæum puerum miratur:& urnam: — Scorpiꝰ
Vltima templa tenent piſtes quos mater amorum — Sagitta.
Merſa paleſtina pro ſe dedit hoſtibus unda. — Aegoce.
En piger artophilax uixitq; immobilis arctos. — Aquariꝰ
Frigida plauſtra polo uicina en lubricus anguis. — Piſces
En aliæ rerum ſparſæ per climata formæ. — Artophi.
Q uas numerare labor:liceat mihi diſcere tandem — Anguis
Nam tua forma ſatis nota eſt:quæ terra:quis amnis — Hermus
Q uod mare:quæ demum ditiſſima littora tantum — Tagus
Materiæ peperere decus:num turbidus hermus — Rhenus
Num tagus.an potius flaui uada frigida rheni.
Aut hanc quom latiis ephireia mœnia flammis
Procubuere ſolo:ſubita tum merſa fauilla
Ac reſoluta rogo ſpeciem traxere metalla.
Sæpe & callaicis hæc grandia munera terris
Heſperiæ legere manus:hæc legit arenis
Sæpe etiam libycis Garamantidos incola terræ.
Sed quid multa moror certat quocunq; parata eſt — Garamã
Vena loco:ueterem dextræ ſuperare laborem — tes
Contra perſtat opus centumq; inſigne figuris
Contempto in ſe oculos conuertit & ora nitore: — Laus a
Ecquis tale decus tam grandia dona putaſſet — materia.
Ad uatis uentura manus.qui nuper honeſto — Laus ab
Q ui modico contentus erat:cui tota ſupellex. — opificio

Lectulus & lecti comites pia cura libelli.
Haud aliter q̃ quom ſubitum per inania fulgur
Concidit atq; ſimul mentem ſimul ipſa recurſat
Lumina flamma micans:late ſtupor omnia complet.
Sic humiles ſtupuere lares:tenueſq; penates.
Sic mihi tota domus:poſtq̃ per tecta refulſit
Fictilibuſq; meis inſpecta eſt aurea lampas.
Ha q̃to melius inter gemmata interes
Gammedes — Pocula.dignus eras phrygii quem dextra miniſtri
Siſteret ante Iouem ob quod Iuno fleret & hebe.
Vel poteras quia uana ferunt conuiuia cæli
Regales ornare dapes:menſaſq; beatas.
Inter mille micans pateras:chryſendeta mille
Vt dubias inter ſtellas:& ſydera ueſper.
Aut matutinis ſurgit quũ roſcidus horis
Lucifer:ac toto ſpargit ſua lumina mundo.
Laus a pulchritudine — Siſq; licet ſimilis reparanti cornua phœbæ
Purior electro:Veneriſq; decentior aſtro.
Deniq; ſis talis quo non mea limina digna
Quáuis grata ſatis:tanto non dignus & ipſe
Vicentia — Munere cenſeri ualeam:Vicentia pulchra
Non indigna tamen:Gentis fortuna decuſq;
Non potuit ſi nota loquor non tradere magna.
Hic mihi fas urbis primordia læta referre
Euganeorum uetuſtas — Euganeam ſobolem fas hic ab origine priſca
Dicere:grata mora eſt mentẽ per læta uagari:
Exuerat monſtris nuper tyrinthius orbem
Tyrinthius — Conſumptis ſuperum fatis:iam ſæua nouercæ
Fregerat imperia:& triſtes euriſteos iras.
Iam tharteſiacis opibus ſpoliiſq; ſuperbus
Geriões — Gerione:occiduis uictor remeabat ab oris.
Ille boues nitidas armentaq; læta per omnem
Pyrenei montes — Egerat heſperiam:iam candida terga pyrenes
Preſſerat:& geminos conſumptus marte ſagittis
Saxorum iactu obruerat per celtica fratres
Rhodanus — Littora:non præceps rhodanus ſaltuſue maligni
Conatus tenuere uiri:natura ſed illi
Alpes — Surrectos cælo ſcopulos alpemq; niuoſam

VICENTINVS

Curſibus obiecit mediis:hic frigore ſæuo
Abruptiſq; iugis luctatum perdidit agmen
Alcides:paſſim multos errore uiarum
Euictoſq; malis per ſaxa infamia fertur
Defleuiſſe uiros:planctis pars magna peruſtis
In tumulis meliore ſolo cōſedit apricis. Lepontii
Aſt ubi læta ſatis tyrinthius attigit arua
Ac tepidis ſe merſit aquis:merſitq; ſuorum
Torrida membra gelu:uernabant omnia circum
Molliter afflatu zephyri:per lucidus amnis Laus ter-
Gurgite ceruleo lætus:ripiſq; canoris ræ ab
Frondentes paſſim lucos:campoſq; uirentes amœnita-
Sæpius inflexus curſu ſulcabat amœno. te
His uero incertum eſt capti dulcedine terræ
An potius feſſi longarum errore uiarum
Inclyta progenies:clariq; a gente uetuſta
Euganei ſedere locis:uel forte ſecuti Euganei
Herculis imperium:qui ut claræ ſemina gentis
Poſt phamā ignotis terrarum ſpargeret oris
Magnanimos comites lætas ſibi figere ſedes
Iuſſerat:antiquumq; decus uirtute tueri.
Sed quæcunq; olim(ſuperum ſic fata ferebant)
Lætæ cauſa moræ tantum uoluentibus annis
Mox fortuna uirum lætis ſe rebus ad auras Euganeo-
Extulit ethereas:tantum creuere ſecundis rũ opes
Gentis opes:late ut gelidis ex alpibus uſq;
Littus in adriacum qua flumina læta pererrant
Q ua ſaltus & rura nitent grataſq; lyeo Euganeo-
Expediunt umbras frondoſo uertice colles. rũ fines
Ceſſerit euganeo tellus antiqua colono.
Tempore iam ex illo facies mutata locorum
Caſtella in tumulis altiſq; in motibus arces Vicētia
Argolicæ poſuere manus:Vicentia nodum
Pulchra fuit:uel (namq; incerta itphama per aures)
Non inſignis erat:ſed erat ſine nomine tellus.
Inde adeo multis ſeſe uoluentibus annis
Poſt aſiæ excidium conſumptaq; pergama flammis Antenor
Antenor patria profugus per tela per hoſtes

Erutus:adriacis uictor conſedit in oris.
Veneti Tum Veneti comites rerum ſortiſq; futuræ
Troica ſigna ducis melioraq; fata ſecuti:
Euganeum bello uictum pepulere uetuſtis
Venetia Sedibus:& uictæ dant iura & nomina terræ.
Nec Venetis poſt longa quies:ſed Gallia crebris
Motibus:infamis alpes penituſq; repoſtas
Gallorũ Aſpernata niues:ſubitis effuſa procellis
eruptio/ Incautas euertit opes:atq; ocia fregit.
nes Illa ferox bello rebuſq; elata ſecundis
Galli Ve Non prius abſtinuit uictriciaq; exuit arma
netis fini Finibus inſeſſis q̃ prædæ in parte recepta eſt.
bꝰ heſere Hic uero incertum Veneti noua mœnia priſci
Anceps An Venetis mixti multo poſt tempore galli
de origi/ Fundarint auibus lætis:atq; omine læto.
ne urbis Fœlices animæ q̃uis odioſa uetuſtas
phama Nomina ueſtra tegat:ſemper mirabitur orbis
Vincen/ Formoſam longe formoſis mœnibus urbem
tiæ laus Q uam ueſtræ ſtatuere manus:nunc ludere clio
Clio Incipias memoreſq; uelim quæ nominis olim
Læti cauſa fuit:mox quæ certamina tellus
Præbuerit ſuperis:quom nondum credita cuiquam
Narratio Cælicolum tutela loci regnumq; fuiſſet:
Nupſerat antiquo ſi rite audita recordor
(Nanq; ego tum cyrrham doctũq; helicona tenebã)
Faunus Montibus euganeis dryadum pulcherrima fauno.
Audiuere ſimul cœtuq; adiere frequenti
Diiq; deæq; omnes:colles qui & rura gubernant:
Q uæ fontes & ſtagna colunt:quæ flumina propter
Florida prata tenent:thalamo tediſq; paratis
Pars feſtos celebrare choros:pars ueſtibus ultro
Depoſitis ſaltu blando ſe mergere fluctu
Hi nitidos laudare lacus:lucoſq; uirentes
Fluminaq; & fontes:regnum ſibi quiſq; locorum
Deorũ cõ Optare:interea iuſſi diſcumbere lautis
uiuium Accubuere thoris:primus conuiuia bacchus
Bacchus Exhilarat mox culta ceres:inde ordine cuncti
Ceres Certatim cumulant totis ſua munera menſis.

Poſt epulas dulceſq; iocos: nam ſacra lyeo
Inſtabant primiſq; iugis feruere Citheron   Citheron
Cœperat: aſſurgit bacchus cœtuq; ſoluto
Primus abit ſatyris: montanaq; numina panes.   Satyri
Atq; graues uino ſeruant ueſtigia fauni.   Panes
Aeſtus erat comiteſq; trahens tardo agmine feſſos   Fauni
Sponte ſub arboribus gelidaſq; ad fluminis undas
Decubuit tacituſq; deus per florea rura   Attende
Perq; ſolum phœbi patiens tumuloſq; propinquos   tacitā ter
Fert oculos: ſubito terræ dulcedine captus   ræ laudē
Ecquid ait nunq̄ ob cererem mihi regna licebit
Ex altis proferre iugis: atq; ima tenere?
Non me Naxos amet non orgia noſtra citheron   Naxos
Audiat: ad currum tygreſq; uenire recuſent: Citheron
Si deinceps terram hanc paulatim aſſueſcere noſtris   Tygres
Non cogam imperiis: teſtis mihi phœbus & ipſæ
Quas forte aſpicio ſpaciantis fluminis undæ.
Ceruleuſq; pater: dixitq; & mitibus horis
Mandabat paſſim præcingi uitibus ulmos:
Affuit atq; nefas inuitis auribus hauſit
Baſſarei furibunda Ceres: procul improbe clamat   Ceres
Quid mea regna paras odioſo inuertere cultu
Quid temulenta cohors cerealibus incubat aruis?
An eiecta domos totiens ſemeleia proles
Cui ne multa loquar matris non contigit aluo   Attende
Eſſe ſatis: rigidis demens: pro collibus arua   expro-
Prefferit & cererem regno exuet ille uetuſto?   brationē
Adſit magna pales, aſſint mihi naides omnes   Pales
Quæq; nouis ornant ſertis mea templa Napeæ.   Naides
Dixit: & auulſas alnos: detorquet in hoſtem   Napeæ
Perculſumq; loco turbat: tum iuſſa ſecutæ   Att. pu-
Naides aſſiliunt: paſſimq; pauentia fundunt   gnam
Agmina: nec genitor præcinctus arundine frontem.   Bacchi-
Flumineis dedit aquis: ſed gurgite toto   lyo
Fertur in aduerſos cuneos: tum liber & omnis.   bacchi
Ceſſit uicta phalanx: tā iam per aperta ruentes   & ſatyro
Diffugiunt ſatyri celeres fauniq; bicornes.   rū fuga

Bacchus Erraſſentq; diu rapido ſub ſole propinquas
amat col Ni fuga præcipites tumuli traxiſſet ad umbras.
les Illuc multa gemens:curſuq; agitatus anhelo
Liber & infractum driadum deceſſerat agmen:
Hic tum læta ceres ridens:habet improbus ille
Inquit agros:&quæ demens quæſiuerat arua.
Ite & culta pales tumidis ſub collibus ima
Occupet:ac ſolers denſis obſtacula riuis
Hoſtibus obiciat:ſeruentq; obiecta napeæ.
Vos glauco genitore ſatæ mea cura puellæ
Naides:has ripas & amœna fluenta tenete.
Ceruleuſq; ſenex lætæ pars maxima pugnæ
Vñ Bac- Q uod ſemel eſt meritus ſeruet per ſæcula nomen.
chilyo Soluerit is quando primis conatibus hoſtem
Bacchilyona uocent:uerum(ſi audita recordor)
Tempus erit quando his campis hæc flumina circũ
Q ua tellus marata iacet formoſa ſedebunt
Mœnia:& humano ſplendeſcent omnia cultu.
Hic ubi terra leue intumuit fruiturq; ſereno
Ethere:& allapſos gandens circumſpicit amnes:
Vicẽtiæ Altius extabit ſublimis turris ad auras:
deſcri- Amplaq; tecta fori niueo ſurgentia ſaxo
ptio Prætentaſq; duplex diffundet porticus umbras.
Forum His obiecta locis ſpatiabitur area latis
Area fo- Frontibus:aſſurgent cælo prætoria contra.
ro ꝑtecta Intus & hæc ingens olim ſacrabitur ara.
Prætori- An ne urbis genio incertum patriæ ue parenti.
um du- Iamq; age & hæc tumuli molliſſima terga propinqꝫ
plex Fluminibus quæ obuerſa iacent:ualeſq; uirentis
Vicẽtiæ Aſpicite:& quæ ſit facies mutanda docebo.
ædes Non hic uultus erit ſemper:ſed ſplendida paſſim
Laus ur- Limina & æquata procedent fronte penates.
bis ab His quoq; marginibus quis credere poſſit? & illis
ædificio- Fluminis aduerſi cultiſſima tecta ſedebunt.
rũ diſpo- Perſpicuiq; lares:ſpectabunt ſæpe puellæ
ſitione Naiadas in uitreis undis:ſpectabitis illas.
Ac blando certare choro fortaſſe licebit.

Mulieꝝ laus a forma.

Parcite ſed cultu contendere:parcite forma.
Mortalis ſoboles genitæ mortalibus illæ
Cætera ſydereis poterunt certare deabus.

Pōtes fluminibus impoſiti. Reuro.

Tu quoq; marmoreis ſuperabere pontibus olim
Tuq; ſenex:fraterq; tuus qui proxima reuro
Irrigat:& nauis patiens iam factus uterq;
Illuſtres eritis terris:hæq; agmine multo

Futura celebritas.

Feruebunt:quas ſpiſſa tegunt nunc gramina ripæ.
Nunc uero heſperias qua ſol declinat ad undas
Flectenda eſt acies:ubi frondens lucus opacas

Arx uet9

Explicat ante oculos umbras:arx uertice ſummo
Geſtiet aſſurgens cælo uicina uideri.
Hinc longe incipient dextra leuaq; uagari

Laus urbis a diſpoſitiōe.

Mœnia:& ambiguum præſcribere flexibus orbem.
Nec uicos memorare uacat:nec ſtrata uiarum
Nec quibus illa modis ſparſas per compita metas
Expedient:fœlix quæ hæc omnia uiderit ætas.
Suſpiciet rerum formam geniumq; locorum
Forſitan heſperia:at mores cenſuſq; beatos
Cultoris populi totus mirabitur orbis.

Laus ab hoſpitalitate.

Progenies haud ulla unq̄ tam grata fouebit
Hoſpicia:ac nulli ſic publica numera curæ.
Semper erunt:gens infeſtis inimica tyrannis.

Laus munificētia.

Seruitii impatiens:quæ libertatis amore
Libera ab adriacis undis huc tranſferet arma.

Att. ciuitatis indolem.

Inde nouo imperio magnaq; ſub alitis umbra
Longius aſſueto lætis aget ocia rebus.
Tum populo miranda fides:tum certus honorum.

Att. ciuitatis ſtatum.

Curſus:& ingenti procedent tempora luxu.
Tum mollis cultus:conuiuia læta uiciſſim:
Nympharumq; chori:& iuuenum certamina mille.
Nec uetus interea ſtudium ceſſabit habendi

Att. ciuitatis beneficentiam.

Sed maius uirtutis erit:ſuus artibus altis
Hic locus:hic requies ſtudiis hic alta patebunt
Præmia:& optati meritis reddentur honores:
Deniq; tempus erit quo ſe dum uerterit annus
Pallas:& inſignis Clipeo grandiuus & haſta

Att.doná	Nec non phocaica præcinctus tempora lauro
dos ciui/	Phœbus in has migret:terras:hæc mœnia læti
tate.	Ciuibus immixti celebrent pergantq́ꝫ fouere:
	Nutriet ingentis populos urbeſq́ꝫ potentes
	Hæc ſpaciantis humi facies:quam claudit ad eurum
Ciſalpi/	Adria:ad immotas arctos:& plauſtra bootæ
næ Gal/	Alpini incumbunt ſcopuli:qua turbidus auſter
liæ fines	Q uaq́ꝫ leues ſpirant zephyri:hinc latus Apenini.
	Incubat:inde uagus ſinuoſis flexibus errat
	Nobilis eridanus:ſed tantum hæc diuite cultu
	Finitimas inter clarum caput exeret urbes
Laus ab	Q uantum inter corylos ripis fluuialibus alnus:
opulẽtia.	Aut frutices inter uiburnaq́ꝫ lenta cupreſſi:
	Vicerit hæc alias ſtudiis ciuilibus olim
	Vicerit & terræ genio:rebuſq́ꝫ ſecundis
	Mœnibus haud equidem nomen tam parua futuris
	Cauſa dabit:ſed quando ingens uictoria fluxit
Vñ Vicẽ	Rite meis uotis:bacchumq́ꝫ his uincere terris
tia dicta.	Contigit:inde loco maneat Vicentia nomen:
	Hæc ait & totis circunfert lumina campis
	Edocet atq́ꝫ ſimul nomen:cultumq́ꝫ locorum
	Q ui tum nullus erat:nec erant ſua nomina terris.
	Sed fatis audita refert:Hac inquit ad auſtros
	Planities qua immenſa iacet ſubiecta propinquis
Ad Bac/	Collibus:& fratri placidis complexibus ultro
chilyonis	Reuro coit:q̄q̄ phama cariturus & alto
& Reuro	Nomine:ſubq́ꝫ ipſum amplexũ ſubq́ꝫ oſcula quoſdã
nis cõflu	Portus erit:ſtatioq́ꝫ frequens adeunda carinis.
ctem allu	Nec procul his ripis rariſſima tecta recumbent
dit.	Tecta quibus tenues præbebunt nomina campi:
Portus	Inde garis mixti uicinis uallibus Hũui
urbis.	Aeternam ſtatuent phamam:cultumq́ꝫ perennem.
Cãpelli	Hic mihi præripies bacchus pulcherrima terræ
Nũgara	Iugera:& immenſo quom clauſerit omnia muro
Bacchi/	Papilioneis tradet ſeruanda colonis.
lyonis di	Haud longe hinc geminas ubi ſe ſe ſcindit in undas
uortium.	Bacchilyo:& duplici domitus traducitur alueo

VICENTINVS

Quaqꝫ humilem dumeta tegunt denſiſſima collem:
Educet facili ſublimes cardine poſtes
Mox ſcrofina domus:nuſq̄ iam larga patebunt
Hoſpicia:inuiſentqꝫ olim nec limina faſces
Sæpius ulla noui:ſurgent Culſania contra
Tecta bono ſpectanda ſolo/meliore colono:
Exin paulatim quæ dextera terra recedit
Fruſtraturqꝫ oculos:dum ſe ſe montis ad ima
Ingerit:heu q̄ta hic nobis certamina fines
Ancipites hoſtiqꝫ dabunt:cuſtodiet ille
Improbus apricos colles:ut prendat & arua.
Vos contra gelidos fontes cliuiſqꝫ perennes.
(Nulla magis nam tela timet)conſpargite riuos:
Sed ſiue hæc terris duplex cuſtodia nomen
Siue dabunt potius uicini uiſcera montis
Qui quondam effodient penetrare intartara iuſſi.
Iamqꝫ aderit nobis rethorum a gente uetuſta
Interpres legum:ſoboles oriunda tridento:
Hiſqꝫ admiſſa locis niueo de marmore poſtes
Erigat:& triplici cingat prætoria cultu.
Tum Bromius colles:uos prata:ego rura tenebo:
Interea præſtat ne qd ſibi uendicet ille
Seruari hæc:licuit ſemper ſua iura tueri.
Heu quotiens nudis erraſſet collibus æſtu
Iam medio undarumqꝫ expers lenæus & umbræ:
Ni pagellanæ uaſtis penetralibus illum
Languida ſuſciperent deiectum membra cauernæ:
Hic heu tutus erit medio iam ſydere cancri.
Nec canis æſtiui metuens turbabitur aſtro.
Sic ſatius q̄ quom late certauimus ambo
Palladis arbitrio:litis mihi nantos & illi
Cauſa fuit:telluſqꝫ ferax cui barbara nomen
Res dabit indignum:ſub iudice uincere uterqꝫ
Certus erat:ſed fraude noua tū uictus uterqꝫ eſt:
Illa equidem haud hominum ſuperūue exēpla ſecuta
Eximit ambobus dubiam interfata:ſibiqꝫ
Mox addicit humum:dictamqꝫ referſit oliua.
Veſtit adhuc terram rariſſima Palladis arbor

Rus ca/ninium.
Culſanū
Cuſtodia
Herga/ſtula.
Tridenti/na ſobo/les
Att. Va/riū .loci cultum.
Pagella/næ cauer/næ.
Nantos.
Barbara/num.
Att. pal/ladis iudi/cium.

Nâti oli/	Sed tum pingue ſolum ſilua frondebit opaca.
ueta.	Hic uero ad leuam ſiquis modo lumina flectat
Orgianũ	Protinus aſpiciet terras quibus orgia nomen
	Noſtra dabunt:ſiquidem curſus ſpectabit anhelos
	Nocturnaſq; faces:rituſq; ignara uetuſti
	Bacchica ſacra coli non myſtica noſtra putabit
Podiana	Poſteritas:campis ſoboles podiana propinquis
gens.	Diues erit:nunc cuncta ſitu ſqualere uetuſto
Nouẽtũ	Aſpicitis:iam tempus erit quo meſia nullo
Picafeti/	Audeat his terris diues contendere cultu.
ni.	Nec memorare uacat fuerint ubi prata nouenti
Cullea/	Q ua picafetinis mox cullea rura nitebunt.
tium.	Illic caltus erit:qua nunc nemora alta uireſcunt
Caltus	Cognatis ambita uadis:ſecletia contra
Secla	Diſcurrent procul aduerſis pomaria campis.
Tuyres	Nunc & ad æoos ortus qua Gurgite rauco
Portuna	Defertur theſina rapax:aduertite mentem
domus.	Hic portuna domus tectiſq; ex turribus altis
Laus ab	Fontibus irrigus & lætis dominabitur aruis.
amœni/	Hic cultus facilis:totis hic ludere ripis
tate.	Mollibus hic herbis lentaq; iacere ſub umbra
Barban9	Fas erit:inde procul campis barbanus opimis
uicus.	Criſiniumq; ferax noſtro iam uincere cultu
Criſoma	Contendent libyem:famoſaq; regna lygurgi:
num.	Finibus his olim conſerto marte propinquas
Nucarió	Inter ſe populi fedabunt ſanguine terras.
li.	Nec minus uberibus regnis ac diuite gleba
Thiennii	Diues erit ſoboles:teſquoſa nucaria nomen
Boreale	Cui dabit æternum:diueſq; thiennia proles
latus.	Canuſianeis loca ſunt nunc inuia fundis.
Berteſina	Ad boream rurſus uolucrem gelidoſq; triones
Clerini	Flectite nunc oculos totamq; aduertite mentem.
aliter cle/	Hic ubi nunc uiridi ueſtit ſe gramine campus
ricati.	Mœnibus aſſurgent berteſina regna futuris
Aſtacus	Clerini rus dite laris:gentiſq; beatæ
Cricoli	Delitiæ molles:at qua fluit aſtacus amens
Dreſinio	Q uaq; tegunt ripas corili ſiluæq; uirentes
rũ p̃dia.	Florentes cricoli dreſinia tecta nitebunt.

VICENTINVS

Culta ſueſſano procul hinc ſantricia raſtro   Santricũ
Luxuriabit humus:uiduas quas cerniris ulmos   Sueſſani
Quaq; nemus denſum blanditur mollibus auris   Capiſtra
Rara capiſtralis fumabunt culmina uillæ: lis uilla.
Villa ſolo diues:medica ſed ditior arte.   Lupie
Pomiferam lupien geminiq; noualia ruris   uilla du/
Interiecta locis:hic qua ſe collibus offert   plex
Blanda ſoli facies:gelidis quam circuit undis   Subella
Aſtacus:& cultæ magalia rara ſubellæ.
Cernere erit:tuq; his una ſpectabere terris   Friuola
Friuola:quæ ripis fluuioq; impoſta ſonanti
Candida ſaxa dabis remplis decora alta futuris.
Protinus ambiguo lapidoſa maroſtica cliuo   Maroſti
Hæc quoq; cauſa recens pugnæ:bacchoq; mihiq;   ca.
Ancipitis ni fallor erit:nanq; alta briganti
Mœnia:& aeriis quæcũq; in collibus arua   Brigãtiũ
Vitibus apta ſedent quondam conceſſimus illi.
Hic equidem ambigui uergit qua lucidus Ethon   Occiduũ
Feſſus ad antipodas:turbabunt omnia fines   latus.
Indiſcreta locis:paſſim cõmixta iacebunt
Bacchica regna meis ſubiectos mœnibus hortos
Ipſa colam:hæcq; una mecum pagella fouebit   Pagella
Prædia grata domus:nec non ſuffatia proles.   domus.
Magdalium Bromius tumulũ quẽ pãpinus umbris   Suffatii
Veſtiet at uiduæ nunc ſunt ſine uitibus ulmi   Magdale
Perſpicui fontes penetralia ueſtra puellæ   næ mons
Naides:inclament quãuis Bacchoq; recuſent   Att.lup/
Contiguo manare loco:iamq; ardua templa   baton.
Sint illi conceſſa ſemel uos ima tenete.
En quæ nunc nulla eſt ſed conſita uitibus olim
Coſta erit:aſpiciam inuiſis concedere regnis.   Coſta
Has anguina colet tandem gens inclyta ſedes   Anguini
His quoq; contiguos ſoboles caldonia coles   aliter Bi
Sed nuſq̃ ſatyri celeres fauniq; bicornes   ſarii
Nec qui pampaneis Bacchus moderatur habenis   Caldonii
Tam nitidos rerum cultus:tam inite fouebunt   Thienæ
Imperium:q̃ ubi uitifere poſt luſtra thienæ   Portuna
Tercentum ſteterint gens hic portuna ſuperbas   domus.

Extruet ingentis ſublimi culmine ſedes.
Sors priuata domus:ſed qua non ditior agri
Vlla erit in Venetis terris:nec diuite cultu
Topogra Lautior:hic geminæ ſtabunt ad ſydera turres
phia. In medio thalami:atq; altis laquearibus ampla
Longius excurrent magno penetralia luxu.
Porticibus nullis:nulla ſe mollius aula
Iactabunt ſatyri:ſatyriſq; decentior Euan:
Thienni Finibus herebunt mediis gens clara thienni
Tam lautis oriunda locis:haud longius inde
Q ua ſe ſe uario ſubducunt ordine colles
Verulati Iam uerulata domus cultiſſima regna tenebit.
Carre Q uid referam carras & quæ rigat aſtacus arua
Suman9 Tot ſedes habitura nouas:tot rite colonos
mons. Q uid ſumane pater:q̄ culmina denſa ſedebunt
Plieni Verticibus ſubiecta tuis:hic alta plienis
Vrſus Stabunt tecta uiris:illinc portunius arctos
Portuno Nec ſcios inde procul deductum nomen ab umbra
rum. Clara ſcios:quondam claros habitura nepotes.
Scios Mutia progenies malum ſplendeſcere raſtro
Mutiani Coget & aerias innectet uitibus ulmos:
Luſci Seruiet & gratis phœbo rudis inſula luſcis
Arginia/ Luſcis qui doctas olim permeſſidos undas
num. Lambere & aonios audebunt ſcandere colles.
Cornetū Longius hinc gelidi montes arginia claudent
Agnus Arua iugis:nec non bellaci ex arbore dicta
flu. Interiecta locis uallis quam perfluit agnus
Agnina Q uæq; dabit genti clarum Dreſinia nomen:
uallis. At ſummota procul nimiumq; abſtruſa reuoluo
Vallis Q uin propiore ſolo fatalia ſtringimus arua
Dreſinia En qua inculta iacet denſis adoperta ſalictis
Gallicus Planities:urbis primo poſt mœnia greſſu
campus. Gallicus occurret campus:quæ braſchius heros
Braſchii Braſchinæ ſulcanda dabit noua prędia genti.
Vlmus Protinus hinc ulmus quiq; ulmea ſtrata tenebit
Hippo/ Hippodromos:rara hoſpitibus poſt tecta recumbēt
dramos. Irriguis impoſta locis:ac limite paruo
Mōticuli Vnde procul ſpectatur apex qui uertice ad auras

VICENTINVS

Aſſurgens gemino:geminas ſublimius arces
Fulciet:& noſtris late dominabitur aruis.
Nuda nec aduerſa totis ſpectabitis annis
Quæ iuga reſpondent:contra ſed uertice ſummo
Arx ſublimis erit:quæ proxima uergit ad auſtros.
Caligantis humi facies qua fumidus aer
Humanos hebetat uiſus leonicea phœbo
Mœnia & aonidum ſtudiis inſignia ſurgent:
Hic mea regna forent:noſtro ſeruiret aratro
Pinguis humus:ni hunc qui ſqualētibus īminet oris
Quiq; humeros phœbo naſcenti pandit apricos
Vitibus & patula collem conſeuerit ulmo:
Neuia progenies:nullis mihi credite terris.
Nobiliore lacu fundet ſua muſta lyeus:
Quid te Seregium memorem quid ſaltibus imis
Quæ duce mox brēno fundabunt mœnia galli
Quos ue maraneæ ualles iam rite colonos
Excipient:ſteterint ue altæ qua culmina uillæ.
Nunc age & hæc montis longiſſima terga ꝓpinqui
Solibus incocta aſſiduis quis crederet unquam
Gaudia quanta paret Bromio q̄ nobile regnum.
Et niſi ſe molli curuaret terra receſſu
Effugeretq; oculos genium ſedeſq; beatas
Cernere erat:nunc cuncta tenent decliuia ſiluæ.
Aſpicient coſte hic olim uineta columnæ
Aſpicientq; lacus:gelidiſq; in fontibus undas
Floccardoſq; lares fœcundaq; raſtra minores
Laudibus extollent miris:nemo amplius hortos
Phœachum aut nemus heſperidum mirabitur ullus.
Id nemus:is lucus toto memorabitur orbe.
Haud tam culta quidem q̄q̄ uicina fouebunt
Portuni atq; illis uicino limite luſci.
His Michaelini ueneta de gente nepotes
Montibus accingent inſuetas uitibus ornos.
Nunc tantum uolucres ignotaq; luſtra ferarum
Cuncta tenent:quid iam fieri non poſſe putemus:
Iamq; adeo læto ridebunt omnia cultu.
Illa ſoli facies ſpectat q̄ mollius euros

Mōs bellus
Leonicū
Leoniceus mons
Neuii
Seregiū
Brēdula
Maranū
Altauilla
Collis diue uirgis
Coſta columna
Floccardi
Portunia prædia
Luſcina
Michaelina ꝑdia
Mōtis facies ad ortū uerſa

Haud tunc talis erit:ſed plurima uitis & arbor
Conſita limitibus Bacchum traducere Nyſa
Brachia Geſtiet:& phœbi doctas helicone ſorores.
prædia Mitis erit tellus genio ſed mitior illa
Braſch9 Hoſpite:qui claro braſchorum ſanguine natus
Senior Iam ſenior ſacras complexus apollinis artes
Haud tantum hoſpicio excipiet parnaſia lætus
Poetarū Agmina:ſed uatum curas pietate fouebit.
ardicus Huc iam ſæpe aderūt ſed quos mira arte propinquis
Finibus arborea tumulos præcinxerit umbra
Reguli Regulus:inuiſet phœbus phœbiq; ſorores
romei p̄/ Sæpius hunc illæ lætum cognomine gentis
dium Romuleæ ornabunt numis lauroq; uirenti.
Vltimus hic uertex qui proximus iminet amni
Parua Mœnibus & ualido circundatus aggere:gratas
arx in ex Præparat:& Baccho ſedes unde improbus ille
tremo Deſpiciens campos & culta noualia peſſum
colle Inuidiæ ha quotiens ſtimulis agitatus iniquis
Bacchi Fas omne abrumpet:non æquo aut legibus ullis
eruptu/ Indulgens:tumulo præceps ac fulminis inſtar
nes In mea regna ruet:non pax non fœdera nobis.
Certa aderunt nulla ambiguis concordia rebus.
Ille meis inſtans opibus ſæpe horrida bella
Inferet ipſa autem in antiquo cedere regno
Victa uelim:contra perſtans illata repellam.
Nec prius inſidiæ fœteq; ultricibus iræ
Sollicitudinibus:non deniq; triſte remittet
Att. Ce/ Hoc odium:q̄ ſit rerum mutatus & ordo.
reris Va Iam ſemel atq; iterum uacuis mihi reddita regnis
ticinium Amplexu medio lachrymans proſerpina dixit.
Infernos trepidare lacus:herebumq; pauere
Conſortemq; thori iam ferrea clauſtra parare
Att. quæ Ex adamante fores:muroſq; acheronte refuſo
de aduē/ Cingere:ab eliſiis audiri uota preceſq;
ctu ſalua Poſcentum promiſſa piis noua ſemina cæli.
toris Ille equidem mundi rector rerumq; creator
Quem ſtyx atra timet:tellus quem pontus & æther
Creditur aſtrifero tandem dignatus olympo

CRATER

Non qua luce poteſt:humili ſed opertus amictu
Humanuu ſtatuiſſe genus ſeruare uetuſto
Seruitio:noſtroqꝫ initans auertere cultu.
Fatidicos dixiſſẽ ſenes:dixiſſe ſibyllas
Iam fore ut intacta dignetur uirgine naſci
Certa dei ſoboles:toto qui triſtia mundo

Vaticinatio ab euentu

Nubila diſcutiat:portaſqꝫ refringat auerni.
Eximet hoc regnum:quod iam tot luſtra tenemus:
Noſqꝫ una deus ille potens detrudet & orco.
Vana ſuperſtitio:iam quos ueſana uetuſtas
Credidit eſſe deos:denſa caligine merſi
Cultores cultiqꝫ una uerſabimur umbra.
Tum noua relligio:terriſqꝫ enixa ſupernum

Att. ueteris ſupſtitiõis exitum

Regem diua parens:ſolis ueneretur ab ortu
Littus ad heſperium:gelidam qua ſuſpicit arcton:
Q uaqꝫ patens tellus madido ſe ſubiicit auſtro.
Non tumulus non uallis erit:non lucus:agerue:
Deniqꝫ non littus:medis non fluctibus ulla

Cultus

Inſula:quæ diuæ templum:quæ uirginis aram
Non gremio complexa ſuo:pia thura ſit illi
Solemneſqꝫ datura preces.hæc ſæpius illa
Dum fouet amplexus matris dunqꝫ oſcula carpit:
Illachrymans ſecreta deum mihi fata retexit.

Futurus diuæ uirginis cultus

His ergo fundata iugis heu uirginis ara
Q uæqꝫ colant gentes ſublimia templa patebunt:
Hic uota excipient:circumqꝫ altaria donis
Suppliciter ſtabunt populi:tum noſtra ſilebunt

Diue uirginis ædes in monte

Nomina:deſpecti ridens mendacia cultus
Poſteritas damnabit auos:qui turpiter unquam
Tam uanos finxere deos:immenſa fouebunt
Ocia ſecuræ gentes:diſcrimine nullo
Hos colles:& quæ ſub collibus arua uidemus

Futura rerũ ocia

Paulatim duplici ſtudiis aſſueta labori
Triticeos fœtus:& nuptas uitibus ulmos
Haud inuita ferent:omnis feret omnia tellus.
Hæc nos damna manent:ſed uos pia turba puellæ
Naiades:& curæ qubus hæc ſunt arua Napeæ.
Aſſeruate datos hinc atqꝫ hinc ordine fines

Nouiſſima Cereris iuſſa

Ac dum fata ſinunt lætis incumbite rebus.
Viuite contentæ his regnis hac diuite terra.
Sic fata ex templo cætu per amœna ſoluto
Flauentes diffuſa comas pallamq; recincta
Frugiferis inuecta rotis ſua templa reuiſit.
Sed cæptum dum carpit iter: mihi forte canenti
Vn̄ muſa hæc reſtituerit. Affuit hic ingens qua ſe parnaſia rupes
Fluminibus permeſſe tuis perfundit & umbra.
Gaudet odoratæ ſiluæ munerisq; canoris.
Tum mihi flaua ceres cōmiſſam ex ordine pugnam
Præſidiumq; datum terris: urbisq; futuræ
Et decus & nomen mirandaq; fata retexit.
Tempore iam ex illo didici quæcunq; peracta
Nunc uates operoſe uides: iam deſine tantum
Munera mirari: genium ſi & proſpera rerum
Tempora: ſi mores ſpectes cultuſq; benignos
Toti9 ciuitatis laus. Virtuteſq; uirum: hæc oculis & pectore toto.
Suſpiciens: mecum aonio dignabere cantu:
Hæc clio at mens obtutu tamen hæret eodem
Nec ualet expleri: decies licet anxius hora
Euganeæ decus hoc mirandaq; munera gentis
Craterē alloqtur. Aſpiciam: eia age perſpicuum & memorabile donū
Viue diu: pyliumq; imple uel Neſtora totum.
Neſtora quid dixi: uiuas precor omnibus annis.
Siſq; mihi dum fata ſinunt dum uita manebit.
Inſtar & immenſi pergratum pignus amoris.
Munificamq; urbem mecum: atq; urbis amicæ
Nomina magna colas: cui ſi concedere cenſu
Credere muneribus credor: non credar amore.

Finis.

.M. ANTO. SABELLICI: EX TEMPORALE CARMEN DE ITALIAE TVMVLTV.

u Nde hic Heſpiæ ſubitus furor inſilit? heu heu
Quid latiū tā triſte fremit? qd marſus & acer
Appulus in regnum: coniurant ociaq; contra
Quid furit imenſum repetitaq; corripit arma
Marte ferox calaber? proh triſtia fata dolorq;
Ecce iterum oenotrias ſtimulis agitata per urbes

DE ITALIAE TVMVLTV

Diſcurrit Bellona furens:cui terror eunti
It comes:& fœtæ curis ultricibus iræ:
Scilicet:indignum ſuperis ac molle uideri
Damnatam bello oenotriam ſecura fouere
Ocia:iam uideor terris procul uſq; ſicanis
Inſpicere armorumq; acies:crepitumq; tubarum
Audire:en ſubito paſſim perculſa pauore
Agmina diffugiunt:& qua Lacinia rupes
Incubat Ionio:nec non qua fluctibus hydrus
Argolicis obiecta ſedet:Garganus anhelos
Hinc atq; inde gemens ſtrepitus horreſcit & arma
Parte alia peligna fremens mars concutit arua:
Iamq; amiterninis trepidatur montibus:& qua
Perſpicuus late ſpatiatur fucinus ingens.
Marſus in arma ruit:flaui nec Tibrydis unda
Mitis ut ante fluit:concuſſit buccina nuper
Tartarea antiquum Latium:nec raucus ut olim
Vicinos clangor montes tremefecit & omnes
Claſſica nec uiridi tantum feronia luco
Audiit:Italiæ extremis exciuit ab oris
Armorum turmas & ſæua in prælia traxit.
Iam uelut æſtiuis ſubito cum menſibus anni
Turbine præcipiti cinxerunt æthera nymbi.
Ventorum fragor inſequitur ſiluæq; reſultant.
Abruptiq; micant ignes:tonat arduus æther.
Induiturq; minas:paſſimq; armenta uiriq;
Diffugiunt:campis bruteſcit terra relictis:
Talis corda pauor:tantuſq; inceſſit & horror
Auſonias urbes qua ſpirat turbidus auſter.
Neu trepidate uiri:ſed ſpes hinc diſcite ueſtras
Quanuis cuncta fremunt:bellūq; & dira minentur.
Prælia:terra:polus:terraq; minatius æquor.
Siqua fides uati eſt:& mens præſaga futuri
Concidet omne nefas bellorum:omniſq; remittet
Impetus:exceſſit ſiculis regionibus eſto
Pax ſum nota loco:uerum non flebilis omni
Exulat Heſperia:qua ſe ſecura receptet
Iampridem nacta eſt:habet & cui fœdera:cuiq;

Ocia cõmendet:& qui pro pace nec ullas
Martis adire uices:maiora ue fata recuſet:
Indiga ni pax ſit:non triſtia reſpicit arma
Sfortia progenies:cuius cognomina tantum
Ingenio diſtant:quantum uel maurus ab Indo
Subtrahit:aut quantum ſe regia ditis olympo.
Nominis ille quidem magni:laudiſq; paternæ
Aemulus:& fratris ueſtigia nota ſecutus.
Principis eſſe negat ſummi:temere arma mouere
Finitimos ue duces infando inuoluere bello.
Parcere ſed uictis:uel ſi nec pace nec ullo
Imperio ualeant:armis frenare ſuperbos.
Talis & ipſe fuit genitor mauortius heros
Non prius abſtinuit uictriciaq; exuit arma
Quam non quæſitos:ſed quos ſibi fecerat hoſtes
Bellorum fortuna comes:uiciſſet:& omnem
Pacatam:& ſecum iamq; ocia læta fouentem.
Cerneret Italiam:talis tum pectore curas
Verſabat dux ille ducum fortiſſimus:aut quum
Præſidio nudata pio:prædæq; relicta
Accelerans trepidæ protexit mœnia Romæ.
Aut quum bis duro ſeruata eſt tuſcia bello
Nec picenus ager tantis aut umbria rebus
Crimen erunt:uenia dignus qui credita nulli
Occupat:officient:nihil hæc:quid Gallia martis
Tunc orcheſtra uetus quum poſt tot luſtra quieuit
An prius exuta eſt belloq̃ ſfortia proles
Poſt uarios caſus & magni fata Philippi.
Inſubrum uacuis moderari cœpit habenis.
Ecquæ deinde quies quando ticinus & ingens
Eridanus:clari fluxerunt mitius amnes.
His ſtudiis ac arte potens Galeatius inde
Extitit:ille autem patriis uirtutibus inſtans
Ante diem:& primo cum uix pubeſceret æuo
Accinctus ferro nondum patientibus annis
Flaminiam bello quum iam ferus omnia mauros
Verteret:explicuit:Liguremq; ad frena rebellem
Mitibus aggreſſus ſtudiis ſine marte retraxit.

DE ITALIAE TVMVLTV

Sed felix res nulla diu:nil profuit heu heu
Heſperias illi longe lateq; per urbes
Pax uariis defenſa modis:ſecura tuendo
Oua:procubuit:quem non timuiſſet in aula
Hoſtis erat:ſed non tam nobile corpus inultum
Concidit:expendit crudelis dextera pœnas.
Non fratris pietas:non ultrix cura iacenti
Defuit:ille equidem capitis poſt dira nefandi
Supplicia:Inſubrũ tandem temone recepto
Fraternam amplexus ſobolem trepidoſq; penates
Præſidio populos commiſſaq; mœnia texit.
Nil patriæ interea laudis:nil indolis altæ
Oblitus qua frater erat:ſed clara ſuorum
Exempla & magnus ueſtigia magna ſecutus
Protinus omne nefas bellorum:iraſq; minaces
Longius auſonia ſtatuit depellere terra:
Quod facere ut poſſet populos ſibi fœdere iunxit:
Magnanimoſq; duces quoſcũq; alit itala tellus.
Sed fortuna uiri maioribus excita fatis
Explorare auſa eſt:quid uirtus ardua poſſet
Quid præſtare animus uitæ melioris amicus;
Implicuit bello Italiam:populoſq; duceſq;
Acribus exciuit ſtimulis furialis erinnys.
Vipereas impexa comas:pallamq; recincta
Quicquid ab aeriis terræ patet alpibus uſq;
Ad freta ſicaniæ ſcillæq; infamia laxa.
Calcabat Bellona ferox:non pacis ut ante
Cura uiris aderat:latiis ſed finibus exul.
Longius errabat:pullo dea triſtis amictu:
Ingruerat q; furor martis:paſſimq; uagatus
Littus utrunq; maris percuſſerat impete uaſto.
Sed magis atq; magis cultis qua feſtina campis
Panditur incubuit:nymborũq; ingruit horror
Intonuit:tremuitq; ſenex Benacus & errans
Mincius ingemuit ſenior bis ponte reuictus
Corniger Eridanus:nodoſaq; ulnicula fleuit.
Vtraq; ripa nefas ſæuiſq; impulſa procellis
Armorũq; horrere acies;& bella pauere

Viribus huic Venetus totis perſtabat & omnem
Excipere Italiam:atq; una quatere Herculis urbem.
Inde ingens robur nec non uis ampla latini
Nominis:aduerſum ſocialia iura tueri.
Interea imemores alii:non ſfortius heros
Pacis erat ſolus medio diſcrimine nunquam.
Lumina magnanimus bellando flexit ab illa:
Quin etiam mœſtam poſtq; itala regna ſedentem
Solari:& reditus blando prætendere uultu.
Illa etiam hunc unum lachrimis ſuffuſa tueri
Maiorũq; monere ducem meminiſſe ſuorum.
Et iam caſtra breui:ſpatio diuerſa coibant:
Qua ſe cenomanis attolit Brixia campis:
Duxq; duci inſtabat ſigniſq; minantia ſigna.
Interea omne nefas bello pendebat ab uno
Quum ſubito unde ſuos flexiſſent fœdera greſſus
Sfortiadæ pietas animumq; & læta retorſit
Lumina:damnatis belloq; & triſtibus armis
Longius excitam iam iam grauiora timenti
Reddidit oenotriæ pacem:populoſq; duceſq;
Seq; ipſum Venetis æterno fœdere iunxit.
Macte eſto:uirtute tua:tantoq; paternis
Laudibus aſſurgens fraternaq; indole maior
Quanto plus omnem Heſperiam terraq; mariq;
Quam partem pacaſſe fuit:tibi cedit uterq;
Hæc ſtudia has artes fideiq; hæc iura ſecuti
Te dux magne colunt reges populiq; potentes:
Te celebrant:tecumq; fouent ſocialia iura,
Te memorant:ſtudiumq; tuum:mentemq; fidemq;
Laudibus extollunt ſurget concordia rebus
Neu trepidate uiri:qui eiectam longius olim
Reddidit Heſperiæ pacem ni fallimur idem
Non illam eiciet mœſtamq; & ad ipſa ſedentem
Limina:ſed rurſus iubeant modo fata receptam
Vt qua parte uiri meritum minus itala tellus
Senſerat:inde magis laudis nunc ampla reportet
Præmia:mox Calabris ſtatuet dux inclytus oris.

Finis.

M. ANTO. SABELLICI CARMEN AD CIPICVM CORIOLANVM DE DOMVS DEFLAGRATIONE.

VERA Ne dalmaticis ſubitum mihi nuntiat oris
Cipice phama nefas: inopinaq; damna tuorum
Spargit in hadriacos fines: iacet ignibus ergo
Nocturnis conſumpta domus quã thyſifer euan
Verticibus nyſæ: phœbus uocalibus antris
Prætulit aoniæ: quæ nam hoſpita tecta ſubibũt
Ex helicone deæ: quum phocidos arua relinquit
Docta cohors: latiaſq; numæ feſtinat ad aras.
Crudeles flammæ nunq̃ crudelius auſæ
Non hominum ſedes: ſuperum non templa cremare
Concidit argolicis flammis tritonia pallas
Iliaciq; lares: ſæuoq; ſuperfuit igni
Ciſſeis: nec quum ſubiram per templa fauillam
Veſtales ſparſere foci ſunt uirginis ullæ
Membra afflata rogo: tantum tibi liuia crines
Perſtrinxit mediis acies uulcania campis.
Exemplo potuit raperet licet omnia ſæuus
Ignis: & obſcuro trepidarent cuncta tumultu
Parcere uel mediis flammis ſi fata dediſſent
Conſorti fortuna tuæ: ſed penſa coloſq;
Coniugis infeſtæ pariter fregere ſorores.
Heu ſuperum leges: & inexorabile fatum
Q uid pietas quid culta fides quid profuit heu heu
Connubio ſerua.us amor quid ſanctior ætas
Q uid tibi ſtemma duplex alta ue quid indole nati
Sed quid uana queror neq;.n. ſi fata morari
Forma: genus: pietas: & quæ uelut optima terris
Miratur mortale genus: formoſa lacenæ
Rapta foret facies: iam uiueret hectoris uxor
Viueret & naxi curuis quæ infeſta cucurit
Littoribus: poſtq̃ pelago rapientibus auſtris
Acteas uolitare rates: ac perfida uidit
Lintea: & ægiden decies impune uocari.
Nec phedra infauſtos ſecum quereretur amores
Per lauros & denſa ruens: myrteta uagantem

Q ua uidet hipſipylen:qua mœſtas phillidos umbras:
Perfidiamq; phrigum:manes fugientis heliſæ.
Nec ferro incunbens caſto traiecta cruore
Fœdaſſet patrios moriens lucretia uultus:
Duraſſetq; procul ſancto bis iuncta catoni
Martia:& imphario thalamis quæ exuta profundo
Impleuit clamore ratem:gladioſq; nefandi
Hoſpitis eliſiis damnat cornelia campis.
His alias centum adiiciam:ſi ludere cantu
Plura uacet:quarum haud terram ſubiiſſet imago
Siquid haberet inops:quod ſæue opponere morti
Vita queat:fato heu ſortem diſcrimine nullo
Debetur quicquid lunaris ſemita calcat:
Occidit hic aliquis ferro:perit ille ueneno:
Hunc rapit atra lues:hunc æquoris obruit unda.
Mille quidem mortis cauſæ:moriendi lex tamē una
Q uæ ſi cælicolum nutu uariabilis eſſet:
Memnona non mater:mater non fleſſet achillem:
Orphea calliope nunq̄ ſupremus olympo
Iuppiter intuitus:natum per rura iacentem
Troica:ſigæa uultum flexiſſet ab ida:
Diis geniti experti quod inexorabile clotho
Voluit opus:quid multa gemis? qd pectora tundis?
Cipice? num thalami noſtris non legibus ortam
Conſortem rebare tuam:num credulus illi
Semper inexpletis reparari ſtamina fuſis?
Hæc alii ſtatuenda putent:tu deſpice uulgus
Ingentiſq; imitare uiros:quos emulus ultro
Sectaris:propiuſq; uolens ueſtigia calcas.
Nec quod tam ſubita uitæ pars altera flamma
Luminibus ſit rapta tuis:tibi uulnus adactum
Altius:& lachrimis tantum medicabile credas?
Sit ſubitum quodcūq; dolet:nec torqueat ante
Siquid obeſſe poteſt:nō mors licet improba pœnas
Sed mora mortis habet:pietas quoq; coniugis eſſe
Tanta tuæ:recti ſtudiumq; & cultus honeſti
Vt nequa offenſum ſubita ſit morte cadenti.
Vel dubitare nefas:neq;.n.cui proxima uir

DE DOMVS DEFLAGRATIONE

It comes eſſe poteſt mortis uis ulla timori.
Illa quidem nuper curis exuta ſupremis
Coniugii ſoboliſq; memor:lætiſſima campos
Circuit eliſios & amœna uireta pererrat
Pierio dilecta uiro:qua polla uirentes
Subtexit lauros uictaſq; innectit honori.
Q uaq; iterum ſtygiis reuocatam ſedibus ambit
Orpheus euridicen ſeq; & ſua carmina iactat.
Hic centum thalamos uatum tedaſq; ſecutæ
Illuſtres animæ:uenientem plauſibus illam
Excipiunt:pariterq; omnes mirantur & ornant
Spargentes manibus flores & lilia plenis.
Hæc uatum matrem:uatis uocat illa maritã
Vocibus his læta incedens ſe cætibus ipſa.
Miſcet:& errantes choreas thyaſoſq; ſecuta.
Eliſios ſoles:ſecum miratur & aſtra.
Tu uero interea præreptæ coniugis umbras
Sollicitas lachrimis:inhibes nec frena dolori:
Cipice:ſed triſti reparans:ſuſpiria luctu.
Terq; quaterq; die:ſuperos & fata dolendo
Inſimulas:lamenta ciens herebiq; poliq;.
Inuidiam factura deis:iam deſine plura
Dulcis amice queri:non ſi quas hadria pulſat
Dalmaticæ fiant cautes:clamoribus aptæ
Perpetuaſq; ſimul iactent ad ſidera uoces
Proficiant:reuocent que graues ad penſa ſorores.
Sed tu nec ſuperum fatis:nec legibus ullis
Flecteris:amplexus cineres tepidãq; fauillam
Coniugis indulges lachrimis:at reſpice natos
Q uorum pieriam iſte chelin:tibi barbiton ille
Tendit:uterq; tuos luctus lenire paratus
Si numeri ſi plectra ualent:en tethys & omnis
Natarum tibi cœtus adeſt:tibi longius ecce
Nereidum mœſta triton ciet agmina concha.
Iſtuc multifido tranſmittit gurgite nymphas
Nobilis heridanus:& qui contractior undis
Mergitur hadriacis atheſis:togiſonus:& acer
Bachilio:phamaq; duplex fraudatus & undis

DE DOMVS DEFLAGRATIONE

Dum moueo infelix uates:meditorq; dolorem
His lenire modis:en uulnere ſaucius ipſe
Pene pari:tecum lachrimas & triſtia iungo
Iam dudum lamenta miſer:tibi cauſa doloris
Flamma nocens:gelida luctus mihi partus ab unda
Nam dum fratre satus teneris mihi creditus annis
Solibus æſtiuis mergit ſua corpora fluctu
Sæpe puer:ſenſim teneros allapſa per artus
Irrepsit ſcelerata lues:lentaq; peremptus
Heu puer infelix macie mihi clauditur urna
Ecce breui:dum forte tuos abſtergere luctus
Aonia contendo lyra:sic indigus artis
Quæ leuet infandum uulnus:quis credere poſſit
Arte alios curare paro:pro ſtulta doloris
Ambitio:ſubito quin caſu abiectus uterq;
Vir conſorte thori:patruus fraudatus alumno.
Iungamus lachrimas ambo:pariterq; fleamus.
Inq; uocem noſtras alterno carmine ſortes
Defleuiſſe iuuet:uel ſi pudor ullus inhæret
Pectoribus uatum:libeat meminiſſe quid illi
Quid ue ſit in terris hominum nunc qcquid oberat
Quas leges natura dedit mortalibus:aut ſi hæc
Diſſimulanda:dolor ſuadet:ſequimurq; uolentes
Vulgus iners:mus immemores(ſtudiiq; lyræq;:
Succurrat ſaltem quod flendi fluctus & ignis
Quæ duo materiam præbēt:hæc cuncta reſoluent.

Finis.

.M. ANTONII SABELLICI CARMEN IN MVNITIONEM SONTIACAM.

Spargiť Illyricis rapidus de mōtibus amnis
Hybernis quū creuit aqs haud puius ulli:
Proxima nā pceps ripā indignatus in arua Deſcri/ptio ſócii ãnis.
Fertur:& inſano bacchatus grandia curſu
Saxa trahit:uulſaſq; rotat cū gurgite ſyluas
In lætos graſſať agros:hominūq; labores
Sternit ouans:gaudetq; ſuo non fine teneri.
Ipſa ſed herculeo quum ſydere canduit æſtas:
Indigus ille ſui diffuſas colligit undas
Contentus modicis(detur modo)finibus ire

Adriacam leni ſciſſurus gurgite tethym.
Huius in occaſum uergentem uomere ripam
Carnus arat:ſed quæ phœbeos ſuſpicit ortus:
Illyricis mixti gaudent ſulcare liburni.
Impia ſed poſtq̃ turcorum ſigna recluſis

Pria eruptio turchoꝝ in italiã. Frequentes turcorũ eruptiones.

Euboici clauſtris pelagi per tæla per hoſtes
Inuaſere ſemel uenetos ſine uindice fines.
Hac iter infeſtis armis:hac ſæpius ipſa
Hoſtilis rabies latias ſe fudit in oras.
Heu quales clades q̃ triſtitia damna colonis
Attulit œnotriis ſontii tranabilis unda.
Ha quotiens miſſis ſuperato gurgite turmis
In prædamq; dari ſenſit:flammiſq; teneri
Vicinos ſtridore lares:humileſq; reuelli
Liminibus uerſis miſeranda ſorte penates.
At ne longa foret ſeries tam dira Laborum
Aeternuſq; labor populis:quibus ipſa tueri
Clauſtra datur latii:nulluſq; hoſtilibus uſus

Senatus Venetus. Circuit9 ſontiacæ molis. inuocatio

Inſidiis:ueneti ſtatuit pia cura ſenatus
Immenſum munire uadum ripamq; tenere
Fluminis:illyrici qua ſe ſubducere colles
Incipiunt cõſurgit opus:magnũq; per æquor
Sontiacam longis perſtringit flexibus undam.
Vſq; ubi te uaſtæ luſtrant Aquileia paludes.
Hic mihi tende chelym:totũq; helicona reclude
Muſa precor:meminiſſe iuuat(nam queritur)unde
Tot pariter coiere manus:uenetumq; ſecutæ
Imperium tantam potuerunt condere molem.

Q ui in munitionẽ Sontiacã Cõuenerit.

Brixia cænomanos præmiſit iuſſa colonos:
Et qui cognatæ ſulcant uicina Cremonæ
Pinguia rura uiri:nitida quos alluit unda
Larius:attritos iuſſi renouare ligones.
Vicetina cohors:& qui dilecta lixo
Rhetica ſaxa colunt:poſito properauit aratro
Iuſſus ab euganea cultor diſcedere terra:
Taruiſiumq; ferax raſtris armauit agreſtes.
Hos bellunenſes hos feltria turba ſecuta eſt.

OliAgliẽſis regio

Q uiq; opitergmos colles:qui ſtagna frequentant
Nobilis altini:Carni uenere recentes:

IN MVNITIONEM SONTIACAM

Diffuſos per rura uetus concordia mittit
Agricolas:& qui curuo proſcindit aratro
Tiliauenteam magno diſcrimine ripam.
Qui natiſona bibunt:ſciſſi uetus accola turri
Affuit:agreſtes utinum dat nobile turmas
Cæſareis utinum campis quod ſcandit in arcem.
Quam ſuper extructam numeroſo milite molem
Pannoniæ poſuere manus:ſtat ducta ſereno
Sublimis:gaudetq; polo uicina uideri.
Auſtria ſenſit onus:quiq; aſpera rura Gemonæ
Tarcenti qui ſaxa colunt:auxere cateruas
Barbarico populi contenti uiuere ritu:
Effera qua primas pandit germania cautes.
Ergo his tot manibus lectis ad iuſſa paratis:
Diuiditur ſub ſorte labor:mox ipſa uideres
Robora ſuccidi:duraſq; ſecuribus ornos
Fraxineaſq; trabes uerti:propellitur ilex:
Procumbitq; teres uulſis radicibus alnus.
Truditur infœlix ſi proxima conſtitit ulmus:
Rupibus exciſas cautes hic obſtruit:ille
In glebas ſuccidit humũ:pars ducere foſſas:
Pars uectare trabes:ipſam pars maxima molem
Ceſpitibus crudaq; inſtant attollere terra.
Ac uelut in ſiculis fuſæ quũ collibus hiblæ
Vere nouo populantur apes ſua pabula flores:
Certatimq; nouum referunt in caſtra laborem:
Pars lecto iam rore uenit:pars iuſſa recedit:
Turba frequens magno confundit prima ſuſurro
Limina:ponit onus ueniens hæc illa reponit:
Inſtipatq; fauis:ſtudio ſic undiq; cœptum
Feruet opus:ſurguntq; rudes ad ſydera turres:
Cynthia terſenos uix dum compleuerat orbes:
Quum producta procul biſdenis milibus ipſa
Conſtitit aſſyrios moles imitata labores:
Stant denſæ turres:ſtant propugnacula mille:
Pinarumq; ſuper ſeries immenſa ſuperbit.
Nec de penſilibus pugnandi pontibus uſus.
Nec crepitant molles duro ſub pondere crates:
Non tabulata tremunt:ſummotenus ipſa recedens

carnorũ fuit:nũc alpes ico lũtq car ni dicun tur. Vtinũ & ei9 ſitus.

Conſtru/ctio mo/lis ſontia cæ.

Cõpara/tio Quan/tũ tempo ris cõſũ/ptũ i mu nitiõe cõ ſtruẽda.

Dat ſpatium pugnæ moles:amplumq; relinquit
Curriculum:gaudetq; ſuis ſe uiribus uti:
Inq; uicem foruli ſubſidunt curribus:unde
Inuiſum tormenta queant procul ictibus hoſtem
Pellere:& admotas fracta teſtudine turmas.
Vaſta fere medio ſubnixa eſt area uallo
Deſcri/ Infeſtum complexa uadum:qua ſæpius hoſtis
ptio gra/ Ruperat:hanc placuit foſſis atq; aggere multo
diſcæ quã Cingere:nunc Venetis ſtatio tutiſſima caſtris.
nunc he/ Non tegetes humileſq; caſas magalia culmus
moniã ap Non gramen ſtipulæq; leues non alta paluſtris
pellant. Vlua tegit:fragili conſurgunt limina teſta
Vrbis in effigiem:portas & ſtrata uiarum
Aſſimulatq; forum:nec non delubra:ſed ipſa
Qualia fagineo poſuit noua Roma tonanti.
Vitifero iuxta tumulus ſe uertice tollit:
Medeæ Hunc quoq; Bacchus amat:ꝓfugæ de noĩe dictus
mõtis de Phaſidos:hanc phama eſt fraterna cæde cruentam
ſcriptio. Magnanimum æſonidem colchis cum patre relictis
Iaſon. Per uarios caſus per deuia Regna ſecutam
Creuſa. Pellicis aut ulctam conubia dira Creuſæ
Pollutamq; manus natorum ſanguine iunctis
Anguibus errantem miſeranda ſorte per orbem
His olim ſediſſe iugis:tacitiſq; ſub antris
Medeam magicis exciſſe ambagibus umbras.
Hinc quoq; ſuſpectæ uoces ſub nocte ſilenti
Audiri ſtrepituſq; refert pars credula uulgi.
Anguis Hinc qui ſontiaco ſpaciantem margine molem
heſperi9. Viderit:heſperium ſeſe ſpectaſſe draconem
Anguis Menalias ue putet ſinuoſis flexibus arctos
cæleſtis. Nectentem tardis agitatum curſibus anguem.
Clara or/ Nunc uetus ogygios attollat græcia muros:
bis mo/ Aſcribatq; deis neptunia mœnia:laudent
numẽta. Mirenturq; ſuos parthi babylona labores:
Nec ſileat pharios iam barbara mẽphis honores:
Aeternumq; ſui memoret pia buſta tyranni
Charia diues opum:magnum uulgata per orbem
Tercentum populi celebrent delubra dianæ:
Maius enim mirantur opus:iactantq; minores:

IN MVNITIONEM SONTIACAM

Tot potuere manus coniungere ſeſton abydo: Imitatio apertiſſi/
Tot conſanguineo lacinia ſaxa peloro: ma.
Ingeſta tellure freto:bimaremqꝫ corynthon
Fluctibus æquoreis cognata auertere terra.
Stat moles turrita ſuo ſub robore nixa
Barbaricoꝫ ulctura dolos triſtiſqꝫ rapinas.
Tempus erit:quando hæc circũ noua mœnia uictus
Proſtratuſqꝫ ſolo pœnas dabit impius hoſtis: Diuina/
Atqꝫ aliquando datum Venetos inceſſere fines tio poe/
Pœniteat:cernatqꝫ ſuos ſub ſtrage teneri: tæ.
Hic:unde in noſtros toties graſſatus agreſtes
Victor abibat agens ſubitam ſine uindice prædam
Ipſe ſui exuuias morientis ab hoſte referri
Sentiat & coruis linqui ſua membra liburnis.
Pars inter foſſas ſubqꝫ ipſis turribus altis
Corruet:extrema moriens pars altera ripa
Sontiacas diro maculabit ſanguine lymphas. Poetæ di
Puniceoqꝫ fugax odioſa cadauera uoluens uinatio.
Sontius adriacos uariabit gurgite fluctus.
Hinc ueneti danaas turcorum cæde ruinas Veneti.
Calcidicamqꝫ ulcti ſtragem primoſqꝫ labores
Auſoniæ claros referent ex hoſte triumphos:
Sic quæ barbaricas potuit contundere uires
Gens domitrix rerum uictrix terraqꝫ mariqꝫ
Romanum tranſgreſſa decus dominabitur orbi.

POEMA MARCI ANTONII SABEL/ LICI IN CAEDEM SONTIACAM.

Exclama
QVo præceps fortuna ruis? quo pergitur ultra tio poe/
Oenotrium delere decus? ſtat triſte recenſqꝫ tæ.
Fleuimus excidiũ latii qui clauſtra tenemus.
Hunc etiã proh triſte nefas/quæ cernere uictũ
Proſtratumqꝫ ſolo uenetis ulctoribus hoſtem
Mœnia debuerant noſtro maduere cruore.
Heu triſti munita loco fatiſqꝫ ſiniſtris.
Quam non mille manus non bina peregerat æſtas
Haud potuit moles populos ſeruare propinquos
Præſidium ue ſuum/non publica caſtra tueri.

Perſtitit incolumis nunq̃ ſtatione remiſſa
Suſpectum complexa uadum trieteride tota:
Fecerat inde fidem patriis a finibus olim
Sæuas poſſe faces trepidataq; tela repelli:
Reppulit at nullus: ſed ſe compeſcuit ira
Turcorum interea cædem meditata nouoſq;
Bellona dictante dolos: nec defuit auſis
Euentus: potuit phamam præuertere curſus
Q uo ſe dira phalanx latias effudit in oras.
Fulmen. Ac uelut impactum decies per nubila fulmen
Luctatumq; diu flammis ſi cædat hiulcis
Humor/& excuſſus per inania corruat ignis/
Ante ferit q̃ flamma micet: ſpacioſaq; cæli
Templa tonent: fallit uigiles uis concita ſenſus.
Nox Cœperat heſperio titan ſe mergere fluctu.
Verſus in antipodas: iam ſerus lumina neſper
Compoſitura diem prono ſpargebat olympo.
Q uum ſubito/qua forte celer per ſaxa cauaſq;
Luctatus ualles miteſcit ſontius aruis/
Ante oculos inſpectæ acies inimicaq; ſigna:
Propter aquas uiridi ueſtit ſe gramine campus
Sarcanum illyricæ dixit uetus accola ripæ.
Sarcani campi deſcriptio. Conſtitit hic hoſtis: uenetiſq; obnoxia caſtris
Caſtra locat: celeres curſum preſſere cateruæ:
Deſilit omnis eques: quærit pars pabula campis:
Excutit e uenis ſilicum pars ſemina flammæ.
At delecta cohors nullo progreſſa tumultu
Flumineam calcat ripam torrente ſiniſtro
Explora/tio turca/rum. Inſueta aſſimulans lento diſpendia greſſu.
Miratur tamen interea faſtigia ualli
Suſpectiſq; adiecta uadis caſtella: ſtupentq;
Ceſpitibus ſtructas nullo non ordine turres
Pergitur/& tacitis oculis deprehendere tendunt
Q ua detur ſibi parte uadum: qua parte ſuperbi
Aggeris oppoſitas moles & clauſtra refringant.
comparatio. Ieiuni ceu nocte lupi balantia circum
Septa ſedent: auidoq; ardent abrumpere morſu
Caularum teretes nodos: ſæuitq; tuendo
Tetra fames/multo uix tandem explenda cruore.

IN CAEDEM SONTIACAM

Ipſæ intus glomerantur oues:timidiq; ſub illis
Succumbunt fœtus:toto trepidatur ouili.
Sic ubi ſontiacæ conſpecta eſt margine ripæ
Errabunda phalanx:totis ſtationibus ingens
Exoritur clamor:uocat hic:ille arma requirit:
Caſtigatq; moram:diſcurritur ordine nullo: *Trepidatio ad primū cōſpectum turcarum.*
Induit hic aliquis leuem thoraca:comantem
Fert alius galeam:multi calcaria poſcunt:
Cornipedemq; legunt:humeris pars ecce rigentem
Loricam inducit:lateri pars alligat enſem.
Vtq; omnis conſedit equo galeata iuuentus
Protinus in turmas abeunt ſua ſigna ſecuti:
Sed quid tæla tenes uirtus peritura:quid ipſa
Te nox atra mouet:nocturnaq; continet umbra?
Nunc age uel dubiam ſuperato gurgite pugnam
Conſere:nunc inſta caſtris:hoſtemq; laceſſe.
Nocturnos cognoſce deos.Lux craſtrina neſcis
Quid uehat:heu magno ſtabit decedere nocti. *Adhortatio poetæ*
Iam cœlo propulſa dies conceſſerat umbris:
Perdideratq; ſuos tellus obducta colores:
Ductores iuſſi inſomnem traducere noctem
In ſortes abiere ſuas:commiſſaq; ualli
Munimenta citi repetunt:ſeruantq; per umbram:
Sed non omne uadum:non omnia clauſtra retenta
Præſidio:nullo quædam cuſtode tenentur.
At non flamurium noctis compeſcuit umbra: *Solertia flāmurii pernoctātis.*
Non tenebræ tenuere ducem:ſed tempore:quo ſe
Frigida iam medio traducunt ſydera cœlo:
Mille rapit lectos equites:greſſuq; ſilenti
Deprehenſum ſuperare uadum:ſaltumq; tenere
Edicit:nanq; ante ſuis ſub ſole cadenti *Edictum flamurii.*
Inſidiis ſaltum monſtrarat cominus aptum:
Iuſſa facit feſtina phalanx:fluuioq; relicto
Collibus illyricis tenuis qua ſemita uallum
Diuidit:elapſi per amica ſilentia tendunt.
Eſt uallis:quam grama ſecat non mitibus undis
Hinc pogoretam ſe pandunt ordine colles:
Eminet inde iugum:Inde & licinifia ſaxa
Conſurgunt:cædis rabies hic alta reſedit:

Deſcri/ptio diei

Hic omnes latuere doli:titonia coniunx
Pallida luctifico cœlum reſerabat eoo.
Collectæq; noctis denſarant æthera nubes:
Itala ne ſurgens ſpectaret funera titan.
Impiger at geminas ad flumina corripit alas
Flamurius:ſubitoq; amnem tranare tumultu
Imperat:& uenetum multa ui inuadere uallum:
Terdenas tamen ad pugnam diſcrimine lectas
Vlteriore uadi ripa tenet ipſe cohortes.

Suſpicio future pugnæ

Aſt ubi conſpectæ caſtris ſunt cominus alæ
Infeſtaſq; inferre faces:marteq; ciere:
Protinus œnotrii repetunt ſua ſigna manipli:
Ductoreſq; ipſi in medium conferre parati

Cõſulta/tio du/ctorum

Conſilia ecce adſunt:cunctis decernere ferro:
Quandoquidem hoſtis adeſt:animis ſentẽtia ſurgit.
Tutius at quidam circum caſtella laceſſi
Hoſtem poſſe uolunt:multis concurrere campo:
Mens erat:& uirtus quæ nõ ignaua pateret.
At funeſta nimis nicit ſententia nullo
Exemplo ſeruata ducum:quacũq; liceret

Supre/mũ cõſi/lium

Siue æquo pugnare loco ſeu detur iniquo:
Vrgere inuiſum totis conatibus hoſtem.
Coſtitit una tamen cunctis mens omnibus unum:
Conſilium:aut latio hoſtiles auertere curſus:
Aut ſi non ualeant:uitam pro laude paciſci:
His animis pugnæ partes ſub ſorte capeſſunt:
Inq; ſuas abeunt fato rapiente cateruas:
Hic mihi muſa uelim lectas ex ordine turmas:
Ductoreſq; ipſos:patriamq; & nomina pandas:
En uulgus diuerſa ſonat:Tu ſola canentem

Strata/gema.

Admonuiſſe potes rerum non inſcia uatem.
Præfuit ipſe hoſti quæ proxima conſtitit alæ

Hierony/mus Ve/ronẽſis

Iuxta atheſis natus gelidas hieronymus undas:
Cœperat infœlix iam dum uergentibus annis
In ſenium laſſe requiem ſperare ſenectæ.
Huic comes it natus fortiſq; audaxq; iuuenta

Iacobus Badoua/rus.

Puniceoq; inuectus equo fulgentibus armis
Ante aciem nalidam ualidus ui concutit haſtam.
Impiger hanc iuuenis turmam Badouarus agebat

IN CAEDEM SONTIACAM

Nomine patricio uenetaq; hic indole dignus
Per medias acies ibat ſublimis in armis
Nomine quenq; uocans:acuenſq; in prœlia turmas
Præfuit & fratrum maior picinina propago
Fortis aui uultum referens laudiſq; paternæ
Aemulus:ambracio ſtelenum genitore creatum
Et te frugifero furi generate ſalerno.
Nobilis ala capit:ſenis ductoribus hoſti
Ac totidem inter ſe nexis datur obuia turmis.
Succedit numeroſa manus:faciſq; ſiniſtris
Hanc regit alcidæ magni maluetia proles
Nomen habens:hanc phlegeis regit exul ab aruis
Orbe uagus fugiens regalia tecta gubernus.
Acer anaſtaſius:calabriſq; eiectus ab oris
Pauper in exilium ſociis cum coniuge natis
Zurilus emeritos armis qui impenderat annos
Militia attollens æuum tenuiſq; penates/
Italus eximiis aderat ſpectandus in armis
Funeſtæ infœlix gaudens cognomine terræ.
At quæ progreſſæ ſubmiſſa eſt ala ſecundæ
Rectorem te magne ſenex Caldore tuam que
Sortita eſt ſobolem:nec non galleſia tellus
Q uem genuit tellus campis uicina faliſcis.
Conſilii hunc olim magni fecere tyranni
Participem:magnus potuit fœlixq; uideri/
Ni fidei in uulgus male prodita iura fuiſſent.
His quoq; magnanimum fauſto cognomine mixtũ
Vidit læta phalanx meditantem bella ierardum.
Inde alias alii traducunt ordine turmas
Ductores latii:iam proxima ſigna canebant:
Inſtabatq; hoſtis/multoq; in bella tumultu
Ibat:& illudens martis ſimulacra ciebat.
Protinus hinc ergo infeſtis incurritur haſtis:
Inde cadunt uolucres neruo ſtridente ſagittæ.
Tollitur in cœlum clamor:reſonatq; per imas
Horrendum ualles diuerſis uocibus echo.
Itala turba pedem profert:teliſq; remiſſis
Succeſſu modico perſtringit cominus enſes.
Barbarici ceſſere doli:ſenſimq; repreſſo

Ioannes iacobus picininꝰ
Stelenus ambraci/us.
Furiꝰ ſa/lernita
Herculeſ maluetiꝰ
Ioannes gubernꝰ
Anaſtaſi/us de ſcõ angelo
Antoniꝰ zurilus
Italus fo/roiuliẽſis
Antoniꝰ caldorus & filius
Georgiꝰ de gale/ſio.
Ierardus de deter/ſaliis.

Initium pugnæ

Callidi/ tas turcarum. Vi ſimulant ceſſiſſe gradu: nunc terga prementi
Dant timidi: nunc ecce leues finxere recurſum/
Illuduntq; hoſti: & coram conuicia iactant:
Rhæticus hic ardens iuuenis ductore creatus
Vicinus exclamat ſocii: propellimus hoſtem/
En trepidi ceſſere loco/paucicq; reſiſtunt.

Ferocia gregorii uerouenſis His dictis perſtringit equum calcaribus: inq;
Aduerſam multo conatu impingitur alam:
Per medios hoſtes uadit: paſſimq; uagantes
Diſſipat: & campo uictor diſcurrit aperto.
Ceu leo iam grandis ſyluis ac matre relicta
Q uum libycis uenatur agris/armentaq; paſſim
Conturbat: nunc hos tauros nunc impiger illos
Inſequitur: carpitq; fremens auiduſq; cruoris
Incaſſum media cædem meditatur harena.

Locus inſidiarum Ventum erat ad fauces anguſtaq; ſaxa uiarum/
Immitis qua grama fluit: campiſq; relictis
Omnia circunſtant multo damnata pauore:
Subſtitit: hoſtiliſq; ſenex haud inſcius artis
Rhæticus inclamat: quonam quo pergimus ultra?
Tela tenete uiri: curſumq; inhibete priores:

Verba ſenis hieronymi Barbaricam agnoſco fraudem: male credimus hoſti.
Comprime nate gradũ: ſummum (mihi crede) piclũ
Iminet experto iuuenis concede parenti.
Vix ea fatus erat quũ leua e parte propiuquis
Conſurgunt hoſtes latebris: magnoq; fragore

Ex inſidiis turcaꝝ ſurrectio Præcipitatur eques per ſaxa abrupta cauoſq;
Anfractus uallis: conſternitur obuia ſylua:
Protritumq; apparet iter quacunq; citato
Procurſu ueſana manus ſe proripit: hæſit
Obſtupuitq; gemens aſpectu exterrita primo
Noſtra phalanx: inde ingentes ad ſydera uoces

Cõſternatio priæ turmæ. Extollunt retro ſocii: ueſtigia retro
Vertite: fraus ingens inſtat iam uertite curſum:
Q uos male perdidimus campos repetamus apertos
Conclamant: gelidoſq; nouus pauor occupat arctus.
Q uid facerent miſeri/porro quos ante fugarant
Verſi in bella fremunt rurſus: frontemq; laceſſunt:
Inq; Latus leuum rabies effuſa ruebat.

IN CAEDEM SONTIACAM

Dextra fuit moles:deſter quoq; ſoutius amnis:
Hinc quoq; ſigna mouent:ſubito clamore cohortes:
Traiiciuntq; uadum neglecto gurgite:& ipſam
Vicinam uallo complent mox agmine ripam.
Ac uelut immites ſi euertant æquora cauri/
Inq; ortum ruat omne fretum:ſi lætus eois
Eurus equis ſubito fuſcis ſe prodat ab indis/
Thracius ac boreas fremat hinc:inde urgeat auſter.
Affligũt ſe ſe fluctus:retroq; coactos Compa/
Difficiles agitant curſus luctantibus undis. ratio
Sic ubi ſe Venetæ ſenſeruut undiq; turmæ
Deprenſa iam fraude premi:nituntur iniquis Cõfuſio
Emerſiſſe locis:iu ſe confuſa iuuentus noſtrarũ
Præcipites cõmittit equos:glomeratur in unum Copiarũ
Cæſa acies:equus ictus equo ruit:atq; uiro uir.
Audires gemitus ſuſpiriaq; alta cadentum/
Inq; caput multos multoſq; in terga iacere
Cernere erat:ſtygia ſtrages crudeſcit erynni. Fœdiſſi/
Interea primam a tergo circumuenit alam ma ſtra/
Hoſtis:& in multum deuoluitur ira cruorem. ges.
Itur in omne nefas:paſſimq; miſerima cædes
Editur:hic inter galeam thoracis & oram
Extremam feriens prorſus ceruice reciſa
Deicit enſe caput peſſum:truncumq; labantem
Præcipiti deturbat equo:calcatq; per herbam:
Diripit ille humerum buſto:totoq; lacerto Atrociſſi
Dextera cadetis preſſum digitis morientibus enſem ma ſtra/
Detinet:ecce alius ſolo mirabile dictu ges
Et caput & galeam conum quoq; diuidit ictu:
Crura abſciſa iacent:abſciſaq; cruribus arma:
Sternitur actus eques paſſim:ſaltuq; maligno
Decurrunt ueneto ſurgentes ſanguine riui.
Peruia forte fuit moles:& aquantibus olim Locus
In portæ conſciſſa modum:certaminis omnis aptæ mi/
Hic furor:hic rabies:hic ſanguiuis alta cupido nutionis
Hæſerat:hac per ſtragem & denſa cadauera nixus ubi atro/
Barbarus ire uiam certat:manus itala contra ciſſime
Aſſeruare uadum:ſæuumq; auertere uallo pugnatũ
Flamurium:multumq; ferox diſtracta fuiſſet eſt.

Pugna loco:ſed ubi iuuenem nebulone profectum
Diſſectum per membra ſui uidere philippum

Interitus falſo nũ/ciatꝰ philippi de nebulõe.

Ceſſit tota cohors:heu quæ tam dira cupido
Militiæ patriis potuit te abducere terris
Infœlix iuuenis:non phama obſcura:paternæ
Pauperies ue domus:ſed te tua fata premebant:
Indolis heu quantum lugebit Mantua:qualem
Crinibus effuſis clio ſuſpirat alumnum.
Ductoris poſt fata ſui nebulonia pubes
Sternitur:effractis cuneis fuſiſq; manip is
Fit uia:prorumpunt hoſtes:multoſq; trucidant.

Cõpara/tio

Non aliter fractis ſtabulis armenta leones
Diripiunt ſternuntq; ſolo:multoq; cruore
Faucibus infeſtis ieiunia longa reponunt.
Iamq; acies deuota neci ſe denſat in orbem
Exiguum:glomerantur equi:quibus ilia pulſus
Feſſa quatit:rigido rigreſcit lingua palato:
Ceruix laxa iacet:gelidus fumantia ſudor
Crura rigat:feſſos calcaria ſubdita iam dum
Seſſoriſq; ſui nihil ipſa hortamina tollunt.
Deſperat compreſſus eques:iam prælia paucis

Equorũ anhelitꝰ

Tela mouere datur:ſeſe ſpiſſantibus inſtat
Barbarus:& medio cumulat noua funera ſaltu.
Hic ductore ſatus multos compellat:& inquit.
O ſocii q̄ dura inſtet fortuna uidetis:
Cædimur hic paſſim pauciq; reſiſtimus hoſti.
Nunc opus eſt animis:nunc quæ uia ſola ſalutis

Ad hor/tatio

Panditur:infeſtis armis per barbara ſigna
Aduerſaſq; acies campos repetamus apertos.
His dictis erecta animo generoſa iuuentus
Fertur in oppoſitas totis conatibus alas:
Terq; uiam nixa ferro eſt ſibi ſternere:terq;
Victa manus retro multorum cæde repulſa eſt:
At dum bella ciet:nexatq; infenſius hoſtem
Rhetica progenies armis:inſignis ab alto
Incautus cono iuuenis deprehenditur:ille
Multa premens caput enudat:galeamq; reſoluitq;
Crinibus arreptis alius iuuenile recidit
Cum tota ceruice caput:procul ipſe reciſum

IN CAEDEM SONTIACAM

Aſpicit infœlix genitor:procurrit:& amens
Clamitat:ecquis te patri mea ſola uoluptas
Eripuit? certe ipſe tuos aut nate ſuperſtes
Vlciſcar manes:ulctuſq; hinc uictor abibo.

Interitus Iuuenis retici hie ronymi.

Aut terram mordebo iacens:ſic fatus in hoſtem
Irruit aſt illum creber circumſtetit enſis:
Opprimiturq; ſolo non uno uulnere ibidem.
Ambratius ſocias dum forte ulciſcitur umbras
Acriter occubuit medio certamine ductor.
Præſidio ſpoliata ſuo gemit ipſa furitq;
Infœlix acies:mortiq; addicta futuræ
In gladios & tela ruit:manus impia contra
Excipit amentes curſus/hoſtemq; trucidat.

Deſpera/tio primæ turmæ.

Per rupes & ſaxa iacet ualleſq; cruentas
Intercluſa manus:facinus proh triſte pudorq;
Nominis auſonii:non nulli in uincula uictas
Prætendere manus:Latii uis alta cruoris
Sontiacas uariat tepefacto gurgite lymphas.
Parte alia primæ fuerat quæ proxima turmæ
Tertia quæq; fuit multum per iniqua locorum
Luctataq; diu anguſtas euadere fauces:
Nam leuis inſidiis ſubito quæ emerſerat ala

Fœda quorūdā deditio.

Per rupes cauteſq; uolans inſederat omnes
Terrifico clamore uias:iam cæde recenti
Conſperſæ inſtabant acies:tergumq; premebant.
Hic quoq; in anguſtum preſſi traxere ruinam
Præcipiteſq; ſuo nixu miſerabile uiſu
Procumbunt equites:rabies mahometia circum
Funditur:oenotriumq; haurit ſitibunda cruorem:
Increpat at pauidas reuocatq; in bella cohortes
Acer Anaſtaſius:quid nos pauor iſte leuabit?
Quid ſocii exclamat quid tam male cedimus hoſti?
Non fuga tuta leui curſu gens prouocat euros.

Virtus Anaſtaſii uerb.

Nec quod tam turpi ſtudio glomeramur in unum
Marbecios tandem uicti uitabimus enſes:
Indole ſi latia digni uenetaq; fuiſtis
Militia:mecum retro conuertite curſum:
Hoſtibus eſt etiam foſſo qui pectore telis
Sanguis eat:multi his dictis in prœlia uerſi

Inſtaurant alacres magno certamine pugnam:
Sanguinis inuiſi multum diffunditur:ardent
Infenſæq; utrinq; manus ſe cominus urgent.
Telum telo hæret:enſiſq; retunditur enſe.
Sed quid bella cies fruſtra peritura iuuentus?
Fata obſtant:nihil inuitis confidite diuis:
Hic dum ſæua ferox meditatur prælia ductor
Hortaturq; ſuos ingenti uulnere uictus

Interitus Anaſtaſii.

Ceſſit Anaſtaſius pugna:uitamq; relinquens
Flaminiæ dulces moriens reminiſcitur oras.
Hic quoq; cenomani uirtus animoſa Tibaldi
Occidit:hic belli conſors patriæq; neciſq;
Martius:ipſe etiam moriens præſſiſſe putaris
Funeſtum ſerzana ſolum:tua fata ſecutus
Furius:hic etiam multi/quos phama recondit
Magnanimi periere uiri:ſternuntur ibidem
Pugnaces equitum turmæ/peditumq; cateruæ:

Aperta uenetaꝝ copiarũ ꝓfligatio.

Turbantur Veneti ductorum cæde manipli
Diffugiuntq; palam fuſi per lubrica ſaxa
Perq; imas ualles cõſperſaq; robora tabo.
Terga premunt falcati enſes ſcythicæq; ſagittæ.
Præcipitat ſternitq; uiros hauritq; cruorem

Profuſa ſtrages fugientium.

Flamuriana manus:cumulata cadauera paſſim
Cornipedeſq; iacent:turpem qui ex agmine primi
Tentauere fugam/& campum irrupere patentem
Q uando inimica ſuper mixto ꝑmit agmine turba:
Haud miſeram effugiunt mortem:ſed cæde ſoluta
Oppreſſi per rura cadunt:maumetius enſis
Obuia ſcuta uirum fulgentiaq; arma recludit.
Nunc humeros nunc crura metit:diſcrimine nullo
Diſſecat infœlix uulgus:lateq; uagatur.

Finis pugnæ.

Polluit antiquæ cædes ueſtigia moſſæ
Præcipiti diſtracta fuga:ſic deniq; laſſa
Non ſaciata tamen rabies inimica reſedit.
Fœlices animæ quæ fortia facta ſecutæ
Fortiter almificamq; fidem uenetumq; tuendo
Imperinm latio fudiſtis limite uitam:
Dum decus & ueneti ſtabunt penetralia Marci
Gentis & inuictæ ſulcabunt æquora puppes:

IN CAEDEM SONTIACAM

Semper ueſter honos ſupremaq; facta manebunt. Elogium
Ite:licet ſuperas lætæ conſcendite ſedes poetæ in
Hic decus:hic ueſtræ ſeruantur præmia laudi. eos q ſtre
Vos uero algentes bello belloq; fugaces nue piere
Effugit ſolo pollutæ crimine turbæ
Eliſias ualles & amœna fluenta tenete.
Reſtitit ut campo uictor Maumetius heros: Victoria
Conſtrataſq; uidet diffuſa per arua cateruas: turcarũ.
Ne quid/ait/noſtri diffuſum ſanguinis hoſtis
Eſſe ſciat:noſtroq; leuet ſua damna cruore:
Ite citi:forteſq; uiros illuſtria bello
Pectora ab auſoniis paſſim ſecernite truncis.
Lectaq; furtiuis mandentur corpora flammis.
Protinus excurrunt equites:atq; ipſa faceſſunt
Iuſſa ducis:mediaq; ſuos e cæde reuellunt. Edictum
Hic gemit:& cæſi procumbit in oſcula fratris: flamurii.
Exanimemq; attollit equo:flammaſq; requirit:
Ille madens lachrymis traducit funera nati:
Fata patris natus per denſa cadauera quærit:
Dat ſocium ſocius flammis:aliuſq; propinquum
Fert humeris:tacito properantur ſingula luctu.
Barbara ſimplicitas dic cur tua funera condis? Inurbiſ
Scilicet ignotum eſt tot fortia pectora nunq̃ poeta in
Tot latios potuiſſe uiros occumbere bello turcharũ
Incolumi tibi ſtante manu ſaluiſq; maniplis? ſimplici-
At dum ſontiacæ decreſcunt margine ripæ tatem.
Barbara buſta uirum:collectis undiq; ſignis
Proxima caſtra petit uictor:ſolioq; potitus
Vtq; erat e latia conſperſus cæde reſedit
Flamurius:cingunt caſtrenſia roſtra cateruæ:
Ductores poſt terga manus huc ite reuinctos Ira fla-
Armiferamq; inquit:ſubito mihi ſiſtite prædam: murii.
Dixit:& in crudum defixit lumina uultus:
Ingenteſq; animi uultu compeſcuit iras.
Captiuos ad roſtra duces turmaſq; ſequaces
Victrix turba trahit:proh nomina clara ſuperbæ Attende
Militiæ nudata caput manibuſq; reuinctis indignũ
Poplite ad indignum flexo uenere tribunal. ſpectacu
Ipſe autem patriam uictor nomenq; requirit lum.

Ductorumq; genus præclara ſtipendia quæ ue
Geſta forent bello:tacitoq; audita recondit
Pectore magnanimos uultus miratus & ora
Fortunamq; uirum:quos triſtia fata manerent:
Impius infando multos non multa moratus
Seruitio damnat:pariterq; ad uincla reſeruat.
Intonat inde nefas:reliqua hæc mihi corpora ferro
Cædite:mille cadunt in cædem protinus enſes.

Crudeliſſimũ flamurii edictum.

Sternitur infœlix acies:diſcrimine nullo
Non uirtus:non alta domus:non clara parentum
Nomina:non florens ætas:non profuit ulli
Canicies:atq; ipſi etiam miſerabilis hoſti:
Illyris auſonio ſpumeſcit ripa cruore:
Teſtaturq; nefas:ſolio crudelis ab alto
Spectat:& exultans laudat noua uulnera uictor.
Deniq; iam latio conſperſus ſanguine rurſus
Exclamat:iam iam fœlicis præmia pugnæ:

Permiſſio flamurii. Diſcurſus i prædam.

Quãdoquidẽ merita eſt:habeat maumectia pubes:
Ite uirum galeas fulgentiaq; arma uagoſq;
Cornipedes totis læti depoſcite campis.
His dictis feſtina phalanx ſe proripit:atq;
In prædam diuerſa ruit:paſſimq; iacentes
Diripiuntq; gladios galeaſq; & cõmoda bello
Scuta uirum:ſpoliant multaq; in ſtrage uolutant:
Fœdaq; deſtituunt fœdos per gramina truncos.

.M.ANTONII SABELLICI CARMEN IN CARNICVM INCENDIVM.

Deſcriptio noctis q̃ diẽ pugnæ ſecuta eſt.

NAM fuſcis prouecta rotis nox atra ruebat
Oceano:ualleſq; umbris cõplexa cruentas
Et cãpos ubi pugna fuit ſtragẽq; tepẽtem
Victriceſq; manꝰ inimicaq; caſtra tegebat.
Et iam tp̃s erat placidam quo laſſa quietẽ
Summotis captare ſolent animalia curis:
Letheuſq; ſopor feſſos complectitur artus:
Cunctorumq; oblita fouens humana laborum
Corda leuat:ſic terra ſilet:ſilet arduus æther.
Sed qualis nox illa tibi proh fata dolorq;
Iulia terra fuit? requies non ulla ſed ingens
Terror:& immenſi uulgus preſſere pauores.

horror

IN CARNICVM INCENDIVM

Nanq; ubi uulgata eſt uicina per oppida tanti
Nuncia phama mali:pueri iuueneſq; ſeneſq;
Attoniti ſiluere diu:gellidusq; cucurrit
Ima per oſſa tremor:ſed non diſcrimine tanto
Ceſſatum uexare metus præſenſq; monere
Excidium/quantumq; mali lux proxima ferret
Succlamare animis:langor ſic excidit omnis:
Compreſſuſq; dolor ſtimulo grauiore reſedit:
Pro ſe quiſq; fugam properat/noctiſq; per umbram
Cōmigrare parat:trepido pars concita curſu
Sublatos humeris confecta ætate parentes
Pars raſtros/humiliſq; lares/agreſtia ſacra
Curribus extollunt:agit hic armenta gregeſq;
In præceps:ſobolem cæco trahit ille tumultu:
Q uis ſtragem illius noctis caſuſq; ſiniſtros
Indignos ue queat dictis æquare labores?
Audires gemitus ſuſpiriaq; alta cadentum
Votaq; nec quicq̃ obſcuras iactata per umbras:
Q uot currus:quot uerſa ſolo carpenta iacere
Cernere erat:ualles reſonabant luctibus imæ:
Diffugitur/pars hæc aquileia teſqua pigraſq;
Adriacam dorim quæ non ſenſere paludes:

Effugiū ad muni/tiora loca

Pars illa ignotas ſyluas & denſa ferarum
Luſtra petit:multi præcinctas mœnibus urbes
Munitaſq; altis comprendunt montibus arces.
Hæſerat hic omnis miſeri fiducia uulgi
Hic ſpes omnis erat:gemitu concurritur ergo
Vndiq;:& horrifico nox perſtrepit atra fragore.
Vertice uitiſero collis conſurgit ad auras/
Cæruleis qua turrus aquis diſterminat arua
Iulia ab illyricis uicino fonte colonis:
Hic præclara tribus uicis arx alta uetuſta
Stat fundata manu:corrupto nomine priſci.

Deſcri/ptio tar/centinæ arcis.

Tarcentum dixere patres:hinc carnica centum
Frugifero munita ſolo caſtella uidere
Agreſtiſq; licet uillas:campoſq; iacentes/
Flumina:& adriacam ſtagnantem proxima tethym/
Delmaticos fines:& iapidis ora timaui.
Q uaſq; ferox primas pandit germania cautes:

Artenios colles:& flumina tiliauentis
Flumina oſopiacas circumlabentia rupes.
Hinc ſpectare datū:patet hinc proſpectus ad ipſas (Proſpe- ctꝰ arcis.)
Quas pleno cilina trahit torrrente ruinas.
Apparent Auiana procul facilinaq; ruras
Et qua uitiferos mitis liquentia campos
Irrigat:& uenetæ ſe porrexere paludes:
Inde opitergini colles:littuſq; relictum
Nobilis altini:fluuio & quæ ſulcat amœno
Arua ſilis:feltrinæ cautes/tauriſiumq;:
Euganeæ procul caligant montibus arces:
Hinc quoq; proſpectus late decurrit in æquor.
Aſpiceres medio fluctu uolitare carinas/
Nunc pluuiis correpta notis nunc acribus euris
Vela rapi gnidias.longe mentita columbas.
Huc ego peſtiferi depulſus mœnibus hunni.
Bis geminos fratres pergrataq; iura ſecutus
Hoſpitii trepidos greſſus inſtante tumultu
Corripui: totuſq; pauens hac arce reſedi.
Mœſta dies aderat:pauidumq; retexerat orbem:
Sudifico cœlum boreæ conceſſerat auſter:
Victus ad extremas libyæ deceſſerat oras
Improbus:& cæco ſiccabat carcere pennas. (Tempore)
Igneus interea.phœbus prodibat ab indis/
Frigida terga premens tepido quæ admouerat axi·
Scorpius:& dubias curſu quas nuper anhelo
Preſſerat auerſo ſpectabat ſydere chelas.
At tellus deſerta ſilet:deſerta putares
Omnia:& heſternis uacuum cultoribus orbem. (Attende in audītū ſilentiū.)
Nuda iacent/nulliſq; ſonant mugitibus arua:
Lanigeroſq; greges hirtaſue errare capellas
Nuſq̄ cernere erat:tractos non feruere currus:
Audires concuſſa ſolo non raſtra ſonare.
Horror erat cultos campos/uillaſq; iacentes/
Tot uicos/mundumq; ipſum ſpectare relictum.
Haud aliam terræ faciem uultumq; fuiſſe
Crediderim:poſtq̄ ſeſe cohibentibus undis
Emerſere freto colles & phocidos arua:
Tanta promethiden cyrrhea in rupe ſedentem (Deucalion)

IN CARNICVM INCENDIVM

Soſpite connubio ſtupuiſſe ſilentia credam.
Iam multum progreſſa dies:mediumq; tenebat
Acribus actus equis titanius axis olympum: Initiū incendii.
Quū ſubito ecce nefas:quæ ꝓxima mœnibus hūni
Rura ſedent fumare procul piceoſq; ſub auras
Tollere uiſa globos:iam iam miſerabile uiſu
Ecce alius:mox deinde alius:mox undiq; creber
Inſinuat ſurgens immenſa uolumina fumus:
Heu ſimul exclamant qui circum forte ſedebant:
Heu patria infœlix te ne hæc infauſta cadentem
Hæc ergo ſuprema dies hæc fata manebant? Cōploratio miſerabilis
Iulia terra ciuis cinis & lachrymabile tantum
Nomen erit? ſpectātiū
Audires gemitus & circum nuda ſonare incolaꝝ.
Pectora:& hæc ſecum iactantes talia matres:
O miſeræ ſortis dira hæc in tempora natæ:
En patria incenſa uerſiſq; penatibus omnes
Extorres:rerumq; inopes luſtrabimus orbem:
Credibile eſt ſuperi ſæuos peccaſſe parentes:
At tantum inſontes nati teneræq; puellæ
Non meruere nefas:o pignora noſtra doloris
Ingratum quoq; uentris onus:quid triſtibus ānis
In lucem & miſeras uitæ merſiſtis ad auras:
Ibitis exilii comites eritiſq; ſenectæ
Longo errore uagæ peregrinis ſarcina terris.
Hos inter fletus atq; omnia dira ſedebam.
Interea uolucer late diffunditur ignis:
Circūferre faces hoſtes:per rura uagari.
Continuo quicquid cultæ telluris ad eurum
Gurgite præcipiti ſinuoſus ſontius ambit:
Quicquid ad occiduos rurſus Zephyroſq; tepentes
Tiliauenteæ flexus ſibi uendicat undæ
Nil niſi flamma fuit:boreas incedia miſcet:
Flammarumq; æſtus tollit uiolentus ad auras
Flatibus arctois:uolitant per inane fauillæ.
Inuoluitq; diem cæca caligine fumus.
Ac uelut in latiis memini me ſæpius oris
Ipſa ſub autūnum præreptis meſſibus arua
Agreſti ſuccenſa manu mox cuncta uidere

Igne rapi:& ſubitis agros deferuere flammis:
Interea uires ſi ſuggerat ignibus auſter:
Diſſeritur totis acies uulcania campis:
Conflagrant uallesq; imæ collesq; ſupini:
Cum ſtabulis tegetes/agreſtia tecta/pecuſq;
Et nemora/& denſas ſyluas/uluasq; paluſtres
Corripit ignis edax:abeunt in deuia flammæ:
Quam procul ipſe ſequi potuit ꝓſpectus ouantes.
Sic quoq; bacchato ſinuoſa incendia tractu
Perq; domos uacuas & carnica regna uagati,
Proſpiceres:phama eſt captæ neptunia troiæ
Pergama & iliacas nocturnis ignibus arces
Exarſiſſe:uetus facies tamen illa malorum
Vix tam fœda fuit:maiora incendia nunq̄
Expauit mortale genus:licet alta uetuſtas
Aeolias rupes ethneaq; monſtra ſequatur
Et phaetonteæ mendacia priſca fauillæ.
Phœbus ad herſperiam tehtym iam flectere curſum
Cœperat:& feræ ſurgentes leniter auræ
Aethera purgabant:clareſcunt undiq; flammæ/
Vndiq; triſte nefas immenſaq; damna pateſcunt:
Quacunq; aſpicias ignis ſpectatur & æther:
Hanc rerum faciem miſerandaq; fata ſedebam
Attonito ſimilis ſpectans:lachrymaſq; ciebam
Excidium patriæ & ſortem miſeratus iniquam.
Chriſto/phorus. Quādo mihi ante oculos fratrū ſe maximus offert
Fratrum/qui ſibi me uatem uatiſq; camœnas
Hoſpitio iunxere pio:comitatur euntem
Lecta manus iuuenum:ille ardens iuueniſibus annis
Spicula bina gerens dextra parmamq; ſiniſtra
Me uidet & dictis longe compellat amicis:
Verb. Quis tam triſte nefas hoſpes dilecte/quis unq̄
Crediderit patriam hanc tam triſtia fata manere:
Obruimur flammis:& triſti merſa fauilla
Cuncta iacent:quicquid ſæuus non poſſidet ignis
Occupat & circum graſſatur barbarus enſis:
Tu uero quando hæc tutiſſima mœnia cautus
Prendiſti indignos animo ne admitte timores.
Quid quod & hos arcis/quos cernis ad ima iacere/

IN CARNICVM INCENDIVM

Tergeminos uicos tercentia tecta tueri
His paro:nanq; aut fortunas ſeruabit auitas
Auertetq; atros noſtris a mœnibus ignes
Hæc dextra:aut uitam multo cũ ſanguine fundam.
Cui ego:quando ferox hoſtis uulcania circum Verb.
Semina diſſeruit:ferrum undiq; & undiq; flamma Poetæ.
Circunſtat:quid te iuuat obiectare periclo
O iuuenis fidens animi? quin fortiter arcem
Hanc potius tutare precor:tua dextera uictos
Nos teget:atq; arx hæc defenſa tuebitur omnes:
Deniq; quid contra tot fortia pectora uirtus
Vna ualet:furor eſt uictis non cedere rebus.
Ille autem contra:me ne hoc diſcrimine quiſq̃
Ceſſantem ſigniſq; moras per uota trahentem
Viderit:ignis edax coram mea regna cremabit?
Prorſus & admotæ ſtringent hæc mœnia flammæ:
Nec tantas ulciſcar opes? prius ipſa dehiſcat
Chriſtophoronq; uoret tellus:aut rector olympi
Fulmine letheas rutilo me trudat ad undas:
Publica fata ſequar:fratrum tibi cura meorum
Sit precor:hoſpitii ſerua pia pignora noſtri.
Hæc ait:& lachrymans nobis ſe proripit:illum
Ductorem delecta manus comitatur euntem.
Ingemui:mecumq; animo non pauca mouebam:
Q uũ ſubito in ſe oculos incendia ſæua retorquent.
Carpſerat interea deſertas undiq; terras
Ignea uis:totis acies uulcania campis
Circũfuſa furit:lambentes ſydera flammas
Cernere & undantem mixta caligine fumum
Horror erat referens oculos tum mœſtus amicum
Aſpicio:hunc tacitis compello uocibus:hiſq;
Alloquor:ecce omnem patriam conſidere in ignes Verb.
Cernimus:at quid uos tanto indulgere dolori Po.
Liuiſine iuuat:ſic improba fata ferebant: Liuiſin9.
Hanc cecinere olim ſub noſtraq; tempora parcæ
Protraxere diem:nihil hæc ſuſpiria curant
Nil lachrymas nequeunt his terica fata moueri.
Q uin age compreſſo gemitu dic ordine(nãq;
Iulia non tantum tellus ſed plurima mundi

Pars bene nota tibi eſt)uicos atq; oppida paſſim
Fumantes uillas dominos ac nomina pande.
Ille autem lachrymis contra ſic orſus abortis:
Verb. Quid me tot ſæuos caſus tot damna meorum
Dinumerare iubes:patriis procul æditus oris/
Quem non iſte dolor tangit:lachrymabilis hæc lux
Cui non ſemper erit?pariter læſere potentes
Atq; inopes:quæ noſtra cremant confinia/flammæ.
At ſi rite uacat noſtros audire dolores/
Priuatoſq; iuuat caſus cognoſcere:quãuis
Geſtiat herculeas phœbus contingere metas:
Incipiam breuiterq; ſequens ex ordine dicam.
Loca fo/ Aſpice ſontiacas nubes qua fumea ripas
rilulii. Texit/& aſſurgens candentem flamma fauillam
Quæ Ad ſuperos alterna uomit/pogoretia tecta
Turcha/ Hoſtiles rapuere faces:liciniſia rupes
rũ incen Proxima polluto cæſorum ſanguine uallo
dio con/ Ecce nefas ſiculos colles imitatur & ignes:
flagra/ In leuam conuerte oculos campoſq; patentes
tunt. Aſpice:& heſterno rorantia prata cruore:
His uicina locis ſuperas ſe tollit ad auras
Flamma ſub anguſtæ rapuit quæ mœnia moſſæ:
Barbarico contra ſupremum carpitur igni
Fara ferax:nec non meriana mapalia cultis
Medeæ ſubiecta iugis:heu quanta lyæo
Damna parant ſæuæ miſcentq; incendia dextræ.
Vritur & magicis tellus ſuſpecta cauernis/
Medea. Hoſpitis antiquæ tellus de nomine dicta:
Viuat & huc ipſum traducat carmine phaſim:
Scilicet inſomnem potuit mulcere draconem/
Ignipedeſq; iugo multo medicamine tauros
Subdere:præſentes poterit reſtinguere flammas
Nulla colchis ope:non hoſpita tecta tueri.
Haud procul his tumulis mõſtrat te uerſa cadentem/
Et quæ frugiferæ ſenſerunt damna crauliæ/
Nomanoſq; lares:nec grandia nomina proſunt
Nomina/proſtratus bello quæ exhorruit orbis:
Nec qui diuerſis miſcentur fluctibus amnes
Defendunt uiſcona ſuum:generoſa refuſcis

IN CARNICVM INCENDIVM

Cœlitis exundant æſtu magnalia uiti:
Vos quoq; triſte nefas palmatia tecta recurſat
Ignis edax:heu quæ lugebunt horrea patres/
Q uos aquileia tuæ paſcunt altaria diuæ:
Diſpereunt tenues porpetia regna fauillæ'
Aucupiis inſigne ſolum:tua prima uoluptas
Deliciæ que omnes pereunt/hic dulcis alumnæ
Porpetane tuæ/ceſſent uolucreſq; caneſq;
Et quæ iam dudum te retia lecta trahebant.
Ardet agonaron:diraſq; offenſa refugit
Proxima nympha faces:generoſior antoniani
Fumat humus:fumatq; ſitus cerealibus aruis
Caſtulo/& armiferi nemoralia teſqua georgi:
Virginis ætheteæ ſedes oblonga/feraxq;
Meretum/fatiſq; ruunt roncheta malignis.
Heu pietas quot uerſa loco ſuſpirat eodem
Prædia/& inuiſa cernit feruere fauilla
Q uæ numeroſa cohors aquileia phama uetuſtæ
Virginis æternum deſertaq; mœnia ſeruat.
Conficit ignis atrox laurentia rura luitq;
Aemula campano fœlicia muſta lyæo:
Arripit eſſe procul fœnilia denſa papyæ/
Percotumq; cremat cinctum nemoralibus umbris
Pernicioſa lues:humiles uiolantur agelli
Perdoctiq; lares/centum nec ſcita uirorum
Pectora nec tantos ſapiens grex reppulit ignes.
Vertitur infœlix tiſanon:puteiq; minores/
Teq;/pigardiferis quæ uberrima cingeris aruis/
Samardinga premit:patriæ miſerabile fatum
Cuſiniana ruunt:& prædia perſeriana/
Tectaq; uenanti pergrata terentia turbæ.
Euerſis heu quanta locis his damna reportat
Sauorgnana domus:res dilabuntur auitæ/
Nec ſeruare datum quæſita nepotibus arua: Sauor/
Tu patrias ſedes ſubitoq; euicta pauore gnani.
Corda leuas populi:deſertaq; mœnia ſeruas:
Nicoleos:fuluo iuuenem quem cinxerat auro Nicola/
Cæſariana manus:rurſus ſpes altera prolis us ſauor
Inde procul triſtanus abeſt:ille acer in armis gnanus.

Triſtanꝰ Præſidio aut arim firmat:ſeu prorſus in hoſtem
ſauorgna Comparat agreſtes/acuitq; in prœlia turmas.
nus. Quo ſoboles generoſa ruis? nil proficis:ecce
Merſa iacent flammis proaui quæcunq; pararunt
Inclyta geſta tui:ſeptenis meſſibus olim
Præfuit hic patriæ patrias molitus habenas
Quicquid & hoc genitus peperit:q primus auorum
Patritium uenetos inter libauit honorem:
Quicquid auus/cuius claros factura nepotes
Nomina clara refers:quod ſobria cura parētis/
Quod patruelis honos auxit/miſerabile uiſu
Suſtulit una dies:quid te dolor urget in iram
Præcipitatq; furor:ſatis hic ulciſcitur hoſtem
Marte ſub aduerſo qui ſe ad meliora reſeruat:
Dum miſeranda queror conſurgit mœnibus hunni
Proximus ignis atrox/carnania tecta/lareſq;
In ſubitas abeunt flammas triſtiſq; fauillas.
Ecce columbiferas caſulas noua flamma capeſſit:
Pyeriaſq; rapit ſedes:quibus ante ſolebat/
Auſonia quoties eſſet mihi redditus urbe/
Tyrius. Stradolidoſq; lares linquebat tyrius:uti
Sæpius hos lucos & amœna fluenta colebat
Phœbus/& ipſa ſuum comitata polymnia uatem.
Luminiana micant flammis ſalientibus arua:
Sturniferumq; premunt uulcania tela riſanon/
Lauſachiumq; ferax:clauianaq; tecta:pioſq;
Qui Stephanon coluere lares:quos ſyluia/quoſq;
Admouet umbriferos propius ſub ſylua penates:
Nec texere ſuos entratia tecta colonos.
His heu,quanta locis quot triſtia damna recenſent
Suſanni Vtinei gens clara uiri:ſuſannius ecce
us. Ille ſenex noſtræ mitis tutela thaliæ
Quod doleat quod ploret habet:dolet aduena ꝑles/
Cuius ſigna fouet flauentis forma iuuencæ
Flet quoq; calua cohors dira hæc diſpendia clerus/
Mani/ Clerus utineæ famulatus uirginis aræ.
nus. Talibus attonitum fatis lux illa maninum
Detal/ Vidit:& infanda hæc mœrentem dāna detalmum:
mus. Contigit haud ulli maior facundia linguæ/

Nec tantus ſandi cultus: popularior ulli
Nunq̄ ſermo fuit: nunq̄ præſentius ipſam
Rem populi iuuit quiſq̄: ſed tranſtulit ecce
Vlterius ſe dira lues: cerealibus aruis
(Iulia raſtra colunt) piceus ſe tollit ad auras
Perlambitq; polum mixta caligine nimbus:
Nec mala ſumpichiæ infœlicia tecta recepta
Peſte uacant: fumant fœnilia galeriani
Glaunichiūq; uetus: fatis damnatus eiſdem
Talmaſon & uillæ flāmis crepitantibus orbæ
Culmina lapſa ruunt. iam iā populabitur ignis
Flambrion & ſedem: dederas cui carpine nomen
Cœlitus euertit poſtes fax dira mariſſæ
Iunctaq; dumoſæ laurentia tecta gradiſcæ.
Ardet amatricis culmen miſerabile uillæ:
Nec non cæruleis ſedes perſtringitur undis
Quæ mariane tuis. blauucia ripa receptum
Teſtatur ſplēdore nefas: nil ergo fugaces
Naides aut undæ poterūt prodeſſe propinquæ.
Sed nec ſegnis opem uicinis turribus amnis
Ferre parat. uiridi pereunt quæ margine ripæ:
Tollitur ingratas bugniſius ardor ad undas,
Glandiciumq; rapit. uolucri conſumitur igni
Quicquid in his terris tenuit modo maximus ille
Interpres legum: clarum cui ciuica nomen
Res dedit: en quid te magnis exercite rebus
Nos quoq; quid iuuit: quod tu tot millibus tantus
Prælatus quondam terſenis menſibus alto
Aggere ſonciacam firmaſti ex ordine ripam?
Proh lachrymæ fletuſq; mei ſuſpirat ademptas
Illius nunc pectus opes: lachrymiſq; madeſcunt
Lumina: quæ uatis caſtas cognoſcere curas
Dignata eſt: his ne ſaltem concedite damni:
Tiliauenteæ ſed opem præſtate puellæ
Cæruleo genitore ſatæ: reſtinguite flammā:
Vicinumq; nefas oro: ſic omnibus æuis
Plenus eat: plenoq; pater ſe gurgite tethyn
Voluat in adriacam: nulli quoq; noxius idem
Credatur: canoſq; premat frons glauca capillos:
Quin procul inde aciē qui me tū forte docebat

Huc refer hoſpes ait: & quæ memorãda ſupſunt
Damna uide: nam quæ poſt flumina tiliauenti
Ceruimus atqꝫ ultra caligine merſa relinquo:
In boream reflecte oculos ripamqꝫ ſiniſtram
Fluminis: infenſumqꝫ lupis prædonibus ecce
Vertit flamma ſolum: marinia rura recurrit
Ignis edax: ſeptũqꝫ parãt cui robora nomen.
Brixia aduſta iacet: uiliſqꝫ fauonia baccho
Sucuiſias luget ſedes abbatia proles
Glemonæ ſublime decus: tres ordine fratres
Ingenio longe pollens ac corpore quiſqꝫ:
Murutiana leui caligant tecta fauilla
Quæ proſtrata ſolo proles gurgetia plorat:
Deſere ſed tumulos: campeſtriaqꝫ arua parũper
Vtineiſqꝫ faces ſubiectas mœnibus hauri.
Aſpice clauſit opem cornaria nympha nuceto:
Procumbũtqꝫ lares diuiqꝫ mapalia marci:
Fertile bleſſanum: uarianaqꝫ limina: necnon
Baſilicæ flammis ſternuntur culmina pictæ.
Nec colcretani proh triſtia damna penates
Peſte carẽt: ſed qd lachrymis lõgiqua notamꝰ?
Proxima utineis flagrant caprilia muris:
Laupacum rapuere faces huc reſpice: & ipſum
Cui tu glauca dabas nemoroſum popule nomẽ.
Luxuriaca cremant ſalientes prædia flammæ
Prædia quæ ſeni ſoboles clariſſima fratres
Leguleo genitore ſati præculta tenebant:
Inter iuleas proles haud clarior ulla
Nec maior mihi uiſa bonis eſt artibus ulla:
Philetina domus illis: hanc turba clientum
Languenteſqꝫ colunt cœtus: phœbiqꝫ ſorores.
Hinc nati patriſqꝫ ſenis conſulta reportant
Sæpe rei: populus medicas hic conſulit artes:
Ternaqꝫ pyeriis reſonant hic plectra camœnis:
Haud procul ecce nefas cui nõia cõtulit amnis
Fumat humus: ſtabulis cortalibus ĩprobus ignis
Vergnatiiſqꝫ furit tectis: paruũqꝫ recurrit
Reciolum: haudqꝫ illi ꝓdeſt qđ cõminus undæ
Hinc atqꝫ inde fluunt: hic prædia uerſa georgi
Vtinei pars clara fori uillãqꝫ cadentem

Coniugium atq; ipſos fleſti prope niccole natos
Saltus & ad leuam macredia ſaxa relucent:
Tuta remanſaſiæ nec ſunt tibi culmina ullæ:
Sed quid triſte nefas cerno? noua flāma nouecem
Frugiferaſq; recens uolias circūuolat ignis.
Captis ergo ſuis ceſſabunt arua colonis
Sordeſcentq; ſitu clari uineta roſacis
Vix hæc damna tulit quondā quū ueſuius arſit.
Vidit & in cinerem uerti ſua regna lyæus.
Heu q̄ grata perit ſedes heu dāna meorum
Cultoreſq; mei: hoc uobis haud debuit unq̄
Hoſtiles licuiſſe manus: mox talia queſtus
Ingēit: & lachrymis hæſit meus hoſpes abortis.
Ipſe ego quando nihil cœlū niſi prorſus & ignes
Vndiq; cernere erat: ſurgens haud plura requiro
Interea phœbus toto ſe merſerat orbe
Fluctibus heſperiis: at nulla crepuſcula nullæ
Inter tot flāmas noctem traxere tenebræ.
Sic menſis qui nonus erat numeradus ab imbre
Luctibus & lachrymis triſtes abiere calendæ.

M. ANTONII Sabellici Carmen In naufragantem Diui Petri Cymbam.

LVCTVAT ALMA ratis medioq; eiecta profundo
Vltima uota facit gelida dilapſus ab ar-cto
Incubuit pelago boreas: cui prorſus ab imis
Aequora uerſa uadis timidos curuant in auſtros
Huc omnis decurrit hyems: ſed remige feſſo
Solus adhuc inſtat clauo ſcopuloſq; minaces
Horret & ambigua pupim regit arte magiſter:
Sit licet ipſa breuis turbæq; capacior alnus
Exiguæ: pars eſt ingens tamen orbis in illa.
Hic reges: clariq; duces hic ſumma caputq;
Imperii: hic populis ſpecies inimica tyranni:
Hic hominum quicquid trinū ueneratur & unū
Rite deum: nihil heu cæcæ & ſine lumine mētes
Cymmeriis merſæ tenebris nil referet inq̄
Quod pars hæc proram teneat pars illa carinam
Quodq; alii antennas capiant: alii ardua mali
Corripiant: quippe una ſalus atq; oībus unum

Iminet exitium. eia aĩos deiectaq; membra
Tollite: & aſſumptis pariter conſurgite remis:
Hæc uis dira freti arctois excita procellis
Inuictis æquanda animis & fortibus auſis:
Pars hęc uela regat: tractet pars illa rudentes
Ipſe ſed o trepidæ rector uelit eſſe carinæ
Remigiiq; caput: cuius neptunia nomen
Regna timẽt: regat ille huius nõ inſcius artis
Nec fera tẽpeſtas quicq̃ arctoæue procellæ
Officient: ſed læta ratis mox tuta ſubibit
Oſtia littoribus totis ac præpete portu
Supplicibus uotis ſoluet ſe grata iuuentus
Tu uaticani iam iam moderamina lambi
Adriacis comitte deis: ea numina præſint
Illa regant cunctos: illis ſint omnia curæ.
Tu comes interea comitumq; hortator adeſto
Xiſte pater: lapſaſq; noua formidine mentes
Erigito: ſurgantq; ſimul regeſq; duceſq;
Hortatu pater alme tuo: remiſq; receptis
Verberet ĩſanos fluctus undaſq; minaces
Experrecta manus: tanti pars prima laboris
Sicaniæ rex magne tua eſt: qua parte recumbis
Hac magis atq; magis dudũ male cogitat æquor
Proxima tyrrhenis agitetur palmula nautis:
Succedat numero inſubrum qui regna miniſtrat
Mantua cuiq; uetus: cui tu Feraria ſeruis:
Germanos galloſq; duces diſcrimine tanto
Interea ceſſare nefas: licet ardua mali
Antennaſq; premãt: eadẽ ſors uerſat & illos.
Tu quoq; pãnoniæ rector fortiſſime: ſi qua eſt
Quæ te ſollicitet pelagi feruentis imago
Surge age: ſarmaticas dextras aĩoſq; iacentes
Confirma: ſi qua antiquæ uirtutis in illis
Pars infracta manet. nec quæ curuantur ĩ ipſam
Pars ratis heſperiam tuta eſt a gadibus uſq;
Nereus occiduis male temperat æquora nautis:
Hac quoq; parte decet iã iam ſublapſa leuari
Corpora: uelle mori eſt medio ceſſare periclo.
Surgite inhorreſcit facies ueſana profundi:
Subſiduntq; atri pene ipſa in tartara fluctus:

IN BARIONAE CYMBAM

Heu ſegnes nimium ſegnes. heu languida pauci
Membra leuant: alii paſſim per tranſtra foroſq;
Deiecti lachrymis intenti & luctibus ipſum
Turpiter exitium ſupremaq; fata ſubire
Ac uelut epoti uicina obliuia lethes
Nil metuunt. heu triſte neſas hinc unda dehiſcit
Depreſſura ratem: uaſtis aquilonibus inde
Tollimur. ergo preces miſeris & uota ſuperſunt
Vota preceſq; mouēt ſuperos: his arduus æther
His pelagi imperiū terræq; his omnia curæ
Voſq; precaturo linguis animiſq; fauete
O iuuenes quanq̄ media iam morte tenemur:
Deſperare tamen turpe eſt: qui ſingula nutu
Temperat: ille pios fors ad meliora reſeruat:
Vocibus his igitur ſuperos affabimur orſi:
O patris imenſi ſoboles: o uirginis almæ
Dulce puerperiū: ſi tellus pontus & æther
Totaq; ſigniferi ſeruit tibi regia cœli:
Reſpice diſiectam riphæis fla.ibus alnum
Caſuramq; una uicto cum remige: ni tu
Continuo boreæ rabiem: fluctuſq; ſonantes
Preſſeris: & toto mulcebis ſtagna profundo.
Hæc eſt illa ratis: qua cum pius ille ſederet
Piſcator ſubito piſces & retia curuo
Littore deſtituit: teq; & tua iuſſa ſecutus.
Huic te pollicitum phama eſt: pater alme futuræ
Tenderet æquoreæ quo non ſua retia prædæ:
Sed quē mox hoīum melior captura iuuat, te
Euentuſq; rei tantæ non defuit: ecce
Præſidio quos ille tuo quæſiuerat unam
Impoſitos ſpectas boreas quā uexat in alnum
Siue paleſtinis illa eſt quæ imitibus curis
Obruta pene uadis: quū iam deuicta periclo
Eſſet tota cohors: necnō ſibi nauta timeret
Vectori ſeruata ſuo eſt: ſed pontus & euri
Cui parent tu uector eras: hæc porro uel illa
Sit licet: impulſæ nos naufraga ſarcina cymbæ
Nos miſeri tua turba ſumus: miſerere tuorum
Chriſte decus cœli: uacui reſerator auerni:
Qui ſuper æthereas nubes & ſidera trina

Maieſtate ſedes. pergit uis aſpera ponti
Remigium uexare tuum tua dextera uictos
Sola leuare poteſt: intentant cætera mortem
Nil tibi difficile eſt: tua mira potentia totum
Librat & arcanis moderatur legibus orbem:
Tu noctis luciſq; uices tu menſis & anni
Iura tenes ipſis nil te fallentibus horis:
Connexum imperio cælum cœliq; meatus
Et quæ perpetuo degunt concordia nexu
Auſcultant elementa tuo: tibi terra fretumq;
Seruit & his aer atq; aere ſanctior æther:
Deniq; quodq; fuit quodq; ē nūc qđq; futuꝝ eſt
Tu ſator & rerum rector ratione gubernas:
Sed quid ſumma loquor: tātū mortalia ſupplex
Deprecor: & prorſus ualeant quæ fata mouere
Tu fluctus diuerſa nimis ne exempla ſequamur
Diceris æquoreos quos barbara frangit erithre
In partes traxiſſe duas: pro mœnibus unde
Hinc atq; inde diu ſteterant: dū tranſfuga moſes
Impia cum populo phariū fugit arma tyranni:
Teq; iubente ferit nereus uada uindice fluctu
Niliacaſq; manus inſtantiaq; obruit arma.
Rore leui iudam per deuia luſtra uagantem
Paſcis: & expreſſa rigidis e cautibus unda
Ora leuas profugi ſitibundaq; pectora uulgi:
Velle tuo in uiridem conuerſa eſt uirga draconē
Deq; dracone recens mox miſtica uirga renata ē
Vis tua terraꝝ dānauerat himbribus orbem
Vis tua dāna tum preſſo ſeruauit ab imbri.
Vindice te pueris tribus impia flāma pepercit.
Tris ionam luces aluere immania cæte
Viſcera. fatidico iuueni mirabile dictu
Sæpius obiecto ſæui parſere leones.
Haud illi reſerata prius tibi ianua ditis
Ceſſit: & inferni diffracto cardine poſtes:
Non greſſus remorata tuos acheruntias unda ē
Non ſtyx: nō phlegeton: confuſa ue fluuia lethes.
Te ſimul inſpecto preſſit tria cerberus ora
Et minus atq; minus diris latratibus umbras
Intonuere canes. quæ ipſis in faucibus orci

IN BARIONAE CYMBAM

Monſtra cubant ſubito ceſſere offenſa nitore.
Quid quod & intacta dignatus uirgine naſci
Paſſus es aeternis fato debentia necti
Rebus & imenſis quae ſunt dimenſa coire.
Ne tua paſtores tantum cunabula ſcirent
Iuſſa plus pia ſtella magis ſeſe obtulit: illi
Hac duce ab eois terris tibi grandia portant
Munera: tus: myrrhā. myrrhaq; pōtentius aurū
Teq; ſacer uidit notaſq; aſphaltidos unda
Conuerſis iordanis aquis pontumq; refugit.
Vis tua flumineos latices in pocula bacchi
Vertit: & exutos uita reuocauit ab orco.
Saepe ſuper pelagi faciem tua planta cucurrit
Naufraga ſaepe ratis te formidantibus auſtris
Depulſiſq; freto portu ſeruata reſedit.
Deniq; quicquid habet coelum: neptūnia quęq;
Aequora quaeq; iacent ſtygia caligine merſa
Imperio ſubiecta tuo tibi maxime rerum
Auſcultant ſeruantq; tuos per ſaecula nutus.
Quando igitur rerū ſeruit tibi quicquid ubiq; eſt
Nec non uelle tuum certatim elementa ſequūtur
Diſcute iactantem tua naufraga trāſtra procellā:
Inſanumq; fretum turbataq; ſtagna choerce:
Concidat iniutis boreas: uacuumq; relinquat
Quicquid acer pelagi domitis ſibi uēdicat undis
Quicquid & oenotriae rapuit lugentia circum
Littora: moeſta ſedet qua lamentabilis hydrus.
Cymbrica tecta olim & refluis te curſibus ambro
Obruit oceanus: ſed non nimis improbus ille
Gallica quum poſſet confundere fluctibus arua
Abſtinuit cedenſq; ultro ſua regna reuiſit.
Secius ionii ueniunt qui ad littora fluctus:
Quoſq; ferox boreas agitat: nō proxima tantum
Corripuiſſe uolunt: ſed uaſto inuoluere ponto
Heſperiam: terraſq; omnes a gadibus uſq;
Ad tanaim & gelidas ſcythicae meotidos undas.
Non apēnini ſurrecta cacumina coelo
Auertūt inimicam himbrem non iulia ſaxa
Saxa diu quondam lybicos remorata furores:
Non pyrenei ſaltus rupiſq; gebennę

Celſus apex: mundiue tenens confinia calpe
Deniq; non quicquid montiſq; alpiſq; niuoſæ
Sed tenuis tollit nimboſo uertice ad auras:
Fallor? an id certe eſt? uatis quod uota preceſq;
Præſentes tetigere deos miteſcere pontus
Cœpit: & infeſti uerſant minus æquora uenti:
Quid quod & etheſiæ iamdudum leniter ipſo
Solis ab occaſu contendunt ſternere fluctus.
Ceſſat & actis hyems: iam ſe furor ille remiſit
Aequoreus: ſperare licet: quæ naufraga nuper
Puppis erat pelago & uentis melioribus ecce.
Vtitur. ecquis iam o ſocii tam ſegnis inerſq;
Quis noſtrum tam fractus erit qui talibus auris
Omnia quiq; regunt ſuperis ad tota ſecundis
Deſperet? tutoq; ratem conſidere portu
Hanc tandem non poſſe putet? date lintea uētis
Continuo: atq; ipſis alacres incumbite remis;
En prope ſe tellus nobis atq; oſtia contra
Se pandunt iam iam totis conatibus illuc
Flectere uela libet: tuq; huc piſcator adeſto
Remigioq; tuæ moderare bariona cymbæ.
Illa quidem poſtq̄ portu ſeruata ſedebit
Luerit & feſta frontem redimita corona:
Ipſe ratis rector grato cum remige ſupplex
Triſtia quod ſæui ſuperare pericula ponti
Contigit & reduci portum tetigiſſe carina:
Ad uaticanas uotorum debitor aras
Rite perēne ſacrum meritoſq; indicet honores.
Huc omnes pia tura ferent: huc grandia dona:
Votaq; concipient: ſuperoſq; in uota uacabunt.
Ecquis io tam ſæuus adeſt? quis ue impius ultra.
Qui neget eē deos? ſunt dii: quibus omnia curæ.
Quos fas atq; pium nec non mortalia tangūnt;
Qui mare qui terras ſtrepitu q; cætera nuper
Terrebat boreas iacet: æternumq; iacebit
Fatali compreſſus ope: iam cuncta ſileſcunt
Pacem cuncta tenent: tutos ſeu prendere portus
Seu quis iam medium mauult ſulcare profundū
Tutus utrūq; poteſt. grati date tura miniſtri
Cælicolis nec parca manus diſpenſet acerram:

Plus nunq̄ meruere dei: ductoribus illis
Infeſtam pelagi rabiem ſcythicumq; furorē
Suſtinuit petreia ratis ſed dum freta mulcet
Candida cimothoe uerſaſq; aquilonibus undas.
Dumq; ſopitur hyems: hic alliget ancora pupi
Hic cōceſſa pii foueant (licet) ocia nautæ
Ture litent ſuperos: onerentq; altaria donis
Flatibus arctois langorē & uincla precentur
Carceris æolii: totos uel turpiter annos
Ripheis depreſſa iugis uis tanta ſeneſcat.
Interea noſtris rebus ſint ocia: ſitq;
Pax & alta quies ſuperi: ſit numine ueſtro
Securum mortale genus: ſit libera tellus:
Sitq; piæ tethys nunq̄ non peruia cymbæ
Mollibus etheſiis: ſemper diſcurrat aperto
Illa freto: uectetq; manus quaſcūq; parabit
Alma fides: talis ſit ſemper quæſtus & illi
Vectura hoſq; ipſos uobis ſeruetur in uſus
Cælicolæ: mundiq; omnes (licet) exigat annos:
Atq; eadem quando caſurus concidet orbis
Non cadat imo poli nitidis referatur in aſtris:
Hemonis ut quōdam (phamę ſi credimus) argo

:M. Antonii Sabellici De Rerum & artium inuentoribus poema ad. M. D. Hieronymum baſſum foro Iulienſis prouinciæ quæſtorem incipit.

i NTER Grata ſoles ſtudii comertia noſtri
Priſcorum laudare frequens monumenta uirorum
Auctores ipſos rerum miratus & uſus
Et quas quiſq; olim meditando prodidit artes.
Hæc eadem quia ſæpe iubes ſtudioq; requiris
Ordiar hic uenetæ decus & noua phama iuuētæ
Ludere pauca (breui quis eni queat oīa uerſu) Cauſa poe-
Baſſe tibi: at quāuis maiora negocia temptas matis.
Huc animum conuertere precor: diſpendia fient Breuitate
Nulla reor: tenuem non aduerſatus honorem ipſa lectorē
Huc ades: & mecum hunc lector ſortire laborem allicit.
Sed iam tempus adeſt trepidæ dare uela carinæ Prima em-
Imus: & imenſum iuuat hoc temptare ꝓfundū. ptio & uen-

ditio.	Emptio prima datur:datur auctio prima lyco:
Triumphuſ	Illæ triumphales etiam traducere pompas
Diadema.	Inſtituit: diadema dedit geſtare tyrannis.
	At quis uictum nondum dodona negaret
Frumenta.	Ipſa dedit frumenta ceres & frangere ſaxo:
piſtoria arſ.	Pinſendiq; rudem prima eſt cōmenta laborem:
Primæ legeſ	Hæc eadem leges præfixit gentibus:at qui
	Te radamante uelint auctotem muneris adſunt.
Inuentio	Phœnices primi(phamæ ſi credimus)auſi
litterarum.	Manſuram rudibus uocem ſignare figuris.
	Ipſa ſuum contra decus hoc memphitica tellus
Lator litte-	Sublatamq; acri repetit certamine palmam.
rarũ in græ-	Cadmus agenorides patrio propulſus ab orbe
ciam.	Intulit hemoniis cœleſtia munera terris:
	Octonas totidemq; dedit uix ille figuras.
Latores lit-	Inde alias grai ſenſim inuenere recentes:
terarum in	Hinc porro auſoniis decus hoc tribuiſſe colonis
latium.	Se ueteres iactant mutata ſede pelaſgi:
Prima do-	Palladis(phama eſt)primũ ſibi finxit athenis
mus.	Eurialos cũ fratre domum:namq; orbe recenti
	Speluncas coluiſtis aui uileſq; latebras:
	Tunc primum fragili cōſurgere limina teſta
	Obſtupuit mortale genus.proh triſtis abuſus:
	Quã paruo contenta fuit natura:ſed ecce
	Quãuis ſpartano conſurgant atria ſaxo:
	Sublimeſq; ornet poſtes titana caryſtos:
prima arx.	Illita calleco tadiẽt ni cuncta metallo:
	Credimus eſſe nihil.ſpernitq; hæc luxus & odit.
	Aeriamq; bifrons cecrops hic condidit arcem:
	Te phoronee canunt alii teſtantibus argis:
Tegula.	Primum agriopide paphiis eſt uiſa colonis
Marculus.	Tegula ficta manu: ſic prodidit alta uetuſtas:
	Marculus atq; recens incus & forcipis uſus
Incus:	Huic uectis debere etiam tutela fatetur.
Forceps.	At puteos phariis danaus deuectus ab oris
Vectis.	Argiua defodit humo:coſcindere ſaxa
puteus.	Rupibus & certam proſiſſcis addere formam
Lapidicina:	Ogigyas cadmus docuit ſua mœnia tebas:
Turris.	Archiphraſus q̄uis tyrius ſibi debita dona
Muri.	Eſſe uelit:turreſq; traſon & mœnia circum
	Oppida conſtituit;contra ſua præmia dicunt

DE INVENTORIBVS ARTIVM

Phœnices ſoliti ingenio ſibi poſtere palmam
Argento tenues telas ſubtexere & auro Textilia.
Niliacæ docuere manus: ſed uellera primo Lana tincta.
Perdita mollicies infecit lydia fuco.
Lanificos fuſos cleſtor dedit unus aragne Fuſus.
Dignus matre ſatus: linũq; & retia mater Linũ. retia.
Prodidit: at Nitias ſtatuit fullonibus artem Fullonia
Megara quem genuit fatalis regia nyſi. ars.
Boetio ſutrina datur: medicina canopo. Sutrina.
Aſt arabus quem phœbe tibi babylona creaſſe Medicina.
Phama refert: medicæ fert̃ dator artis & auctor.
Repperit hemoniæ chiron uetus incola terræ
Herbarum medicas uires & nomina primus. Herbaria
Temperat ipſe ſcythes ſubitis fornacibus æra. ars.
Lydius humanos olim conflauit in uſus. æraria fabri-
Cudere phryx docuit: delas exauſta metalla ca.
Inq; nouos uſus telluris uertere uenam. Conflatio
Hanc calybes quidam: quidam ciclopas in artẽ æris.
Mortales traxiſſe ferunt: tu dactyle ferrum Ferrum.
Primus in idæis monſtraſti gentibus antris. Argentum.
Cephicus argenti uenas: aut atticus imis Aurum.
Fodit erictonius terris tu cadme ſed aurum Plumbum.
Inſinuas colles pangeaq; ſaxa recludens: Fabrica fer-
At uetus oceano genitum fert fabula ſolem: rea.
Muneris auctorem quidam fecere thoantem: Figulina arſ.
Midacritoq; dedit caſſiteris inſula plumbum: Aſcia.
Ciclopes media poſitis incudibus ethna Gluten.
Humanum docuere genus ſibi cudere ferrum. Serra.
Cecropius figulis ſanxit præcepta corebus: Perpẽdiculũ
Aſcia dedaliæ glutẽq; & ſerra mineruæ Terebrum.
Et perpendiculum: & obliqui prima terebri Fornix.
Commoda debentur: conuexi fornicis uſus Clauis.
Clauis & arguti torni tenuiſq; libellæ Tornus.
Comentum ſamii ſi credimus eſt theodori Menſuræ.
Sunt palamedis opus mẽſuræ & põdera: phi dos Pondera.
Creditur argiuus gemini uetus auctor honoris. ignis e ſilice.
At tua magne cilix ſoboles noua ſemia flammæ ignis e ferula
Excuſſit pyrodes ſaxis: excuſſit & ignem Vehiculum.
Prima prometheæ ferulis ars inclyta dextræ.
Biſq; duas ſtatuere rotas ſub curribus ipſi
Gens operoſa phryges. calidi propo.iere mercẽ
Et uectare procul: monſtrant mercalia pœni.

Inſcius ante fuit ſonipes ſeſſoris: adactus
Bellorophonta tulit: frenūq; induxit & ipſa — Vſus equi.
Strata peletronius domitor: martemq; ciere — Frenum.
Theſſalus uſus eq̄ ē prius: quē pura uetuſtas — pugna eq
Semiferum ſpectaſſe uirum ſibi uiſa uocauit — ſtris.
Centauron. bigaſq; phriges iunxere fugaces — Bigæ.
Sanxit erictonius uolucres agitare quadrigas. — Quadrigæ.
At belli ſignum uigiles & teſſera magni — Teſſera.
Sūt palamedis opus: ſtatuitq; hæc pgama circū
Dux ille: iliacis inſtat dum græcia fatis.
At decus inuētæ ſpeculæ dat phama ſinoni
Hic eſt ille dolis potuit qui euertere troiam — ſignificatio
Quā non mille rates decimus non uicerat ānus — ſpecularis.
Non gemini atridæ atridiſq; infenſus achilles.
Dire ſinon cuius nunc impia facta nepotes
Oderunt: meritoq; omnis mox oderit ætas.
Noſtibus inducias ſuſpenſo marte licaon
Præſtitit ante alios. ægides fœdera primus
Percuſſit. primus phamæ ſi credimus augur — induciæ:
Præpetibus certo ſeruatis ordine pennis — Fœdera.
Prædixit uentura caras. animalia rurſus — Auguria.
Induxere tibi auguriū (ni fallimur) orpheu — auguria ex
Ignibus oiclides uiſis uentura canebat — animalibus:
Coniugis impulſus fatales uiſcere thebas — igniſpicium
Proditione ſuæ proh triſtia fata ruentem
Curribus & bigis hauſerunt tartara uatem — Auſpicium.
Fatidicæ manthus genitor ſeruiabile primus
Prodidit auſpiciū: primus quoq; delphꝰ aruſpex
Creditur: alceo genitum portenderet anceps.
Oſtentū quicquid quicquid noua ſomnia ferrent
Præcinuiſſe uolunt: at ſydera maximus atlas — Interpreta/
Cœpit & ignotos aſtrorum pandere curſus: — tio ſoniorū.
Nunc uero aſſyriis: phariis nunc ipſa propheris — Aſtrologia.
Hoc dat phama decus: ſphæralis præmia formę
Anaximandro referunt: milleſia tellus — Sphæra.
Quem genuit. maia cretus dedit ipſe monaulon. — Monaulon.
At ſatyrus geminā compegit marſia buxum — Gemina ti/
Marſia quem uictum phœbo fleuere celenæ. — bia.
Aeolus ignotos flatus crutatus & euros — Ratio uen/
Nunc ēt imperio ſiculis hos urget in antris. — torum.
Muſica.

Lydii mo	Lydorumq; rudes modulos. at fiſtula panos
duli.	Creditur: obliquæ referuntur præmia buxi
Fiſtula.	Pria midę dorii moduli pſcribit auctor (uulgus
Obliqua ti	Thrax thaniras: phrygios modulos tibi martia
bia.	Iure refert: uates citharam mortalibus orpheus
Dorii mo/	Imputat: amphion plectri ſibi uendicat uſum:
duli.	Auctorem pars magna linon creditq; canitq;
Phrygii	Tu terpandre locas ſeptenas ordine chordas
moduli.	Simonidiſq; octona fuit: ſtatuiſſe nouenam
Cithara.	Te timothee uetus phama eſt ſine carmīe plectrū
ſepté cordæ	Geſtarat thamiras: ſidibus linus addere cantum
octo cordæ	Thrax dedit: amphion prio decus hoc aracintho
nouē cordæ	Se contra meruiſſe refert: nec credere iniquum ē
Cithara ſine	Cantus erat citharæ: deerant ſed carmina: tandē
uoce.	Hæc quoq; terpandrū uidit tribuiſſe uetuſtas.
Cum cantu	Tibia grata fuit caruit quoq; tibia cantu.
Carmina	Dardanus: ut phama ē: troezenius addeſ primū
ad citharam	Nouerat inflexas certo diſcrimine uoces.
Cātus tibiæ.	At iouis idæi circum cunabula pulſis
Saltatio ar/	Nunc clipeis dextra galeis nunc arte retuſis
mata.	Dictea curetes humo duxere choreas.
Pyrrhica.	Vidit creta rudes pyrrum traducere motus:
	Pyrrhica deinde fuit ſaltatio priſca uetuſti
	Auctoris laudem referens & nomina pyrrhi
Pœma:	Proh pudor & quiſnam cæleſtia pectora uatum
Heroicum	Eſſe putet primam: primiq; poematis ortum
carmen.	Scire nefas: illud troiani tempora belli
	Præceſſiſſe uolunt: heroica carmina phœbo
	Delphica poſt cæſum cecinit pythona iuuentus
Elegia.	Hic quoq; ſi fas eſt ortus elegia requirat
	Ipſa ſuos: colophon petulans quē iactat alumnū
Fabula.	Neſcio: ſpartano inuenti dat fabula palmam
	Archilocho: cadmus ſoboles mileſia primus
Proſa.	Prodidit hiſtoriam: ſed mox ludicra lycaon
Ludi gimni	Gimnica parteniis primus celebrauit in oris
ci.	Natus in hemonia eſt funebris ludus iolche
Funebres	Munus achaſte tuum: te teſeu laudat & iſtmos
ludi.	Quod te dāte nouas meruiſſent funera pompas.
Athletica.	Magnus olympiacam nullo monſtrāte paleſtrā
	Protulit alcides. pithi eſt pila luſibus apta.

DE INVENTORIBVS ARTIVM

Picturam phario giges cõmentus in orbe eſt:
Græcia ſed pyrrũ memorat tibi ſanguine iunctũ
Dedale cecropiæ ſublimis fama mineruæ.
Niliaco primã danaus de littore nauim
Soluit & arguias curſum deflexit ad oras.
At ratis ut phama eſt debet fluuialis erithræ:
Aut quũ troia feros inſenſaq; meſia thraces
Impeteret ſpectaſſe rates ſe docta uetuſtas
Teſtatur: longa pontum ſulcaſſe carina
Magnanimũ æſonidé ps maxima credidit: at ſũt
Qui ſamyrã philaſtę ue putent: primoſq; biremis
Vexit erithreos: amocles ſtatuiſſe triremem
Fertur & inſolito uolitaſſe per æquora curſu.
Hinc alias alii numeroſo remige puppes
Expediunt: ſenſim maior concreuit & ordo
Vt quinquageno quaterentur uerbere claſſes
Structa ratis tyrio eſt oneraria craſſius hippo.
Primaq; conſpexit lembum ſitibunda cyrene
Celocem rhodus ipſa dedit: phœnicibus undis
Cimba recens (ſi priſca fides eſt uera) cucurrit:
Inclyta cercyram deduxit in æquora cypros.
Phœnices primi phamæ ſi creditur orſi
Obſeruare polos: motuſq; & ſydera cæli
Atq; iter & curſus medio ſignare profundo:
Eſt tua ni fallor remorum palmula plateu
Icarus infœlis qui ſe male credidit alis
Ante alios rudibus ſpacioſa per æquora uelis
Fecit iter teretem primus tu dedale malum.
Antennamq; paras ratibus: longaſq; carinas
Se texiſſe thaſos iactat dilecta lyeo.
Piſeus at uolucri primus præfixit inermi
Roſtra rati: debet tyrrhenis ancora nautis.
Eupalmi fuit illa bidens: at cætera tiphis
Inſtrumenta dedit: ſi uera eſt phama carinæ:
Fluctibus in mediis auſus committere claſſes
Gnoſius eſt minos. obtruncat hiperbius ipſum
Ante alios animal mactauit cæde iuuencum
Primus dira luens æternum furta prometheus.
Tonſores tibi roma nouos miſere ſicani.
Inq; diem docuit ſubeuntem tondere barbam

Pila luſoria.
Pictura
Prima nauiſ
Prima ratis
Lõga nauis
Biremis.
Triremis.
Oneraria nauis.
Lembus.
Celox.
Cimba.
Cercyra nauis.
Siderũ obſeruatio.
Remus.
Vela nauis
Malus.
Antenna.
Tectæ lõgę
Roſtra nauium.
Ancora.
Bidens.
naualis pugna.
Cedes aĩalis
cædes bouiſ
Vſus tõdendi barbam.

Cui deuicta ſuum quōdā dedit aphrica nomen.
Munere curſoris caſum didicere quirites
Gens domitrix rerum metiri ſolis & ortum.
horologiū At naſica diem certas diſcreuit in horas.
Lucis erant nullæ partes: diſcrimina nulla:
Ante illum uix ueſper erat diſiunctus ab ortu.
Sed quid multa ſequar? complecti carmine ſiqui
Omnia priſcorum certet monumenta uirorum
Et uarias artes rerumq; ab origine primos
In cōmune datos uſus hic audeat idem
Cōnumerare uices agitataq; ſydera cœli.
Quod ſpirante noto lybicæ turbentur arenæ:
Cecropioq; uagentur apes cum uernat himeto:
Siſtimus ergo gradum placido conſidere portu
Me iuuet emeritam fundetq; hic ancora pupim.

¶M. Antonii Sabellici Carmen in Hūni originē
fœliciter incipit.

h AEC Spatiantis humi facies quā clau
dit ad euros
Sontius at boream rurſus zephyroſq; tepentes
Tiliauenteæ flexus ſibi uendicat undæ
Carnorum res priſca fuit, ſic alta uetuſtas
Tradidit. ii terram primi tenuere coloni
Antiquus. Frugiferis agreſte genus degebat in aruis
patriæ ſtatuſ Solaq; cura fuit præcingere uitibus ulmos:
Lanigeroſq; agitare greges: armentaq; paſſim
Paſcere & attrito terram renouare ligone:
Quiſq; ſuo contentus erat: pax longa fouebat
Ocia: non ferrum non claſſica pulſa uereri
Agricolæ. quæ culta fuit melioribus annis
Aurea dum ſenior ſaturnus regna tenebat
His poſſeſſa quies. o ſæcula læta dieſq;
Primi pa Non urbis tunc uſus erat: non montibus arces
triæ motus Condere non ullo præcingere mœnia uallo
Vicinas tunc nullus opes uexabat: inermis
Mundus erat. uerum poſtq̄ ſcelerata cupido
Regnandi mortale genus contraxit in arma:
Tum primum in galeas & ſæua in pila ligones
Infandæ uertere manus; tunc oppida primum

IN HVNNII ORIGINEM

Erecta in tumulis carniſq; in collibus arces
Cœperat interea romana potentia totum.
Vertere iam ſignis in ſe uictricibus orbem:
Viribus œnotriis primum ceſſere ſubacti.
Bellorum populi expertes humileſq; tyranni.
Mox uero auſoniæ fatis ſuccenſa ſecundis
Perq; iuga ignotaſq; prius mortalibus alpes
Tellurem inuaſit rabies peregrina repoſtam.
Tum cimber galluſq; ferox tum teutonis arma
Indomituſq; furor latias ſe fudit in oras.
Scilicet heſperiæ iam dum fatis arua petebant
Non uno diſtracta loco: ſed carnica tellus
Prima nouos motus atq; horrida crebrius arma
Excipere; hic etiam bellorum feruor & omnis
Impetus incubuit. ſemper noua uulnera & ipſas
Semper prima faces primos quoq; pertulit ictus
Ne furor ille autem romana ſtipendia ſemper
Poſceret: & noſtras longa formidine curas
Diſtraheret: turres obiectaq; mœnia priſci
Moribus externis auibus fatiſq; ſiniſtris
Aeneadæ poſuere tuos aquileia penates.
Proſtrataſq; quotiens romano uindice turmas
Barbaricoq; tuos uidiſti ſanguine campos.
Fœdari & diro lymphas rubuiſſe cruore.
Sed fœlix res nulla diu: fauor ille receſſit
Præſidiumq; tuum: poſtq̄ itala fata uetuſq;
Imperii uolucris ſedes migrauit ad euros.
Tempore iam ex illo ſeſe fortuna remiſit:
Oenotriæ uires; omniſq; potentia lapſa eſt.
Continuo fines & carnica clauſtra refringi
Aſpiceres: inſtat nullo iam uindice uictor
Barbarus & patrium repetit ferus enſe cruorem
Cui clades numerare uacet: cui triſtia damna
In noſtros diſtracta dies: haud fœda malorum
Vlla fuit facies quam non aquileia tuliſſes.
Iam ſuprema dies aderat cum pannone ſannus
Te & tua non uno cinxerunt mœnia uallo
Hic uatem memorare tuum da muſa quis auctor
Prim us utinam (res eſt nam priſca) ſub auras
Extulit erecto circum prius aggere molem

Romani

Primæ barbarorū eruptiones.

Clades prima.

Origo aquileiæ.

Attende

Nouæ barbarorꝫ eruptiones in patriam.

Inuocatio

Inde mihi ſeries breuiter ducenda per ipſa
Incrementa loci: ſub ſecula noſtra dieſq;
Sumptum ſyrma trahã. tu ſi mihi tangere laudes

Apoſtophe ad .io. hemum prætorem

Heme tuas curæ eſt noſterq; huc curſus anhelat
Dexter ades tenuiq; præcor moderare carinæ
Ianq; inimica phalanx quas circuũſederat arces
Teſqueoſq; lares longa obſidione præmebat
Pertulerat duros audax aquileia labores
Hoſtiliſq; minas: atq; imperterita caſum
Excidiumq; ſuum properantibus ultima parcis
Stamina ſub primã uario certamine brumam
Traxerat acris hiems atq; inclementior annis
Cogere pãnonias acies hunnumq; minacem
Limoſos campos undantiaq; imbribus arua
Deſerere atq; hoſtem feſſum obſidione leuare
Deſerit inuiſas ſedes hyememq; peroſus
Caſtra mouet: madidaſq; hunnꝰ circũtrahit alas

Deſcriptio loci ante utinũ cõditum

Haud procul ad gelidos pandit ſe uaſtá triones
Planicies(biſdena interſunt millia) collis
In medio tum forte fuit non arduus: aut ſi
Nullus erat condi facilis natura ſinebat
Poſſe manu. menſus latos hic attila campos
Irriguos fontes: & pabula læta: parumper
Subſtitit: inde loco ſenſim demulctus amœno
Cautus caſtra locat apricis ſedibus atq;

Erectio utinenſis arcis

Protinus in medio qua forte tenderat aut qua
Mox tenturus erat tumulũ ſibi mandat ad auras
Attolli unde arces inimicaq; mœnia cernat.
Accelerant mox mille manus atq; ipſa capeſſunt
Iuſſa ducis: pars hæc raſtros: pars illa ligones
Corripit: ingenti feruent noua caſtra tumultu
Vndique ſeſe operi accingit numeroſa iuuentus;
Inque orbem munire ſolum ſe turba uiciſſim
Hortatur: lætis reſonat clamoribus æther.
Brachia mille ſimul totidẽ quoque raſtra micare
Aſpiceres hic ſaxa quatit: gerit ille ſubactam

Cõparatio

In glebas ue recidit humũ: pars maxima cœptũ
Munit opus: quanto moles magis ardua creſcit
Tanto terra magis ſenſim decreſcit ad ima.
Talis erat; ſi parua licet componere magnis:

Conatus: taliſq; fuit labor ille gigantum
Tentarunt ſuperas quum fruſtra ſcandere ſedes
Pelion illa cohors oſſe atq; oſſan olympo
Addere nixa: ſuo fremitu compleuerat omnem
Emathiã & latia pollutos cæde philippos.
Tot ſubito manibus moles operoſa ſub aſtra
Erigitur: ſumma tum qui fabricantur in arce
Teſtati extremum peregrina uoce laborem
Huc huc ferte uiri clamant utinumq; ſonabat — Vnde uti
Ille fauor: ſaltus utinum reſonare propinqui: — num dictũ.
Dulce loco nomen ſic omine manſit ab illo
Vrbs quoq; clara tenet (priſci non immemor ortus
Auctoriſq; ſui) quod uox dat acuntia nomen.
Aſt ubi ſublimi reſidens dux breucius arce
Vndantes campos longe quos odit & urbem
Sub pedibuſq; uidet ſibi carnica rura iacere:
In ſua caſtra refert oculos: quæ collis ad ima
Circũfuſa uidens mox arctius illa coire
Imperat & ualido cingi coeũtia uallo.
Iuſſa facit: uallumq; ſimul traducit in orbem — Antiqua
Attiliana manus fuit. fuit hæc prima urbis origo — urbis ſpés.
Hæc facies antiqua fuit. uix urbica mille
Quingentoſq; breuis complexa eſt area paſſus
Credibile eſt etiam puteos quos arcis ad ima
Cernimus immenſos quiq; ipſa in tartara tendũt — Putei uti-
Pannonias fodiſſe manus. noua uenerat æſtas. — nenſes.
Hunnia caſtra mouet, ruſuſq; aquileia res qua
Obſidione premit pollutus ſanguine beblæ
Oedipodes: bruma alterius iamq; altera caſtris
Exierat. tempuſq; aderat factumq; nefandi
Excidii. impatiens tantorum animoſa laborum
Immemor heu patriæ & morti deuota futuræ
Egreditur totis portis aquileia pubes:
Excipit amentes motus. hic hunnius heros
Qua nunc rara ſolo mœrentia tecta recumbunt:
Hinc aquilæ: inde feri fulgebant ſigna tyranni.
Continuo carnos ſeq; & ſua ſigna ſecutos
Impiger in geminas menapus dux diuidit alas. — Menapus
Cornu oricos dextrum frater tegit ille ſiniſtrum: — oricos.
Bellorum regniq; ſimul moderator uterq;

Frater erat: lectas diuerſa parte cateruas
Hunnus agit. martem iam bellica ſigna canebāt
Ipſaq; terrificæ feriebant ſydera uoces.
Itur in ambiguos caſus: multoq; fragore

Primus con greſſus.

Concurrunt miſſis in ſe prius eminus haſtis:
Confliguntq; manus: crebris ſonat ictibus ether
Teſtaturq; nefas ſublatus ad æthera clamor:

Attēde atrox prælium.

Anceps pugna fremit ſtimulat ſuccincta flagello
Precipites bellona uiros: fouet illa premitq;
Alternas acies: multo demerſa cruore
Prata natant. paſſim ferit hic: cadit ille uiciſſim:
Stantq; caduntq; truces alterna ſorte manipli.
Iam multum progreſſa dies: cum cœpta moueri
Barbara ſigna loco. ſenſimq; euicta referri
Carnica turba pedē profert: hunnūq; morantem
Cædit: & auſonias uictrix ulciſcitur umbras.
Marte ſed aduerſo nihil hic perteritus heros
Breucius ante aciem campo diſcurrit aperto.

Congreſſus menapi & attilæ.

Nomine quēq; uocās reuocāſq; in prælia turmas
Hunc aūt inuictum totq; inter tela uagantem
Spectat atrox menapus: necnō ſpectat̄ ab illo.
Continuo infenſis animis ac lumine toruo
Se luſtrare duces irāq; ciere tuendo.
Ac uelut aduerſi meditantes prælia tauri
Defixi obtutu: dum ſe ſe odere morantur
Attolluntq; iras: uibrataq; cornua truncis:
Protinus inde ruunt totis conatibus: ac ui

Cōparatio.

Decertant: multoq; lauant ſua membra cruore.
Interea tremefacta ſilent armenta ſtupentq;
Inſcia quē pulſo maneat uictoria uicto.
Sic quoq; ductores poſtq̄ non pauca minantes
Diuerſis in ſe ſpatiis egere citatos
Cornipedes: perculſa nouo certamine tota
Agmina & undantes in ſe uertere cateruas:

Diſcrimen attilæ.

Deniq; difractis haſtis confligitur: alte
Diſſiliunt uolitantq; leues per inania trunci:
Tam procul œnotrio iacuit dux hunnius ictu
Pugnaci diſcuſſus equo: q̄ lancea dudum
Longa fuit menapi. ille nihil proſtratus in herba
Deſedit: nitidum ſed protinus eripit enſem

IN HVNNII ORIGINEM

Vagina: atq; aciem ferri uenientibus offert:
Increpat & uicto aſſultans aquilcius hæros
Multa monet: poſcitq; fidem: gladiūq; retentat:
Hoc breucæ ꝓhibere nefas: hoc pānones armis:
Attende pugnæ inſtaurationē.
At latii uiciſſe uolunt. concurritur ergo.
Vndiq; & inſano reparatur pugna tumultu
Huc coeunt equitum turmæ: peditūq; cateruæ:
Ira furor rabies. & ſanguinis alta cupido
Huc coit: & ſtygiæ meditantes bella ſorores.
Ac uelut ad uernos egreſſa examina ſoles
Quū depaſta diu uernantia prata recuſant
Aemula ſi uirtus ad pugnam prouocet: aut ſi
Regnorum ſedes trahat in certamina reges
Magnanimes quocunq; duces traduxit erinnys
Cōparatio.
Huc omnes glomerantur apes, huc agmina ſeſe
Coniiciunt uitamq; uolunt pro rege paciſci
Non alitur qua forte acres coiere tyranni
Impetus & belli uis hoc ſe contulit omnis:
Certatur totis hinc atq; hinc uiribus: orbem
Vertit in exiguum ſi ſe peritura iuuentus:
Aſpiceres paſſim ſurgentes ſanguine riuos:
Infandoſq; uirum per denſa cadauera lapſus:
Horror erar gemitus ſuſpiriaq; alta cadentum
Attende atrocitatem pugnæ
Audire infandos caſus: infanda uidere
Funera: & undanti fluitantia membra cruorem
Hic latios fortuna uiros aquilamq; micantem
Deſerit: & cœptum præuertit uana fauorem:
Nanq; oricos dum bella ciet: mediamq; recurrit
Infœlix aciem: uexatq; infenſius hoſtem.
Oricus uulneratur.
Cogitur aduerſi deiectus uulnere teli
Exceſſiſſe loco: medio certamine cani
Apta fuga.
Cedentem uidere ducem multoq; cruore
Gramina fœdantem ſubito perculſa pauore
Corda cadunt: gelidusq; coit formidine ſanguis
Iam ſummota gradu ſenſimq; auerſa repelli
Prima acies: tentare fugam qui ſigna tenebant.
Proximiora uiri. & quæ extrema in parte repoſtę
Rem prope collapſam totiens iuuere cateruæ.
Inclinat fortuna palam: nec uocibus ullis
Siſtitur aut faſtis menapi, dux breucius inſtat

Iam dudum ſublatus equo: ſeſe ingerit hoſti:
Hortaturq; ſuos: ciet agmina tota: iubetq;
Itala terga premi. carpit ueſtigia uictor
attēde ſtragem.
Hunnus: & œnotrias ſternit manus ipſa turmas
Ianq; ante ora patrū proq; ipſis mœnibus urbis
Sternitur infœlix acies: ianq; agmine mixto
Vrbs potuit generoſa capi: ſed fata ſupremos
Voluere adhuc ipſos reſecando ſtamine fuſos
Scilicet incumbens primis nox atra tenebris
Impoſuit cœdi finem: pugnamq; diremit.
Territus aduerſis rebus belloq; ſiniſtro
Tempus ad id menapus noctiſq; ſilētia nactus
atende menapi conſilium
Affectos ſocios crudis uulneribus atq;
Vicinas oricon pelagi præmittit ad oras
Inq; diem cognata daret dum funera terræ
Impetrat inducias. tenebris aurora fugatis
Tertia iam totum ueniens reſerauerat orbem.
Virgiliana imitatio
Quod ꝓpiore uidet menapus ſua mœnia rurſus
Obſidione premi: nec non tormenta parati
Bellica & in muros extolli ad ſydera turres
Ille autem uultu ſimulans ſpē corde dolorem
Supprimit: & quæ ſe circum ſint agmina luſtrat:
Innumeras bello ereptas aquileius heros.
Deſcriptio noctis
Senſit abeſſe manus: nec quæ ſibi pauca ſupſunt
Corpora iam dudum patriis ſe credere muris.
Territus his menapus regnum deſperat auitum
Molliturq; fugam: tacitis præuerterat umbris
Nox obſcura diem: ſociis & claſſe parata
Deſerit illachrymans patriā patrioſq; penates:
Deſcriptio Grādenſis inſulæ.
Teſtaturq; ſuis fatis contraria fata
Auerſoſq; deos: per quos ſua regna tueri
Non licuit: uehitur uentis fluctuq; ſecundo
Exul i adriaticū per proxima ſtagna profundum
Cingitur undiuago propius breuis īſula ponto
Qui tenuere gradū priſci dixere coloni.
Hæc prima exilii ſedes. hic turpiter hunnum
Eiecti patria fratres lature tyrannum.
Aſt ubi deſertos muros deſertaq; uidit
Omnia: & elapſum quem barbarus oderat hoſtē
Infremuit: portiſq; iubet mox ſigna refractis

Inferri extemplo: capta diſcurritur urbe:
Diripitur quicquid ſecum non tranſtulit exul
Iniicit inde faces tectis manus impia: ſurgens
Inſinuat paſſim monſtroſa uolumina fumus.
Continuo uolucres uolitant per inane fauillæ.
Aſſiliuntq; pollo: lambunt quoq; ſidera flammæ
Quaq; uacant ignes hac limina pānon & hunn⁹
Concutiunt: uelluntq; ſacros a limine poſtes.
Vrbs antiqua ruit diſiectaq; mœnia uictor
Aequataſq; ſolo calcat dux breucius arces:
Tale ſub excidium funeſtaq; tempora primos
Crediderim & phāma ē utinū migraſſe colonos
Vrbis in effigem tum primum mœnibus ipſa
Area caſtrorum: ſed mœnia parua fuere
Muniri cœpta eſt: tum primum culmina carnis
Erexit plebs parua deis: ſed qualia quondam
Regna tenente numa poſuit noua roma tonanti
At nunc marmorei qua ſplendida tecta ſenatus
Conſurgunt patriſq; nitet qua fulta columnis
Porticus: agreſti culmo congeſta ſedebat
Curia: pro ſummis ēt tunc parua placebant.
Quaq; noui ueteriſq; fori nunc campus uterq;
Perſtrepit artificum ſtudiis multoq; labore:
Vilis erat facies telluris: uilia circum
Culmina conſtiterant: ſed culmina rara fuere:
Cœperat at poſq; maior fortuna uideri
Quam fuit ante loci: largo mox omnia ſumptu
Aſpiceres ſuperis imania templa parari
Imprimiſq; ipſam cœlo ſublimibus arcem
Mœnibus æquari. uicoſq; ſtrata uiarum:
Murorumq; nouas pinnas: ſex ordine portas
Muniri: mox roſtra patrū: nitidumq; ſenatum
Rypheas imitante niues conſurgere ſaxo.
Nec firmaſſe ſatis foſſaq; & mœnibus urbem
Eſt uiſum. cinxere ſimul fluuialibus undis.
Cura quibus cinxiſſe fuit: per deuia ſecto
Gurgite cærulei traxerunt flumina turri
Quippe uetus facies urbis formoſa uideri,
At nō ampla fuit: conuenerat undiq; uulgus
Nec turbæ fuit illa capax, magalia circum

Excidium aquileiæ

Incrementa utini

Portæ antiquæ urbis.

Deriuatio fluminis turri flu.

Ruraq; ſparſa ſolo muris ſubnixa iacebant:
Hæc quoq; flexiuago pomeria grandia tractu
Hunnei clauſere patres. diſcurrit in orbem
Murorum facies uaſtis meandria campis
Eſt aliquid turres ſurrectaq; mœnia longe
Cernere uix hoſtes infandaq; bella uereri
Credideris. ſed nulla grauis fiducia belli
Nulla fides hic ante fuit: quem ſenſimus olim
Pertulimuſq; metum fas ſit mihi rite fateri.
Fouerat alta quies pacataq; fœdera carnos
Tempore iam ex illo quo iulia terra potenti
Imperio uenetũ ꝙ inuictis ceſſarat armis.
Boſphoron at poſtꝗ rabies maometia thracem
Calcidicumq; fretum iſtyrania clauſtra recluſit:
Illyricis rurſus poſtꝗ reſerauit & arces
Ille furor latias & iapidis arua timaui.
Polluit & noſtro tepeſecit ſanguine fluctus
Sontius adriacos: nec nõ & barbarus ignis
In patrios fines longe graſſatus & arua eſt:
Deniq; conſpecta turcorum cominus ala
Diriguere metu: qui imbellia forte tenebant
Mœnia: conciderant animi: uultuſq; uiriles
Telaq; torpentes negligunt ceſſantia dextræ
Non fauor aut animis ullus ſe ſuſcitat ardor:
Parte alia matres trepidæ innuptæq; puellæ
Vocibus horrendis & fœmineo ululatu
Omnia cõplerant: muro portiſq; refractis
Non alius uulgi terror luctus ue fuiſſet.
Nec ſtultũ trepidaſſe fuit: deſerta iacebant
Mœnia per uaſtos nullo munimine campos.
Scilicet in noſtros ãnos urbs clara potenſq;
Eſſe equidem potuit ꝗuis nõ præda fuiſſet.
Cauit & hoc ueneti dudum pia cura ſenatus
Sceptra hæc magnanimo cũ iulia tradidit hemo
Continuo ille urbis tantæ patriæq; miſertus
Immenſum metitur opus muroſq; tenaci
Appendice parat foſſaq; ambire profunda:
Conſulit ille prius patres uenetũq; ſenatum
Aſſenſumq; rogat: mox publica iuſſa ſecutus
Accerſit populos: multaq; in gente laborat.
Hic mihi muſa breui liceat cõſiſtere: & hemæ

exterior i ui-roꝝ ambitus

primæ turcatũ eruptiões

Attende trepidationem.

Munitio utini.

IN HVNNII ORIGINEM

Clarum ſtēma domus:claramq̨ ab origine gentem:
Virtuteſq̨ uirum mirandaq̨ geſta referre:
Quippe erat indignum priſcos neſcire parentes hemorū
Cuius geſta uiri canimus:quo præſide tandem origo
Parta ſalus populis:qui iulia clauſtra tuentur:
Hemorum teſtantur aui cognomine a nini
Aſſyrio genitos regum ſe ſanguine priſci: ninus
Sed maior celebrata fides:ſi uera uetuſtas Semira
Aſſyrios inter primum te nine tyrannum mis
Emerſiſſe refert & enim tu primus in armis
Diceris effigiem regni ſedemq̨ locaſſe
Mox natum mentita parens tam coniugis expers
Sceptra capit:nomenq̨ armis regnumq̨ propagat:
Inde utroq̨ ſatus tentati criminis ultor
Occupat aſperſos materna cæde penates.
Subſequitur porro regum longiſſimus ordo:
Vltimus ille fuit regni corruptor auiti: Sarda
Cuius delicias & mollia ſceptra ſuperbus napalus
Non tulit arbactus:ſed fortia comparat arma: arbattus
Aggrediturq̨ ſenem:uictumq̨ ad nobile ſatum
Compulit:ipſe autem ſceptris aulaq̨ potitus
Protinus antiqui nomen uenerabile regni
Tranſtulit ad medos.medis ſua fata decuſq̨
Aſſyrios inter regali ſanguine creti
Inuidere duces:reparant noua bella:ſed illos Exilium
Sorte pari uictor medus fuditq̨ fugatque. regulo
Continuo extorres patria diſcedere terra rum
(Vrgebant & enim uictricia tela)coacti Hemus
Expediunt claſſem & uentis dant uela ſecundis mons
Incerti quo fata ferant:quas curſus ad oras orpheus
Tendatur:uolat illa freto rapientibus euris.
Arduus ad ſuperos mons nomine tollitur hemus:
Circum thraces arant:geticos hinc uertice fluctus
Deſpicit:hinc undas:quibus indidit adria nomen:
Hic fidibus traxit ſyluas:hic orgia primum
Orpheus inſtituit:phama eſt per cærula uectas
Aequora perq̨ diu longis erroribus actas
Ad cyconas curſum ſyrias tenuiſſe carinas:
Iactatoſq̨ undis hemeæ rupis ad imas
Radiceſq̨ ſediſſe uiros:ſua nomina genti
Mons dedit:inde ipſa ueteres a ſede coloni

Prognatiq; illis hemi cognomine dicti.
unde he Sithonios inter ſubito gens aduena mores
mi dicti Facta ferox ſtudiiſq; ardens & martis amore
Bella ciet populos uicinaq; regna laceſſit.
Interea uirtus hemeaq; gloria creſcit:
Nec iam ſtrimoniis gliſcens ſe continet oris.
Opes he Phama: ſed ignotas diſcurrit læta per urbes.
morum Bis danaos: teſtis ſalamin marathonis & arua:
Philip- Hemeæ iuuere manus: bis rurſus amynthæ
pus Græcia quum natum ferret: magnumq; nepotem
alexãder Armauit ſocia pro libertate cohortes.
Inde autem multis ſe ſe uoluentibus annis:
Incertum eſt ne ipſam damnato frigore ſedem
Telluremq; uiri inſœliciaq; arua peroſi
An procul exciti uenetæ dulcedine terræ
Forte errore uiæ: ſeu ꝙ ſic fata ferebant:
hemorũ Delmaticos hemea cohors conſedit ad hiſtros:
migratio Demulctiq; locis lætis & littore amœno
ex thra- Exiguam ſtatuunt formoſis mœnibus urbem:
cia Hemoniamq; uocant hemi de nomine dictam.
hemõia Hic maior fortuna uiris requieſq; laborum
ciuitas Nullorumq; inopes lætis his rebus agebant.
Occupat interea uenetas dux hunnius arces:
Quodq; getæ ſcelerata manus non uerterat ante
Impius in prædæ partem putat ille relictum:
Has aquileia faces: has tu concordia carnis
Non ingrata deis: cinctumq; paludibus ipſum
Pertulit altinum: rapientibus omnia flammis
In uenetoſq; feri martis graſſante flagello:
Deſerit obſeſſum littus: patrioſq; penates
Aequoreaſq; coit uulgus miſerabile ad undas.
Inſulæ in adriaco tenues iacuere profundo:
origo ue Ceruleas qua doris aquas fluctuſq; ſonantis
netiarũ Nititur in uenetos penitus curuare receſſus:
Has mare meandri ſpeciẹ narioq; euripo
Implicitas crebro tenuiq; interluit æſtu:
Huc uenetæ coiere manus: hic undiq; ſeptæ
Aequore tecta locant fortunatoſq; penates:
Exiguam effingunt urbem: datq; ocyus urbi
Conuena turba ſuo factum de nomine nomen:

Scilicet urbs pario quæ marmore ſplendet & auro
Quæ quoq; nunc rerum terra pelagoq; potita
Eſt latium tranſgreſſa decus: quæ denique nomen
Littore ab heſperio nigros promouit ad indos:
Tum primum res parua fuit: per rara iacebant
Culmina qua fulgent diui penetralia marci:
Creſcebat fortuna loci: maiorq; uideri
Cœperat aſſumit populi creſcentis habenas
Conuena nobilitas: condit noua iura ſenatus:
Cuius erant patres pars non ignobilis hemi
Ille equidem aut rebus trepidis urbiſq; ſub ortum
Littore deiecti patrio noua fata ſecuti
Applicuere loco: ſeu poſt noua mœnia magnis
Auſpiciis in ſpes tantas uenere uocati.
Sed quid ego illuſtres attauos belloque togaque
Hemeoſq; patres repetens ab origine dicam.
Aut alios q̄ te referam maffeæ: tuamq;
Egregiam ſobolem. petrum pater ipſe uocaras.
Ille autem iuuenis uix dum patientibus annis
Magnanimus gallum galli quoq; ſigna ſecutus
Militiæ donis auroq; ornatus equeſtri
Regia dextra dedit patrias remeauit ad oras.
Nec mora: ſed patrum iuſſis urgentibus idem
Ad regem hoſpicio notum legatur eundem
Ingenio ille uiri & mira prius indole captus
Annuit oranti uultu quæſita ſereno.
Rurſus ad ambiguos lygures: cum ſumeret arma
Genua & antiquæ uiolatet fœdera pacis:
Iuſſus adit: paciſq; deos teſtatur & aras.
At poſtq̄ claſſes & uela lyguſtica littus
Texerunt uenetum: qua clodia foſſa recumbit
Fortiter aduerſum rapientibus omnia fatis
Obſtitit ingaunis intemeliiſq; carinis:
Nec prius abſtinuit: ſenſit q̄ prælia leuo
Marte geritq; hoſti iam clodia tecta teneri.
Quam largas heu uertit opes: quot clara uirorum
Corpora: & hemei quantum lux illa cruoris
Abſtulit: hic etiam paruo poſt tempore ductor
Militiæ factus uenetæ: ſceptroq; potitus
Immodicas acies tauriſia mœnia circum

Propa gatio ueneti nominis

Pria ue netorũ admini ſtratio

Maffeus hemus

petrus hemus

Legatio

Genueſ bellum

Euganeumq; ducem fœlicibus extudit armis

Taurisii receptio

Attonitamq; urbem grauioraque fata timentem
Hortaiur:trepidamq; fouet:uenetumq; fouendo
Traxit ad imperium.prætoria ſceptra ſilebunt:
Et quæ dicteas geſſit ductile per oras:
Nec non tarpeia reſidens quæ celſus in arce
Q uæq; fluentinis dicturus iura premebat.
Deniq; ſabatias iterum legatus ad oras
Magnus ciuis obiit:proles cui bina ſuperſtes.

Obitus petri hẽi Gabriel & geor. gius hẽi

Cuius rite gerunt clariſſima nomina nati
Heme tui:gabriel unus patruelis imago:
Nomen aui referens uultumq; georgius alter:
Ille tuus uero patruus uirtutis auitæ
Aemulus extremos aduectus claſſe britannos
Sponte calidonios regalia tecta penates
Intrat:& ingenti ſe ſe uirtute britãno
Inſinuat regi:& magno ſibi uincit amore
Hoſpitis ingenio demulctus barbarus hoſpes
Haud tantum hoſpitio uenetum dignatur & aula:
Tradit & armigeræ geſtanda inſignia gentis.

Attende quibus muneribus ornatus ſit gabriel hemus Veronæ deditio

Militiæq; uirum ſignis exornat & auro.
Mox & res uenetas commiſſaque caſtra tribunus
Protegit:& patriis mox retica mœnia ſignis
Circũſeſſa domat:belloq; euicta ſuorum
Adiicit imperio:prætoria ſceptra ſubinde
Sortitur:patauoſq; noua ditione receptos
Firmat:& impoſitas urbis moderatur habenas.
Tranſeo perſpicuos clari genitoris honores
Conſiliumq; tui:uix ipſa penatibus hemis

Methaphoricōs hæc oia

Bellica res laudis peregrina ue gloria tantum
Illa patris celebrata foro celebrata ſenatu
Ingenio quantum tribuit ueneranda ſenectus.
Fallimur:an nobis aperit ſe portus:& auræ
Admorunt terræ properantis uela carinæ:
Cerno equidem littus:ſed adhuc non parua profundi
Pars ſuperanda mihi eſt:ualidis incumbite remis
Pierides:placidoq; ratem mihi ſiſtite portu.
Interea huc adſis prætor uenerande tuaſq;
Ne pudeat(ſi uera cano)cognoſcere laudes:
Scilicet inter auos hemeaq; nomina læti

IN HVNNII ORIGINEM

Syderis inſtar habes:cuius fulgore propinquo
Victa repercuſſo maiorum facta nitore
Ac uelut obducta tenui caligine fulgent.
Vix tua biſdenos ætas numerauerat annos.
Florebãtque genæ prima lanugine barbæ.
Quum te cenomano patria trepidante tumultu
Delectis equitum turmis peditumqꝫ cateruis
Præfecere patres:has tu per tela per hoſtes
Cautus agens cogis duris aſſueſcere rebus
Imperiumqꝫ pati:mox publica iuſſa ſecutus
Bellorum ante ducem ſtatuis:cõmiſſaqꝫ iungis
Caſtra celer caſtris ſigniſqꝫ exercita ſigna.
Militiæ rudimenta tuæ uiridiſque iuuentæ
Hæc memorant:his quantus eras qualiſqꝫ futurus
Conitectare omnes:uultumqꝫ animumqꝫ uirilem
Mirari:laudeſqꝫ tuas ad ſidera ferre.
Creuerat interea uirtus melioribus annis:
Rebus & immenſis irrepſerat acrior ætas:
Pacis ad arbitrium miſſus cum cæſaris aulam
Aſpicis:infenſoſqꝫ animos iraſqꝫ minaces
Illius hortando flectis:ipſumqꝫ ferocem
Goriciæ non pauca monens ad iuſſa tyrannum
Retrahis imperii:teqꝫ his pacata merentem
Exin atqꝫ tuum celebrat germania nomen.
Ipſa nigras aquilas & equeſtria ſigna decuſqꝫ
Succeſſus monumenta tui tibi tradidit heme
Cæſariana manus:ſed non hic feſſa reſedit
Aemula geſtorum uirtus operoſa ſuorum.
Continuo neqꝫ enim patrias inuiſere terras
Cunctari ue datum:fœlix ſed iuſſus ad oras
Pannoniæ contendis iter.ſubitoqꝫ piorum
Bellorum ſocium percuſſo fœdere iungis
Magnanimum uenetis regem:mahometius heros
Euboicas & enim poſtquam reſerauerat arces
Delmaticos fines & ſyrmía regna refregit:
Cœperat oenotriis fatis attollere mentem:
Diſcuſſit pax illa nefas:hoſtemqꝫ frementem
Manſiſſet quæ utinam latiis auerterat oris:
Ille autem ſubito auerſos in pannones iras
Detorquet ſua damna fremens;breucoſqꝫ repente

Laus io. hẽi prætoris

Pria militia eiuſdem

Geſta hemi in pãnonía

Depopulatur agros.at dux non talia paſſus
Hunnius arma mouet:regniq; in finibus ipſis
Caſtra ferox caſtris ſigniſq; minantia ſigna·
alibecus Haud longinqua locat.turmas alibechus agebat
Hoſtiles:regiſq; feri fera ſigna fouebat.
Militiæ comes interea conſorſq; laborum
Belligerum regem uictriciaque arma ſecutus
Bellorum pars hemus erat:teq; auſpice teq;
Piruſcæ Fortunæ monſtrante uiam rex ipſe piruſcas
Traxit in ancipitē mazeciaq; agmina martem:
Expedit & pugnæ ſe ſe mahometia pubes
Tela tenent:cecinere tubæ:mox impete uaſto
Currit utrinq; phalanx:ualles clamore ꝓpinquæ
Horrendumque tonat funeſtis uocibus æther.
Hinc atq; inde cadūt:feriuntque:hortantur utrinque
Voce ducum confertæ acies.it ſanguinis altus
Attende Amnis:& infando reuoluta cadauera tabo
atrocem Paſſim ſtrata iacent:agit agmina triſtis erinys
pugnam Sanguineoq; fremens circum bellona flagello.
Anceps pugna diu fuerat cum iuſſa parumper
Cedere turca phalanx ſūmotaq; ſigna referri:
Breucia uis inſtat:cedentiaque acrius arma
Vrget & inuiſo penſat ſua damna cruore.
Interea ante aciem: qua mars ferus arma fatigat
Attende Hemus erat:turmaſq; equitum:quas rector agebat:
hemi Hortatur:ſtimulatque ferox atque impiger hoſtem
ſtrenui- Cunctantē ferro cūctantiaque arma refringit.
tatem Profligat ſternitque fouens:ut fulminis inſtar
Ignibus impacti per robora denſa triſulcis.
Inclinat res uicta palam:paſſimque prophanæ
Diffugiunt actæ ſpacioſa per arua cateruæ:
Terga premunt alacres breucæ:funduntque minaces
Diſiiciuntque:capiuntque fugacia ſigna.
uictoria Cœperat aſſultās blando uictoria uultu
pānonū Pannonium reuocare ducem:curſumque ſequentem
Siſtere & hortando requiem ſuadere labori:
At uittus hemea fremit:mediaque reuelli
Cæde nequit:geſtumque nihil niſi caſtra relinquat
Hoſtis ait:probat id dux breucius:atque referri
In turcas mox ſigna iubet.ueſtigia rurſus

IN HVNNII ORIGINEM

Carpit:& in multum deuoluitur ira cruorem: Attende
Cōficitur quicquid ſors improba texerat hemo hēi hor-
Auſpice iam dudū coram caſtriſque ſub ipſis tationē
Res geritur.atque una irrumpunt agmine mixto Capiūt
Pannones:atque alacres tentoria capta recurſant: caſtra
Cædentemque premunt hoſtem:paſſimque trucidant.
Talibus euictus ſeſe maometius heros
Proripit auerſa caſtrorꝫ parte:fugaxque
Per medios enſes & funera denſa ſuorum
Barbarico ſeruatus equo fatiſque malignis Fuga ali
Victus abit:præda interea caſtriſque potitus bechi
Succeſſuque ſuo exultans rebuſque ſecundis
Inter tot laudes immenſaque gaudia preſant
His quoque magnanimum affatur res hunnius hemum.
Fortunam mirabar ait uenetoſque fatebor uerba re
Succeſſus:ſiquidem totus miratur & orbis: gis ad he
Et quod phama loci gades:nunc pulſat & indos mum
Arthoū libycūque polum:terraque marique
Polleat:id mecum moliri fata uolebam:
Sed fatum gens ipſa facit:ſi diſcere ab una
Indole fas uenetos omnes:iam roma camillos
Deſinat:atqꝫ ipſos quibus indidit aphrica nomen
Cenſere:æternumque ſuos iactare quirites. Laus hēi
Quod ſi hemos plures diui capit aurea marci
Curia:iādudum iam formidabile regnis
Neſcio quid metuam:uerum hæc cognoſcere uelle
Nunc certe indignum eſt:reges ſua fata uidebunt.
Interea quando merita eſt ſua præmia uirtus:
Perpetuumque habeat decus:hinc atqꝫ inde uocati
Stant proceres:cingunt caſtrenſia roſtra cateruæ:
Ille autem quando ſuperis ultoribus inquit
Atqꝫ hoſtem uirtute tua proſtrauimus heme.
Militiæ comitem:noſtræ te rurſus & aulæ
Accipio:tradoque lubens inſignia regni: Attēde q̄
Quæ tibi geſtando noſtrum teſtentur amorem. bus orne
Fortia facta ſequi diſcant qui caſtra ſequuntur. tur donis
Dixit.& ornatus coram ſuper addit equeſtres: hemus
Barbaricoqꝫ latus læuum circūligat auro:
Imbuit hoſtilis partum quoqꝫ ſanguis honorem:
Ter denos iubet ille manus poſt terga reuinctos

Captiuos ad roſtra trahi:captoſque necari
Edicit.cecinere tubæ:ſignumque dedere:
Agmina conclamant:fauor it ſublatus ad aſtra:
Armorum quando decus hoc rogo contigit ulli:
Cui maior uirtutis honos eſt redditus unquam.
Apoſtrophe Macte inquam uirtute tua ſic heme perenius
Fama uenit:ueris ſic laudibus itur ad aſtra.
Sed quid plura moror.nunquid ne ex ordine dicam.
Iāque alibechus uti reparatis uiribus ultro
Inferat arma ferox:hemo uelut auſpice rurſus
Fortiter euictus fugiens uictoribus hunnis
Pānonios fines & ſirmia clauſtra relinquat.
Aut uelut arcthois congreſſus regibus ipſum
Sarmaticæ qui ſceptra plagæ:quiq; acrior illo
Attende Meſia regna tenet per mutua traxerit hemus
ſucceſſū Alloquia:in turcumq; nouas exciuerit iras.
Munera quid referam patrias remeantis ad oras:
Succeſſuſq; nouos ſiculi bis iecta tyranni:
Attende Bis uaticanæ rurſus qui præſidet aræ
ornatiſſi Pontificem legatus ādit:quam gratus utriq;
mas lega Et quibus ille animis acceptus rite fuiſſet:
tiones Signa affixa domi & magni teſtantur honores
Ille autem indignas quamuis conceperat iras
Reſque nouas animo & curas uerſaret iniquas:
Quod ueneris antiqua paphos conceſſerat armis:
Ingenio dolor ille tuo liuorq; reſedit
Regius atq; ſuas ſpes aſpernatus inanis
Sicaniæ rector ſociali fœdere manſit.
Tranſeat hemeum quicquid nunc brixia laudat:
geſta hēi Quodq; rubertus adhuc iuuenis genitore ſepulto
in motu Quem(licet inſontem)regni iactura manebat:
ariminē Ariminumq; pauens te tandem uindice tutum
ſi Præſtitit:atq; omnis procul inde offenſa repulſa eſt.
Ille memor ueteris ſtudii uenetiq; fauoris
Res uenetas ductor cōmiſſaq; ſigna tuetur:
Tranſeat ipſa etiam quicquid bellūnia laudum
Herdōia Heme tibi res geſta dedit.herdonia quicquid
Haud ſumptu reparata breui tibi mœnia:& ipſæ
Nunc demum ex hauſtæ cerealia rura paludes.
Sed quid res italæ quid me tam parua morantur:

Quin potius:quando hemarum germania rerum
Admonet:atq; iterum reuocat nos cæſaris aula
Dic age magnus uti patrum noua iuſſa ſecutus
Hemus ad arctoas rurſus conceſſerat oras.

noua legatio hẽi

Et quibus alloquiis uerſarit cæſaris aures;
Succeſſu ſimili mox arbiter hemus eidem
Pãnoniæ regem iam iam fera bella cientem
Iungit:& extinctis odiis connectit utrunque:
Conſociatq; ducem:connexaq; ſigna prophanum
Concitat aduerſus multis hortatibus hoſtem.
Quid memorem quales curas quæ iuſſa ſenatus:

Attende hemi auctoritatẽ apud ungariæ regem

Haud ignota ſui mox breucia ſigna ſecutus
Antiquo hoſpitio fretus tranſegerit hemus?
Quid quod ſãmaticas iam iam moturus in oras
Fortia præſidio regni quæ caſtra locarat
Oenotrio moderanda uiro dedit hunnius heros.
Abſit liuor edax illud mirabile dictu
Indole nec tantum ueneta ſed ſanguine dignum
Quo ſatus hemus erat.potuit uir maximus idem
Ingenio fretus miraque induſtrius arte
Germanos galloſq; duces omnemq; mouere
Europam:illuſtris reges:claroſq; tyrannos

Ratiſpõ

Imperiiq; caput cœpit generoſa ratiſpo.
Conſedere duces:ſuperum uenerabilis ille
Non hominum conſpectus erat:mentita uetuſtas
Cæliocum talem cæleſti finxerat aula
Conſceſſum in medium quoties ſator ille deorum
Conſulturus erat fari tum deniq; iuſſus
Luminibus tacitis colluſtrans omnia circum
Oraq; clara ducum:fatus ſic dicitur hemus.
Sat tibi noſtra fides cæſar uobiſq; probata eſt

Oratio clariſ. Io. hemi ad chriſtianos principes

Magnanimi proceres:lecta hæc qui roſtra tenetis.
Cõmuni ecce diu immaniq; reſiſtimus hoſti:
Proq; fide fideiq; piis cultoribus uni
Ambiguis ueneti fatis terraq; mariq;
Congredimur:decimoq; pares decernimus annos:
Nec uacat alternas clades & damna referre
Barbarico quoties:quoties quoq; ſanguine noſtro
Ebria ſit tellus uarios teſtata labores.
Quod mare:quod littus:uel quæ non inſula iam dum

Eſt noſtris imbuta malis:huc rite citētur
ſeries ue Helleſpontiacæ fauces:thrax boſphorus:atq;
neti belli Aequoribus centum pelopis circũflua tellus
aduerſuſ Iſthmus:& ægeis ſpatiantes cyclades ũdis.
turcas Oetheũq; latus:pollutaq; phocidos arua.
Scilicet occiduas titan prius hauſerit undas
Q uam memorare locos exhauſtaq; bella referre
Cuiq; uacet:nulla eſt facies iam dira pericli:
Nullus nempe labor:quem non tot fortiter annos
Pertulerint ueneti:ſed poſtq̄ barbarus hoſtis
Calcidicas uiolentus aquas reſerauit & arces
Sanguinis heu quantum noſtri rerumq; potitus
Ille fuit.nihil inde animis aut uiribus iiſdem
Pugnatum:tantoq; pares uix credimur hoſti.
Succeſſu ille ſuo exultans rebuſque ſecundis
Continuo illuſtres quondam macedonas armis
Caoniamq; omnem:mox ſyrmía ſubiicit arua:
Peonas:& terris te delmata iuncte liburnis.
Q uid quod pollutos uicino ſanguine uultus
Surrigit oenotriis fatis:ac limine primo
Iam iam rupturus populis infanda minatur:
Nec tantum uenetos odit nomenq; latinum:
Chriſticolas uno ſed enim ferus ordine cunctos
Attende Q uærit ad exitium:geminus furor excitat illum.
maho- Hinc odium fidei:regni inde immenſa cupido.
meti Scilicet imperium cui unum non ſufficit:atque
turcarũ Tot regna:huic totus quis neſcit? quæritur orbis
imp.cõſi Haud uenetis tantum fatis prope uictor anhelat:
lium Sed domito tandem uult frena imponere mundo:
Oportu- Vos prohibete neſas ſuperi:tuq; optime cæſar
na ad- Inuictiq; duces:fidei ſi cura ruentis:
hortatio Veſtra metus ſi quis regni perculſa recurſat
Rõ.gerẽ Pectora:præſentes dubiis ſuccurrite rebus:
di belli Dum licet in medium ualidas armate cohortes.
Et uenetis ſignis ulctricia iungite ſigna.
Expectare neſas:dum ſe:quæ gliſcit in horas
Inſinuet ſcelerata lues:immo ocius arma
Expedienda procul:præſtat non limine regni
Pugnare.ite bonis auibus ſuperiſq; ſecundis
Hanc ueræ fidei peſtem dirumq; piorum

Exitium:& ueſtram(ni occurritis)ite:futuram
Tollite perniciem:ſi quidem uictoria noſtra eſt.
Si ueneti tantum:quamuis terraque fretoque
Quid ualeant notum eſt:tot iam labentibus annis
Subſtinuere pares mahometia ſigna:feroſq;
Conatus:quid erit ſi te nunc auſpice cæſar
Germani galliq; duces:mox pannon & hunnus
Heſperiæq; manus ultricia ſigna ſecutæ Argumētū a minori
Coniurent.cadet humani ſitis illa cruoris:
Baccatumq; nefas ſuperis ultoribus:& quas
Hauſerat ipſe prius pœnas luet impius hoſtis.
Barbarica diues præda remeabit onuſtus
Miles:& exuuiis uictor gaudebit opimis:
Ipſa autem pacata fides grande incrementum
Sentiet:atque tuum toto mox inclite cæſar Effectus expeditionis
Vltorumq; ducum nomen celebrabitur orbe.
Talibus accenſi:qui proxima roſtra tenebant
Exclamare duces:ultricia tollito ſigna:
Nec mora ſit cæſar:fidei miſerere labantis
Imperiiq; tui:nos te & tua iuſſa ſequemur:
Nec dubitamus enim pro religione piorum
Sponte mari:ſed tu ne tanta negocia differ.
Coniurant una arctoi regeſq; duceſque:
Pontificemque iubent:quiq; itala regna tenerent
Conſilio exciri:prorſuſq; in fœdera iungi. Coniuratio chriſtianorū pricipū
Protinus alloquio:quo nomina clara coirent:
Adriacis dicta eſt obnoxia fluctibus ancon:
Digreſſu res tanta tuo diſcuſſa:leuiſq;
Indignas fortita moras conceſſit in auras. Ancon
Tu motus fruſtrata pios mandata ſecutus
Vix patrias ſedes diuiq; palatia marci Decēuiratus
Contigeras:quando ecce uiros te protinus inter
Bis quinos ſtatuere patres:mox inde reuulſus noua legatio ad
Iuſſus adis pharii babylonia tecta tiranni: babyloniæ regē
Mœnia clara uides:reſponſaq; grata reportas
Quid memorem poſtq̄ reducem te læta recepit
Adria:quanta tuus tibi mox obeunda ſenatus Florentinus tumultus
Munera decreuit:quum pulchra flueutia rebus
Conſternata nouis:magnoq; euicta tumultu
Præſidio firmata tuo eſt:ſummoq; relaxat

Pontifici inſontem quem iunxerat illa nepotem:
Tranſeat ipſa etiam patriæ non digna ferentis
Clara recognitio:quanto fœlicior eſſet
Credita collegæ ni morte imbuta fuiſſet.
Sed iam tempus erat:portum quo feſſa teneret
Aut pleno intraret dudum ſatis oſtia uelo.
Sed ſupereſt:da uela notis:breuis æquoris ora
Calliope:extremumq; uiua mihi diua laborem:
Nequa foret laudum tellus non plena tuarum:
Ne ue ipſam rerum ſeriem mora frangeret ulla:
Quo minus interea phamam protendere factis
Prætura Fas eſſet:uenetus tibi iulia ſceptra ſenatus
hemi Heme dedit:neq; ego acceſſus:faſces ue receptos
Non comites ipſos prætoria ſigna ſecutos
Rite canam:quamuis horum ſanctiſſima coniunx
Coniunx heme tua & nati pars una fuiſſent.
Clara quidem ſoboles illi clariq; penates:
Moribus ipſa ſuis:atq; indole maior elıſa eſt.
Laus cõ- Quam tulerit priuata domus:lucretia talis
iugis Martia talis erat magno bis iuncta catoni.
Hanc uero atq; illam tenuis fortuna premebat:
Permodiciq; lares:magna eſt concordia parui
Atq; pudicitiæ:ſed longe ſanctior hæc eſt
Quæ talamo fœlix:rebuſq; aſſueta ſecundis
Se ſciat ipſa pati:ſed quid res parua moratur.
Quibuſ His longe maiora manent:tranſibimus ergo
auſpiciis Quod pede mox dextro te carnica regna prementem
cepit pa- Viſentemq; forum populis par grata ſecuta eſt:
triã ad Et quod te cœlo ſuperiſq; aſtra relictis
miniſtra Præſide mortales dignata eſt noſcere curas:
re Sontiacoq; obiecta uado quod caſtra labore
Immodico magnoq; inſtans numine firmas.
Et quod pſpicuis ſurgentem mœnibus arcem
Cernimus:hic qua ps caſtrorum auerſa tumebat
Hemopolimq; uocant auctoris nomine dictam:
Opa di- Tranſeat Hunneæ quæ nobilis accubat arci
uerſa ſed Aerea:& aſſurgens cognatæ porticus ædi:
oſa laud Ipſiuſq; una ſileant formoſa ſacelli
digna Limina:quæq; arcis portas inteꝛiacet umbras.
Pinnarum ſeries:quicquid nitet intus & extra.

IN HVNNII ORIGINEM

Huc præcor huc curſus clio deflectat anhelos
Vnde modo egreſſa hemeos decurrit honores:
Perſpicuum miretur opus: quod nulla uetuſtas
Deleat atq; ipſi ſtupeant relegantq; nepotes.
Cœperat hunneos hemi ſolertia muros
Ambire aggeribus magnis foſſaq; profunda:

Foſſæ uti nenſis de ſcriptio

Credit inexhauſtum uulgus negligitq; laborem:
Ille inſtat contra curaſq; remordet inertes:
Accerſitq; procul populos: mox iuſſa ſecutæ
Innumeræ coire manus hunnea uallant
Mœnia & immenſo accingit ſe turba labori:
Continuo raſtra expediunt magnoſq; ligones:
Feruet opus fodit hic terram: iacit ille refoſſam:

Attende ſtudiũ in obeundo munere

Molitur pars ſaxa manu: pars illa recidit:
Pro ſe quiſq; ardens properat: fit foſſa repente
Extera telluris quicquid pomeria nuper
Preſſere & quantnm tellus decreſcit ad ima:
Paulatim ſuperas tantum conſurgit ad auras
Murorum in ſpeciem prælatus mœnibus agger
Diffugiunt urbem campi: deſerta fugaces
Illa procul ſpectat: nolletq; uidere propinquos
Qnippe loco meliore ſedens ſubnixa ſuperbit
Nec quod nuper erat uult his cognata uideri
Vix tua noctiuagum decies reparauerat orbem

Quo temporis ſpatio abſoluta ſit foſſa

Phœbe ſoror denæ nec adhuc uenere calendæ
Aggere cum multo & foſſis munita reſedit
Vrbs humili fundata loco: fremit anxius hemus
Exahuſtumq; negat quicquam prodeſſe laborẽ.
Mœnia ni muris atq; appendice ſupinas
Extera firmentur, rebus mox rite paratis
Sacra facit ſuperoſq; uocat: quodq; ipſa ſecundẽt
Cœpta rogat, niuea circunſtat ueſte ſacerdos
Non unus: concurrunt huc iuueneſq; ſeneſq;

Attende ſupplicationem

Matroneq; nuruſq; una; innuptæq; puellæ;
Ingentiq; locum mixti cinxere corona.
Ille autem primus læta inter uota ſuorum

Prima Fũdatio appendis publicæ

Fundamenta iacit: mox cætera turba ſecuta eſt
Quiſq; ſuum fundat lapidem ſic creſcit in horas
His ſtudiis hunnea ſalus roburq; perenne.
Proxia lux aderit: qua urbs hæcq; mœnib⁹ olim

L

Poetæ uati cinatio

Condita ſimplicibus motus trepidabat ad oēs
Iam gemino nitens muro foſſaq; profunda
Comminus inſtantem ſecura irrideat hoſtem
Auctoremq; ſuæ fundatoremq; ſalutis
Interea miris extollat laudibus hemum
Forſitan & patrem patriæ uocet illa ioannem
Atq; exoſa uetus quod uox dedit hunnia nomen
Auctore hemoniam dici ſe mandet ab hemo.

MARci Antonii ſabelici i natalē diē uirginis elegia prima: unde ille auſpicatus eſt poeticen.

IRGInis alma dies tellus quam pontus & æther
Laudat & immenſi regia tota poli
Salue feſta dies cœleſtis cōſcia partus
Virgineo ſalue digna puerperio.
Venturam cecinere pii te carmine uates:
Teq; ſybillini non tacuere chori.
Atq; tibi naſcenti quamuis prænuncius iret
Splendidior ſolito lucifer ater erat:
Iret & aurato coniunx tritonia curru
Candidior cignis candidiorq; niue.
Fuſcior illa tamen uiſa eſt quis credere poſſit
Quamuis Zelotipo non placitura uiro:
Clarius aſtrifero ſydus ſplendebat olympo
Cedere cui potuit phœbus & alma ſoror:
Illius aduentum manes ſenſere profundi
Cerberus & ſtygiam qui regit arte ratem
Cynthius occeano nitidum cum tolleret axem
Et matutinis ſurgeret actus equis:
Vidit ut inſolito radiantem lumine mundum
Numine nonnullo ſenſit adeſſe diem:
Quid cunctamur ait tātos ne morabimur ortuſ?
Naſcere iam fas eſt: naſcere ſancta dies:
Dixit: & extremis ſubito ſe prodit ab indis.
Cætera ſpectaſſes nil niſi ſplendor erat.
Non pluuios lux illa notos: boreamue niualem
Sed mollis zephiros ſenſit & ethesias
Credita nec cœlo eſt longis erroribus ulla
Dulcia ſed uernans carmina fudit auis.
Perq; diem nulli tentarunt bella leones
Nullaq; montanis præda petita lupis
Perq; diem tutæ iacuerunt littore focæ

Forſitan & ſtygiam non tulit unda ratem
Pallidus inuiſis orcus parſiſſet & umbris
Parcere ſi poterat triſtior ille locus:
Pulchra fuit mundo fulſit quæ prima recenti
Nempe dies longe pulchrior una tamen.
Pendebant mites apricis collibus uuæ
Strataq; erant paſſim poma ſub arboribus
Præſſerat erigones flagrantem cynthius aluum
Inſtabatq; procul nec glacialis hiems
Libra diem tacitis æquabat noctibus & iam
Spirabat tepido miſſus ab axe notus:
Verna fuit tamen illa dies: uernare putaſſes
Aequoreos fluctus: æthera rura polos
Hæc eſt illa tui ſacri lux conſcia partus
Anna parens tantæ uirginis anna parens:
Fœlix cui matri mater ueneranda tonãtis.
Annuit æthereo ſuſpicienda throno:
Illinc maternos uultus miratur & ulnas
Et quæ ſe toties ſuſtinuere manus
Natalem celebrate ſacrum garamãtes & indi
Heſperiæ gades & boreale ſolum
Hunc immenſa colat tellus: hũc pontus & æther
Cœleſtes mentes ſyderciq; chori:
Ipſe ego pampineo ſeruatis menſibus anno
Virginis ante aras maſcula tura dabo:
Solemnemq; diem traducam carmine & himnis:
Suſpendamq; ſacro munera noſtra tholo:
In modicaſq; praeces addã: da uirgo quot annis
Ipſa tuo uati myſtica ſacra coli:
Tu uero æternum quotiens lux alma redibis
Sæpius hoc uultu uel meliore nite.

IN REGIAM Progeniem Virginis,
Elegia ſecunda.

r EGIA PROGEnies Regis ueneranda creatrix
Sydera cui parent tartareiq; lacus
Natales regina tuos en tollere cantu
Agredior cœptis intemerata faue:
Annue: & æternum ualeant permeſidos undæ
Phocaicæ laurus lebetridumq; chori

Tu cynoſura mihi medio dux certa profundo
Montibus & ſiluis tu mihi fida comes
Sed quid regalem repetam ne ab origine gẽtem
Et qui te ſancti progenuere patres?
Prodit inexhauſtum ſeries immenſa laborem
Pauca ſequar: multum ſic quoq; gliſcet opus
Ille pius uates diuini carminis auctor
Dauid Ille ſenex gentis gloria prima tuæ;
Qui non æquoreos fluctus cœliq; meatus
Dura nec æolii carceris imperia
Qui non magnanimos reges non triſtia bella
Sed ſecreta poli prodidit alloquia:
Cœlitus o quotiens raptus ſuper æthera ſenſit
Vnius & trini numen adeſſe dei:
Ter ueneranda tribus quotiens lux una figuris
Eſt quoq; ſydereo uiſa ſedere throno
Virgineos partus & myſtica fata nepotis
Credibile eſt etiam tum didiciſſe ſenem
Cætera fatidico meditatus carmina plectro
Creditur ante ipſam præcinuiſſe diem.
Huius idumeæ poſt fatum conditor aræ
Rege latus ſalomon regia ſceptra tulit.
Salomon Nunc ſequitur roboam: roboam tricteris abiæ;
Roboam Qui ſubit et yopem contudit aſa ducem:
Abias Inde philiſteis ditiſſima regna tributis
Aſa Ille tenet cuius nomina pauit arabs.
Ioſaphat Mox uidere ioram non mitia ſydera regem:
Sydus ochozias triſtius inde tulit.
Iorbs Difficiles au[illegible] populi molitur habenas:
Ochozias Quæ ruit ante ſacras ſanguinolenta fores.
Hinc regit ille puer quem inter miſeranda ſuorũ
Ctholia Funera nutrices ſurripuere manus:
Ioas Victor amaſias ſcelerato ſanguine manes
Amaſias Vindicat & patris regia ſigna tenet
Cui uix una tribus luſtris acceſſerat æſtas
Ozias Subſequitur fato deteriore puer.
Inde ſubit ſacræ poſuit qui limina portæ
Ioatam Limina rhypheia candidiora niue;
Magnus agã hoſti pœnas ſua ſacra relinquens
Agaz Dat pro neglecta religione ſyro.

Imperat ille pius templi qui ſancta recluſit
Limina & antiquos iuſſit adeſſe choros.
Ditior hic crœſo celebrat quem fabula lydo:
Ditior ideo laomedonte fuit:
Te taciturus eram luci fabricator & aræ:
Sed ueneranda domus me tacuiſſe uetat;
Huic ſuccedit amon: cuius poſt fata ioſias
Regnat & in uanos concitat arma deos:
Euertit magicos lucos euertit & aras
Maioris falſus numen adeſſe dei.
Quid ioachim reliquoſq; canā poſt triſtia regni
Excidia illuſtris qui ſubiere uiri?
Fatidicos ne ſenes num carmina ſacra reuoluam
Cœlicolumq; patrum ſancta miniſteria?
Tu mihi uirgo ſatis ſumma ac præconia ſiue
Epica plectra magis: ſeu magis iſta placent.
Tu ſplendor tu gentis honor tu ſumma tuorum
Gloria: & antiqui phama ſuprema laris;
Deniq; tu quicquid poterit ſuccurrere uati.
Ara tibi erecta es: ad tua ſacra ueni.

QVO RItu ſit ad Diuæ Virginis aram ſacrificandum Elegia tertia.

Vrtite uirgineas circū diſponite lauros
Qua rudis hæc dominæ tollit ara meæ.
Ite inſtar ſolēne ſacrū, ꝓperate miniſtri
Abſit & a uotis uana ſuperſtitio.
Haud quiſquā ante aras aurata fronte iuuencum
Lanigeramue mihi de grege ſiſtat ouem
Non caper hic baccho: uiuax non cerua dianæ
Non tibi phœbe celer hic cadit ictus equus
Irrita ſacra uacent iam iam uacet irritus ille
Sacrorum ritus: quem tenuiſtis aui
Pro furor ille fuit: gaudent nō ſanguine quis nam
Ignorat cœli numina ſed precibus.
Ter luſtratus aqua niueaq; in ueſte ſacerdos
Prodigus archanis det pia tura focis:
Stent pueri circum trepidi innuptæq; puellæ
Perſpicuus certa uirginitate chorus:
Quem ſi forte iuuat feſtas ductare choreas

Comprimat intonſas candida uitra comas.
Succincti niueas ueſtes altaria circum
Virginis æthereæ nomina magna uocent
Sacrificis nabathea focis dent tura miniſtri:
Dent quoq; coricii mollia fila croci.
Stet matrona procul moneo procul inde reſiſtat
Quæcunq; eſt primos paſſa puella toros:
Non floræ ludicra paro non orgia baccho
Mollia cecropiæ non paro ſacra deæ:
Sed quæ præcipuos meruit geſtare triumphos
Perpetuumq; decus uirginitatis habet:
Non hanc laſciui motus riſuſue procaces:
Sed meritura fides & pia tura mouent:
Hic uoces iactare pias ad ſydera fas eſt:
Exaudit iuſtas uirgo uocata preces.
Turricremas moneo uenerabere uirginis aras
Protinus & tutum carpe uiator iter:
Hinc licet & tiphis committat carbaſa uentis
Non niſi mitificas ſentiet etheſias:
Vota hic maturis pro frugibus annua ſiſtat
Vinitor & quiſquis uomere ſulcat humum:
Hanc pro fœtura peccorum tutela magiſtri
Pro grege munificam rite litate deam:
Hic pacem qui pacis amat læta ocia quærat
Quæritet & ſupplex hic ſibi pauper opem
Non niſi uocalis quis modo mutus abibit
Claudus eat celeri ceſſerit inde gradu:
Audiet & ſurdus fuit & qui lumine captus
Protinus aſpiciet faſſus adeſſe deam:
Deniq; quiſquis erit ſanctas qui aduenerit aras
Virginis imploret numina magna meæ.
Nos quater o liceat totis uenerabimur annis:
Quem de ceſpitibus fecimus eſſe locum
Ceſpitibus duris rudis hæc mihi tollitur ara:
Viuere ſi fas eſt nil niſi marmor erit:
Hic & maturæ pendent cũ uitibus uuæ:
Et quum decreſcit frigida rurſus hiems:
Dulcibus hic etiam uernant cum rura diebus
Et quum triticei præteriere dies:
Supplicibus uotis ſtantes adolebimus aras

Ignibus effundet garula turba preces:
Hic toto bona uerba die dixiſſe iuuabit:
Sæpius & dominam ture litaſſe meam.

Ad nazareth natale ſolū uirgis elegia quarta.

h IC ROgo phœbeos quæ proxima ſuſpicis ortus
Naſcentis dominæ conſcia terra meæ
Illuxit quum læta dies: qua diua tonantis
Humano generi eſt & tibi nata parens:
Quæ tibi ſigna dedit cœlū quæ nuncius æther
Qualis erat ioachim regia parua ſenis?
Dic quamuis nitido phœbus prodiret olympo
Hic minor ætherea lampade ſplendor erat?
Cœleſtes circum cunabula parua miniſtri
Quot ſteterant trepido lucida turba pede?
Quales parua domus circum fundebat odores?
Quis dabat archanis mollia tura focis?
Ne tua diſſimula mihi gaudia: ſuſpicer an te
Cernere præſentes non meruiſſe deos:
O nimium fœlix tellus tua ſi bona noris
Terrarum nulla es maxima terra fores:
Sic quoq; quis neſcit pelos tibi ceſſit & ida
Iſta licet uanos iactet & illa deos:
Ceſſit & æquoreis undis circunflua cypros.
Illuſtriſq; ſamos trinachriumq; ſolum:
Deniq; quæcunq; eſt tellus commenta per orbē
Quos male pro ſuperis ture litaſtis aui.
En age phœbeos caſus ſcrutemur & ortus
Quaq; fremens calido ſpirat ab axe notus:
His quoq; ripheas addas licet anxius arces
Nullus erit toto maior in orbe locus:
Non mihi maior erit quæ primos terra parentes
Edidit: humanum proditur unde genus:
Non natale ſolum: ponto quum merſa iacerent
Omnia: qui ſtruxit rexit & arte ratem.
Non moyſi ſint ampla licet cunabula tanti:
Primorum ꝑ trium tecta uerenda patrum.
Non q̄ magnanimos reges magnoſq; ꝓphetas
Nouit idumei regia clara ſoli.
Proſtratam bello tenuit te roma: quid inde?

Iactet marte ſatos fratres regeſq; ſuperbos
Oebaliumq; addat ambitioſa numam.
Quiq; reos cædi iuſſit ſe conſule natos:
Tanta fuit patriæ gratia tantos honor:
Iactet & auſonium ſpreuit quæ clœlia tybrim
Quæq; fuit latiæ phama pudicitiæ.
Et quem deceptæ plectentem crimina dextræ
Cernere magnanimus porſena non potuit.
Quiq; ſibi pontem paſſus poſt terga reuelli
Ipſa licet contra ſtaret etruſca phalanx
Tercentum fabios aſſertoreſq; camillos
Nec quibus agnomen africa uicta dedit:
Non catulos decioſq; duos geminoſq; catones:
Non capitolini nomina magna laris:
Nec taceat coſſum: nec te marcelle relinquat:
Non curios parcos fabriciumq; ſenem:
Tollat in immenſum ſyllam: marioſq; feroces:
Pompeioſq; duos cæſareamq; domum:
Ipſe etiam tyriæ tollant ſe laudibus arces:
Iactet & ingentes punica terra duces:
Neu ſileant gades nec gens ſuprema britanni
Aruigarum fas eſt aruigarumq; uocent:
Gallia ſi quid habet ſi quid germania laudet
Cantet & illuſtris græcia docta uiros.
Arſacidumq; genus memorent & prælia parthi:
Et Ptolemæorum nobile ſtemma pharos.
Clarior una tamen terraq; beatior omni
Naſcentis dominæ conſcia terra meæ.
Tu bethlem ſummi regis ueneranda creatrix
Crederis hoc ipſum præteriiſſe decus:
Hic primam immenſi cœli fabricator & orci
Factus homo mixto numine preſſit humum:
Hæc igitur regum regem tulit illa parentem
Vtraq; terra ſuo clara puerperio.
Iſta uel illa coli digna eſt ſit longior ætas
Sentiet alterutrum munera noſtra ſolum.
Nunc age uirgineo tellus memorabilis ortu:
Suſcipe deuotæ munera parua lyræ.
Tu mentem metire tui non munera uatis:
Munera non flectunt ſed pia uota deos.

De natali diuæ uirginis ad Illuſtres ſui ſæculi poetas elegia quinta.

n A T'Alé Celebrare diẽ parouirgis almæ
Virginis ante pium poſtq; puerperium.
Huc ꝓperate pii uates cãtare periti
Luſtret honoratum laurea ſancta caput.
Ipſe ego uirgineæ factus modo uillicus aræ
Gramineos ſterno ſedulus ecce thoros:
Hic ſub pampinea carmen meditabimur umbra
Quem fons perſpicua leniter ambit aqua.
Stant circum platani denſæq; ex ordine laurus
Ceſpitibus medio tollitur ara ſolo:
Lux ſolennis adeſt iam dum ſubſellia fixi
Ite precor latii phama ſuprema uiri.
Docte philephe ueni fas eſt pater optime cultam
Claudere pro tanta uirgine ſfortiadem:
Imperfecta ſeni ne ſit ſua pheltria uati
Ne ue ſabine tibi bellica bella moræ:
Tu quoq; ne ceſſa muſis comitate ſicanis
Pandormita tuæ gloria trinacriæ:
Huc pontanus eat nec non mihi reditus oris
Pannoniæ maior nomine calimachus:
Phileticumq; ſuũ nihil hernica nympha moretur
Nil uerulana meum mœnia ſulpitium:
Huc uolſcus marſuſq; adſit iuniorq; catullus:
Adſit & arguti laurea pireii
Nec decantati toties remorentur amores
Te mihi ſed cultam coſmice tende chelym:
Calphurni pia muſa ueni; tuq; ipſe uenito
Carbo ferox tanto conſpiciende choro:
Dalmaticũ cipicon cupiduſq; huc plectra regro
Cenomani multum ſobria cimbriaci:
Tu pyladæ comitate tuo doctoq; catullo
Corneli huc adſis: huc & alexis eat.
Hæc meus aurato teneat ſubſellia plectro
Cynthius auſoniæ phama futura lyræ:
Creticus argiuis adſit reuocatus ab oris.
Et tibi qui fuerat creticæ magne comes:
Tranſeo ſed multos forſitan q̃s phama recondit:
Et quorum non dum cognita muſa mihi eſt.

At uos pieridum uates decus ite uocati
Qui ſolennis adeſt hunc celebrate diem
Omnia uirgineo reſonēt mihi carmie & hymnis
Non niſi per laudes lux genialis eat:
Ipſa ſui interea patris miranda creatrix
Aetherea gratos ſpectet ab arce choros:
Illuſtreſq; uiros nunc primum forte reuulſos
Fontibus aoniis ad ſua ſacra uocet:
Et ſibi facundo meditari carmina plectro
Gaudeat aethereo conſpicienda throno.

De uirginitate eiuſdem elegia ſexta.

h ACTENVS Ecce tuos uirgo uenerabilis ortus
Diximus & gētis nobile ſtemma tuae:
Virginitatis honos mirandaq; gloria nunc me
Admonuit caeptum dirige uatis iter:
Non leuis exiguo uerſatur puluere currus:
Fluctuat in tenui non mihi linter aqua:
Planities hinc uaſta iacet: iacet inde profundum:
Siue paro terris pergere ſiue mari:
At faueas nulluſq; meis moderetur habenis
Autumedon: typhis nec regat ipſe ratem.
Alter & autumedon medio certamine credar
Alter & in mediis te duce typhis aquis.
Te ſine conatus fruſtra meditabimur omnes:
Et ſine te nullus proderit uſq; labor:
Praeterea non ipſe mihi berecynthius at his
Luditur aut quales pauit adonis oues.
Non bis raptus hylas: non triſtia fata lygurgi
Vecta nec inſolitis hippodamia rotis
Deniq; non priſco decies cantata cothurno
Fabula ſed mentem grandius urget opus:
Ardua res certe eſt uani non indiga phuci
Quaeq; uelit plectro nobiliore frui
Quiſquis enim regina tuas comprendere laudes
Audeat: & uerſu praemia magna ſuo
Ille etiam memoret motus & ſydera coeli:
Quam uernante die plurima uernet auis:
Quot lybicae ſpirante noto turbentur arenae:
Et quot cecropium uer populētur apes.

Et pluſq̃ quos ipſa ſuper lux trina recumbit
 Cœlitibus cunctis nomina grata throni
Non tantum numeroſe ſeraph metuiſſe putaris
 Deniq̃ non cuncti tam meruere chori:
Quem non elyſiis repetitus clamor ab aruis
 Quem non mille patrum comminuere preces
Virginitas hæc ſola poli ſecreta tenentem
 Creditur in terras elicuiſſe deum:
O fœlix nimium fœlix quem non capit orbis
 In tua ſe fudit uiſcera factus homo:
O nimium fœlix cœlos qui & cuncta creauit
 Lactaſti tanto pignore digna parens:
O nimium fœlix dextra ſua regna tenentem
 Altrices cuius ſuſtinuere manus.
Te cœlum te terra colit te pontus & æther
 Forſitan & ſtygiæ te uenerantur aquæ:
Sis fœlix quotieſq̃ precor reuocabere uati
 Protinus huc adſis intemerata tuo.

De præſentatione Virginis ad templum elegia ſeptima.

u Enerat alma dies qua te pia uota mariti
 Soluere cœlicolis fas erat anna tui:
Exierat teneris iandum uirguncula cunis
 Ibat & in trepido pergere docta gradu:
O quales uoces q̃ dulcia uerba parenti
 Edidit arcano blanda puella ſono.
Tanta quidem non talis erat cum uiſa per annos
 Poſſe capi oebalio fertur amata numæ
Gratus uterq̃ parens ad limina ſacra tonantis
 Limina ripheia candidiora niue:
Supplicitet niuea ſtabatq̃ in ueſte ſacerdos
 Ante fores gratum conſtituiſtis onus
Candida ueſtis erat præcinctaq̃ tempora lauro
 Cætera uirgineum non decuere caput:
Hic utriuſq̃ manu templis illata parentum
 Conſtitit ante ipſum parua miniſtra tholum
Gratius ecquando productum munus ad aras?
 Quando dari potuit uictima tanta deo?

Pluris parua fuit uirgo: mactare parantis
Ante aras natum q̄ ſenis obſequium
Quā noua quæ primus libauit dona ſacerdos
Quam populi ſanctæ deniq; primitiæ.
In populum hic oculos rerum ſator ille retorſit:
Cœpit & in melius uertere conſilia:
Sperari cœpta eſt miſero concordia mundo.
Senſerunt manes proxima fata pios
Hæc erat ille piis totiens repetita prophetis
Exemptura ſua uirginitate neſas:
Quicquid prima parēs mortalibus abſtulit una
Virginitas tanti reſtituiſſe fuit:
Intermiſſa mouent quid te commertia natæ
Quid dederis neſcis ne moueare parens:
Quod non uis auri totus ue redemerit orbis
Quam das pro populo. ſola puella poteſt:
Hinc erit ille nepos inſonti ſanguine qui te
Humanumq; uelit reſtituiſſe genus:
Horridus immenſi trepidet quem ianitor orci
Prorſus & infernæ nauita triſtis aquæ.
Purget & elyſ.os campos: clauſtriſq; refractis
Emergat qui auras uictor ad æthereas.
O fœlix cuicunq; datum ſuffuſa rubore
Cernere præſentis uirginis ora meæ:
Indolis o qualis ſpecies q̄ clara futuræ
Induerat uultus ſigna pudicitiæ:
Non ſata mortali cœlo demiſſa uideri
Hic pudor hic pietas hic decor omnis erat:
Virginibus ſubducta loco penetrale ſubiuit
In medio talis conſpicienda choro:
Qualis nocte cadens prima inter ſydera ueſper
Inter amadryades delia qualis erat.
Tu ueneranda parēs cum coniuge parua reuiſis
Limina iam uoti liber uterq; ſui.

De miniſterio Virginis ad aram i templo elegia octaua.

d ICITE Idumeæ Veſtra eſt nam phama puellæ
Quando paleſtini plus meruere ſoci?
Quando magis licuit ſuperos ſperare ſecundos?
Quando fuit tantus religionis honor?

Q uam dominæ quum dextra meæ geſtabat acerram:
Placabatq; ſuos parua miniſtra lares.
Dicite demiſſo properat dum ſingula uultu
Virgineo qualis ſedit in ore rubor.
Nũq; hilaris non mœſta fuit: per cætera non ne
Numinis omne fuit omen in alloquio.
Q uid toties ueſtæ uanum penetrale uetuſtas
Veſtalemq; refert ambitioſa chorum.
Integritas ſeruata metu non grata miniſtris:
Sed patriæ ritus religionis erat.
Hinc pudor inde metus: ſperataq; uerbera ſæui
Pontificis: ueſtæ ſi periere foci:
Terrebatq; ſpecus collinæ proxima portæ
Non niſi pollutis cognita uirginibus.
Virgineum nunq̃ ſpargi mea uirgo cruorem.
Viderat aut terris uiuida membra tegi:
Virginitas ſed grata fuit: quam parua tonanti
Vouerat: & ſanctæ norma pudiciciæ:
Non meruit: ſed ſi talem ſortita miniſtram
Veſta foret patrũ uana ſuperſtitio:
Credibile eſt uix ſena deæ ſat luſtra fuiſſe
Emeritaq; manu ſe uoluiſſe coli.
Pro populo ſola hæc faciat: permittite magni
Pontifices: ſanctis det pia tura focis.
Voſq; paleſtinæ templi tutela puellæ
Funditæ deuotas: dum facit illa preces:
Cuius dextra magis poteri: flexiſſe tonantem.
Aut quæ uenturo gratior eſſe manus.
Q uam toties qua ſe geſtandum deſtinet: aut qua
Optet ab æthereo culmine lapſus ali.
Tu quoq; magna toga: quid.n. tibi uirgo negatum
Ille uelit: cui ſis ſæpe uocanda parens.
At te humilem paruamq; geris minimamq; miniſtrã.
Credis & in tãto te nihil eſſe choro:
Cunctarum tu iuſſa facis dictataq; ſacra
Biſq; die obſequium terq; operata pium.
Longæuæq; frequens adſtas ſtudioſa magiſtræ
Deceſſura pio non niſi iuſſa loco:
Synaicas leges & fata prophetica diſcis:
Virgineæ ſortis nuncia fata tuæ

Pro quoties tantam matrem mirata precaris,
O uenias oculis conſpicienda meis:
Virgo ſuprema ueni miſeri ſpes unica mundi:
Ante tuos liceat procubuiſſe pedes:
Figere prætentæ detur precor oſcula plantæ
Et tua ſi non ſim ſeruula credar ego.
Sed quid ais.cuiuſue cupis dic ſerua uideri:
Cuius ad optatos procubuiſſe pedes.
Si neſcis:tu illa es uirgo:qua miſſus olympo
Naſcitur intacta uirginitate puer.
Eia age & exacto gemino tua premia luſtro
Premia momentum grande ſalutis habe.

De apparatu uirginei triumphi:& in primis de ipſius currus ornatu elegia nona.

Eſſit inexpleti tandem poſſeſſor auerni:
c Et qua uictor erat hac quoq; parte iacet.
Ducite laurigeros huc templi ad limina currus:
Sit uictrice nihil pompa futura minor
Aureus axis eat temo aureus:ornet eburnas
Stellataſq; decet plurima gemma rotas:
Hic carchedonii radient opaliq; rubentes
Aſſimilis uiridi tuq; ſmaragde freto:
Cryſophilon duruſq; adamas tereteſq; cylindri:
Et quid querenti dat tibi cythis arabs:
Acopis & quondam precio ſpectatus achates
Fortis alectoriæ galacioſq; duplex:
Multicolor mitrax nec non & candidus ion
Gaſidane & uenis pulcher apiſte tuis:
Splendeat hic arabes quicquid miſiſtis & indi
Arte laboratum cætera ſpiret ebur:
Atq; duplex rerum ſeries uiueſcere quarum
Altera credatur nobiliore manu:
Altera non notis rudius cælata figuris
Nondum perſpicuæ religionis opus.
Hic ſpectare noui liceat primordia mundi:
Vt terras rerum condat & aſtra parens:
Iuſſus ut elatas ſedes ſibi uendicet ignis:
Aer ut in medio præſtet:& nuda loco
Vtq; nouis errent ſiluis animalia:primus

Vtq; parens ſtupido corpore ſurgat humo.
Hic male contacti ſpectentur crimina ligni:
Et nece fraterna commaculata manus:
Exilio damnata domus:tumidiſq; ſub undis
Obrutus ut quondam maximus orbis erat:
Arca uetus rectorq; ſenex ſobolesq; ſub illa
Et modo uictricis nobile ſtemma domus.
Obſequiumq; ſenis prolem mactare parantis:
Et pueri inſontis myſtica uenditio:
Nec procul aſſurgant diuini culmina templi:
Geſtaq; cum populis prælia finitimis:
Niliacus carcer deſertaq; errata fameſq;
Non niſi diuino contolerata cibo:
Diuiſumq; fretum nec non remeantibus undis
Spectentur phariæ quæ periere manus:
Igneus ille rubus moſes quem uiderat:& quæ
Pumice percuſſo proſiluiſtis aquæ:
Denique ſynaicæ leges reparataq; regna
Pontifices templi:uirgineuſq; chorus:
Se quoq; permixtam uirgo galilea miniſtris
Cernat & arcanos ſæpe adolere focos:
Parte alia miranda quidem ſint multa:nec ipſis
Intellecta nouis condita imaginibus:
Hic mireturt uti ſinuoſis nuncius alis
Portet ab æthereo culmine miſſus aue:
Inſcia ut aſpectu titubet uirguncula primo:
Tradat ut edoctas ad pia fata manus:
Atq; eadem prægnantis uti montana ſororis
Viſat:ut optatum gentibus edat onus.
Spectentur pueri inſontes infanda tyranni
Imperia:& domini nuncia ſtella ſui:
Vtq; tribus prælata magis ſint munera:& ipſum
Monſtratum cœlo tutius effugium:
Auctorem texere ſuum deſerta canopi:
Concidit in matris plurima palma manus:
Fatidicuſq; ſenex referans ſua fata:relatus
More patrum rurſus in ſua templa puer.
Regis ſancta cohors:& publica uerba ſalutis:
Et data biſſenis dogmata diſcipulis:
Obuius ut matri ſtygio ſit uictor ab orco:

Hortetur[q]; palam ter[q]; quater[q]; ſuos:
Deni[q]; ut ad ſuperos ſcandat rediturus ad ipum
Vltima poſt mundi tempora iudicium.
Ipſa licet media miretur ſingula pompa:
Tale decus rerum neſciat eſſe ſuum:
Ornet & eoi currus faſtigia laurus:
Laurus perſpicuæ uirginitatis honos
Candida uela duo præſtent:ſuper aureus illis
Ales erit:cuius funera nouit arabs.
Non niuei iungentur equi non denique tygres
Sub iuga ſed caſti monocerotes eant.

Apparatus & proceſſus uirginalis triumphi.

Cande triumphales uirgo tamnecia
s currus:
Pro foribus templi pompa parata tibi ē.
Iam dudum captiua phalanx præcedere iuſſa ē:
Poſt humeros ſæuas turba reuincta manus:
Præceſſit ſuperis inuiſa ſuperbia:cuius
In ſua conſurgit cornua torua caput:
Infenſæ comes eſt infenſior ira ſorori:
Pergit inexpletæ pallor auariciæ.
Liuida cura ſubit:nec non damnata perenni
Torpori facies horrida deſidiæ:
Conſequitur ueneris ſpecies lutulenta nefandæ:
Forma[q]; damnoſæ luxurioſa gulæ:
Ocia fœda ſimul:ſimul eſt quo[q]; iuſſa uoluptas:
Et cum mortifero crimine culpa ſequi.
Segnities:& ſomnus iners:tactuſ[q]; nefandi:
Nequitiæ mollis luxus:inanis honos:
Eumenidum uictæ facies:& flumina auerni
Deni[q]; præſigni præteriere nota.
Omne nefas:claro præmiſſa eſt preda triumpho:
Ne tibi ſis uirgo deſere templa moræ:
Turricremis abſcede focis:ariſ[q]; relictis
Virgineo prodi conſpicienda choro:
Ipſa ſed eoo uictrix iam tollitur axe:
Victriceſ[q]; premit laurea parta comas.
Inſtita uirgineas abſcondit candida plantas:
Perradiat niueos plurima ſtella ſinus.
Non alius quiſquam decuit me iudice cultus.

Indicium candor uirginitatis habet:
Ite licet ſolimæ:ueſtra eſt quoq; phama miniſtræ.
Carpite communis premia militiæ.
Conſortes meriti collegaq; turba fuiſtis:
Sit tua tam claris gloria militibus:
Ite coronatæ uictricia tempora lauro:
Dextra gerat palmam:concutiatq; manus:
Proxima progreſſos comitetur turba triumphos:
Carmine uirgineum teſtificata decus:
Succedat numeroſa cohors:pompamq; ſequatur:
Q uæcunq; eſt nullos paſſa puella toros:
Adſit & a ſolimis uirgo digreſſa ciliſcis
Adſit ab irriguis uallibus hierici:
Accolit & quæ te fluuio iordanis amœno
Præ fortunati conſcia nympha uadi:
Si qua tenet diras famoſi aſphaltidis undas:
Callirohen medicam geneſaramq; bibit:
Tharicien quæcũq; colit tenamq; ſebonq;:
Et te ſamario condita lydda ſolo:
Intactas huc tamna manus huc mittat idumeæ:
Et bedoros quicquid uirginitatis habet.
Nec ſit gaza moræ:raphiæ properate puellæ
Protinus eluſam linquite & epiceron.
Vos nihil heſſeni fas eſt huc mittere nuſquam
Palmiferis errat fœmina ueſtra locis:
Nec ſtimulat laſciuia uenus ſobolis ue cupido:
Sed ſobolis præſtat conuena turba uicem.
Incola non deſit caſi:quem lumina phœbi
Cernere naſcentis nocte ſilente putat.
Huc coeat galilea phalanx bethleiaq; turba:
Q uæq; colunt piares ardua ſaxa manus:
At uos municipes neu linquite ueſtra puellæ
Mœnia:ſacrificis ſed date tura focis.
Ne mora ſit rebus:uictricia ſigna propinquant.
Ipſa triumphatrix gloria ueſtra uenit.
Ite & uictrici linguis animiſq; fauete:
Reddite tam claræ premia militiæ:
Cingite mox lætam uelis & frondibus urbem:
Gaudeat ignota religione dies.
Clamet io uulgus repetitis uocibus:ipſi

Secꝗ ſciant nunquam plus meruiſſe lares.

De cauſis dominicæ annunciatiōis elegia undecia.

i Vſtitiæ moderare tuæ gladiumque remitte.
Iuſtus es atqꝫ idē crederis eſſe pius:
Parce ſatis luimus miſerādæ crīa culpæ:
Poſtera ꝓgenies iſcia turba ſumus:
Reſpice poſſeſſum ſtygiis prædonibus orbem.
Deſinat antiquum perdere cuncta nefas:
Numen in immenſum primi coiere parentes:
Supplicii immenſus debuit eſſe tenor.
Sed tua te pietas flectat generator olympi:
Pœnarum exhauſtum creditur eſſe nimis:
Te cœlum te terra rogat te pontus & æther:
Muſcoſi fontes:perſpicuiqꝫ lacus:
Arte ſtagna ſoli ſinuoſaqꝫ flumina clamant:
Clamat ab immenſis cædua ſilua iugis.
Indomiti colles:poſſeſſaqꝫ rura colonis:
Seu rigeat bruma ſeu modo uernet ager:
Te uolucres piſceſqꝫ orant te grandia cæte:
Quadrupedumqꝫ greges:omnigenumqꝫ pecus:
Quicquid in humanum uertiſti conditor uſum:
Immemorem domini te uetat eſſe ſui.
Cui ſpectanda olim numerandaqꝫ ſydera cœli:
Cui data terrarum machina tota poli:
Cui quoqꝫ debuerant animantia cuncta teneri:
Tarrareo merſus ſub phlegetonte iacet.
Illa tibi aſſimilis ſpecies iacet obruta flammis:
Auctoris mundo nuncia forma ſui:
Humanum miſerata genus te cuncta precantur:
Teqꝫ rogant:populi contrahe fata tui.
Hoc rogat elyſiis clamor repetitus ab aruis:
Quid ueteres tantum commeruere patres.
Vt ſileam fauces:contuſaqꝫ pectora lapſu
In medio phama eſt:indoluiſſe uirum:
Supplicium doluiſſe tamen pœnamqꝫ perēnem
Comminuit tanti pœnituiſſe fuit:
Te uocat ille ſenex oppreſſæ conditor arcæ
Qui niſi biſdena ceſſit olympiade:
Te moyſis ſpectata fides:atqꝫ impigra fratris

Imperia:& ſanctæ premia militiæ:
Te patris obſequium meditantis funera nati:
Quo caſura magis uictima grata foret:
Te quoq; longæui mitiſſima facta parentis
Vnde per illuſtres exoluere tribus:
Te pietas nati fratrum quem turba perodit:
Fatidiciq; rogant ſobria plectra ſenis:
Clamat idumei templi molitor & aræ:
Et qui nos docuit triſtia fata pati:
Virtutum numeroſa cohors tibi deniq; ab imis
Sedibus extenſas tollit ad aſtra manus:
Promiſſam ſobolem poſcunt pignuſq; ſalutis
Omnia & aduentus tempora certa tui:
Iam natum demitte polo pater alme:reperta eſt
Fertilis & tanto ſemine digna ſeges.

De ui catholicæ fidei aduerſus ueteres cœli per ſcrutatores elegia duodecima.

a Strorum potuiſſe nouo deprēdere curſus
Veſtra parēthonii ē gloria ueſtra uiri.
Ite licet radio partam prætēdite palmā
Sitq; perēne decus:ſitq; perēnis honor:
Cœlorum ſeruare uices docuiſtis & aſtra:
Quod monſtraſtis iter poſtera turba tenet:
Protinus immenſi uobis auctoribus ipſa
Innotuit moles irrequieta poli:
Continuo errantis lunæ ſoliſq; labores
Cognita & obliqui ſemite zodiaci.
Inq; duodenas abiit diſcreta figuras
Zona uagaturis peruia ſyderibus:
Mox quibus inter ſe ſpaciis ea ſydera diſtent:
Septenoſq; fuit diſcere cura tonos:
Quo non læte ſenex tute ſaturne receptes:
Quo iouis idæi proſpera ſtella micet:
Vt gelido mars mixtus auo per uictrica regna
Temperet affinem:mirificetq; iouem:
Vt gemina uerſere domo tu belſice:monſtri
Terga cleonei non niſi phœbus amet.
Hinc ueneris notuere lares:dubiiq; meatus
Lux & phœbeis æmula luminibus.

Quo facunde loco mediteris fata repertum eſt
Cylleni & phœben quod iuuet hoſpitium.
Præterea ignotum nequid mortalibus eſſet:
Scrutata eſt geminos improba cura polos.
Deprenditq; pari curſu per climata labi:
Diſſimiliq; tamen ſydera curriculo:
Inde hiadas pleadaſq; notat creſſamq; nitentem:
Quam teneat cœli piſcis uterq; plagam:
Qua regione poli ſpacietur lubricus anguis
Quo ſitus arthophylax quo cynoſura loco:
Nec ſuperas reſeraſſe fores contenta quieuit.
Mens hominum nixa eſt ulteriora ſequi.
Defectus hic phœbe tuos prædicere graiis
Ante diem latio nititur ille ſuo:
Vnde imbres mixtiq; ruant cum grandine nimbi
Hauriat unde ſuas concolor arquus aquas:
Quid tam dira micent turbantes regna cometæ:
Vnde micent ſubitæ bolides: unde faces.
Et quæ tam denſæ iaculentur fulmina nubes:
Fulmina quid poſſit elicuiſſe polo.
Quid boreas zephyriq; ferant: quid ue auſter & euri:
Quis pluuius terris: quis ue ſerenus eat:
Fœlices cœli mentes rerumq; capaces:
Durat adhuc ueſter quem peperiſtis honos:
Peruentum ad limen cœli eſt poſteſq; recluſis:
Altius attolli non potuiſtis aui.
Non ſpeculæ phariæq; rudes numeriq; ſequaces:
Nullaq; adhuc tanti ſedula cura fuit:
Scrutari ſecreta poli ſedeſq; beatas:
Et quæ ſuſtineant pondera grata throni:
Vna quidem ſpecies ternis diſcreta figuris
Hic pater hic natus luxq; ſequeſtra nitet.
Trinus & unus amor: trina eſt atq; una poteſtas:
Hic deus atq; ille eſt tertia forma deus.
Ecquis ubi illa aderat mundo promiſſa precanti:
Fœlices inter ſemper habenda dies:
Qua noua progenies miti debebat olympo
Progenies noſtrum ſoluere miſſa nefas.
Quis rogo conſenſus mentem territe uerendi:
Verbaq; mirandi mutua concilii.

Grandia quis demum ſolii decreta ſuperni:
Non homo:ſed docuit religioſa fides:
Affuit hæc teſtis:uiditq hæc una:quod ipſi
Diſcere cœleſtes uix meruere chori:
Hæc eadem nobis cœli penetrale recluſit:
Traxit & in ſuperas pectora noſtra domos:
Cedite iam phariæ mentes curæq procaces.
Quod canimus ueſtra ſedulitate uacat.
Non radii nunc:ſi qua latent:non aſtra recludent:
Sed mihi ſancta comes duxq futura fides.

Ad diuam gratiarum uirginem elegia tertiadecia.

O Patris ueneranda parens o filia nati
Sydus & aſtriferi ianua ſancta poli:
Accipe diua pii non impia munera uatis:
Laudibus immixtas accipe diua preces.
Ante thronum nati ſupplex tu crimina mundi
Diluis:& mundo pandis ad aſtra uiam
Iram ſæpe tuæ lachrymæ flexere tonantis:
Sæpe minas lachrymæ comminuere tuæ.
Humanum fortaſſe genus periiſſet & orbis
Et potuit rurſus mergere cuncta cahos:
Maternæ ni rite preces natiq patriſq
Fregiſſent iuſti fulmina iudicii:
Per te tuta quies:per te ſunt ocia terris:
Preſſa iacent merito bella nefanda tuo.
Te duce tuta ratis tumido uolat æquore:tutum
Quilibet orbe uagus te duce carpit iter.
Præſidium lapſis ſola es:lux unica cæcis:
Supplicibus ſola es portus & aura reis:
Tu pia uirgo facis:quod dat ſua munera cœlum:
Quodq datis fruimur tu pia uirgo facis.
Humanum tutare genus lux alma:tuamq
Perge precor ſobolem conciliare tuis.
Imprimiſq pios hæc hunnia tecta penates
Deuotoſq ubi protege diua lares.
Præſide te pueri ualeant iuueneſq ſeneſq:
Et cum uirginibus turba pudica nurus:
Arboribus fœlix:fœlix ſit frugibus annus:
Sitq ferax tellus omnigenumq pecus:

fo.88.a frõte deflet⁹ pro de-
flexus.fo.89.a frõte diuiſas
pro diuiſa a frõte riuoalt⁹ ꝑ
riuoaltin⁹. a frõte auguſt⁹ ꝑ
águſtus.a frõte Heremiranú
pro Eremiranú.a tergo tenuí
pro tenue.fo.90.a tergo im-
petrat:pro iperat. fo.91.a frõ
te celebritaté pro & celebri-
tatem.a fronte quantá pro q̄:
tá.a tergo qſq pro qſq̄.fo.93.
a frõte qua pro q. a frõte iu-
dicár pro uindicár. fo.107.a
tergo qdé pro quidá.a tergo
nõ ſalté pro nõ uultu ſaltem.
a tergo tribulum pro turibu
lú.fo.109.a frõte :ars pro ais.
a tergo periclitare: pro peri
clitarae. fo.110.peſianacta pro
impeſianacta.a tergo aur pro
auté:q pro q̄.a frõte uno pro
uero. a tergo hinc pro hic:
a tergo inſula pro inſulſe.
Fo.113. a tergo ibúr pro im-
buúr.a tergo ſtatu ꝑ co ſtatu.a
frõte iuſa ꝑ muſá.a frõte i ea
pro in.a fronte dicendí pro
deide.a tergo fis pro ſſex fis
ſupuacua.a tergo aút pro aut
a tergo ſint ſtagæ ꝑ ſit modo
ſtagæ.a frõte Eqiq pro eqq
a tergo i areæ pro i arce.Nos
pro uos.a tergo iucúdiſſime
pro iucúdiſſim⁹.fo.116.i ple-
nú pro ut i plenú:a frõte mul
tis pro multa :pro pro pio qd
pro qd Eruditione deeſt.care
ar.Eſt qd pro eſt q ſcribit ꝑ
ſcriba. debemus pro dbet.Ve
lut pro uult. fo.117.extimatur
ꝑ aut extimatur an pro a.
Equú credet ꝑ æquú fit.Mo-
tior ꝑ mollior.Humoribus ꝑ
rumoribus parcito ꝑ pciro.
In poematibus corrigenda.
Fo.1.a frõte:ſeu uicẽtn⁹ cra-
ter uacar.a tergo ne plura pe-
tá:q ne ſi plura petá.falanx:ꝑ
phalanx.Enio:ꝑ enyo.Ignara
ꝑ ignota:experiis: ꝑ heſperiis.
hic:ꝑ his.fo.4.a tergo clima:
ꝑ cilina.fo.5. a tergo pygroſi
pro pyrgos. a frõte repoſtás:
ꝑ repoſtas.a tergo meliora:ꝑ
maiora. Nõ ſec⁹:ac uiſis totú
carmen uacar.Illum :pro al-
te. fo.octo.a fronte ac ſi pro
at ſi.a tergo obſturũ ꝑ obſtu
ram.fo.9.a tergo præta:ꝑ pre
réta.Deo ꝑ deos.fo.10.a frõte
acta: ꝑ archa.a tergo nec q̄ uir
gineo:ꝑ nec quæ. fo.12.a frõ
te præſtrixit ꝑ præſtruxit.lo-
quor: ꝑ loquar. a tergo apes:
ꝑ apex.fo.13.a frõte magnis:
ꝑ magn⁹.a frõte cernes:ꝑ cer
ne : a tergo iuixa : ꝑ nixa : &
ſupuacua: fo.16.a tergo eſt ꝑ
aſt.fo.18.a frõte capræ : ꝑ ca-
preæ belli: ꝑ bella.fo.19.a frõ
te iuxit: ꝑ iuxta.fo.22. preci-
pies: ꝑ precipiet.fo.23.a tergo
irrigas: ꝑ irrigens.fo.25.a ter-
go mineris ꝑ numeris
Fol. 27. a tergo muneris :
ꝑ numeris.a tergo credé: pro
credé,a tergo i regnú ꝑ i regũ
fo.29.a tergo mortis ductio
ſupuacua. a tergo uir ꝑ uirt⁹
fo.30.a frõte uocé ꝑ uicé: &
mus: ꝑ muſæ.fo.43. a tergo
marinia ꝑ martéia.44.a ter
go lábi: ꝑ lébí. fo.45.a tergo
illi ꝑ ulli.a tergo ſed ꝑ ſe:ua-
cabiť:pro uocabiť. fo.47. a
tergo palládis pro palladiis.
fo.48.a tergo tibi ſupuacua
ꝑ articula.fo.49. a frõte no-
ſtrib⁹:pro hoſtib⁹.fo.50.a ter
go ſeq pro ſiqs.i.qđ pro quor.
fo.53.a frõte pénõe ſati⁹ pro
pânone & húnus. a tergo teſ-
queos pro teſquoſos. a tergo
tédetat pro retéderat. a frõte
alteri⁹ pro alternís.a frõte fa
ctum:pro fatú: morentia pro
moerentia.fo.55.a frõte alitur
pro aliter:hoc pro huc. cruo-
ré:pro cruore:cãi:pro cáru: fa
ſtis: pro factis. fo.56. a tergo
q̄ pro atq.fo.57.a frõte radi-
céſq:q ſupflua.a tergo his ꝑ
hic.fo.58.a tergo ductile pro
dux ille.fo.61.a frõte cõceſſe
rat:pro cõceſſerit.fo.62.a frõ
te mari pro mori.a tergo par
pro pax.aſtra i ꝑ aſtrea.numi
ne ꝑ múmie. úbras ꝑ ábas.re
ſtát adhuc aliq̄ recognoſcéda.
fo.38 a tergo:ná ꝑ iá.fo.41.a
uos ꝑ nos: retica ꝑ tetrica.fo.
42.a frõ.magnalia ꝑ magalia.
fo.61.a frõte fecit ꝑ fert.a ter
go atq:tibi ꝑ at tibi: rtirõia ꝑ
tironia.fo.63.a frõte ae ꝑ ad
fo.64.a frõte pelos ꝑ delos
a frõte deeſt totú carmé poſt
illud ꝓſtratú bello.Nõ ualeá
ſi nõ túc quoq maior eras.a
tergo iméſú ꝑ & iméſum.fo.
65.a tergo deſunt duo carmi-
na poſt illud quor libyæ plus
tua uirginitas meruit q̄ grata
ronáti ordinis aſtátis ſacra mi
niſteria.fo.69.a tergo gene-
rator ꝑ regnator .fo.70.a ter
go confeſſus pro conceſſus.
Hæc carmina ſunt reponéda
in calce ultimæ elegiæ.

Pax & læta tuos foueat ꝯcor-
dia ciues. Inq uicé ppl's ſeq
ſenat⁹ amét. Qua tibi ſpõte
pi⁹ ceſſit geruaſi⁹ ædé. Incolis
imodica religiõe locú: Fac ra
ta uota pii uatis regia ꝓceſq:
Procq rudi nitidú te penetrale
máet: Q d lapſis é: mox mar
mor erit:ſplendebit & auro:
Hæc templi facies q̄ carioſa ti-
bi é. Cétú thure pio ſertiſq
recétib⁹ aræ. Spirabũt tepidis
q́q operata focis: Exoluent
populi ſeq hæc ad limina uo
tis: Suſpédétq tuo grádia dõa
tholo.Hæc te diua manét ma
ioraq ꝓmia:ſed tu Supplicib⁹
uotis rite uoláda ueni.FINIS:

Expliciũt Libri Epiſtolaꝝ fa
miliariú:& Oratiões.M.AN.
Sabellici una cú poematibus
fœliciter Impreſſi Venetiis ꝑ
Albertinú de Liſona Vercel-
lenſem.M.cccc.ii.Die.xxiiii.
Decembris:
CVM GRATIA & ꝓuilegio:

REGISTRVM.

a b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t u x y. A B C D E F G H I K L M .Omnes ſunt terni:præter K I y : qui ſunt quaterni.

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA

20 SET 1969